non hūiliter confitens: sed peccatum in vxo
rē retorquens. imo in ipsum datorem muli
eris ait. Mulier quam dedisti mihi sociam
dedit mihi de ligno ⁊ comedi. Et ad mulie
rem ait Quare hac fecisti: Nec ipsa se accu
sauit: sed obliquauit peccatum in serpentez.
tacite ꝟo: in actorem serpentis. Serpēs ꝟo
non interrogatur. quia ꝑ se hoc non fecerat.
sed diabolus ꝑ eum. Et maledicens eis: in
cepit a serpente. ordinem seruans. ⁊ congru
um maledictionum numerum. Serpens
enim. ꝑus: ⁊ plus peccauit. quia in tribus.
mulier: post. ⁊ min⁹ eo. sed plus viro: quia
in duobus. homo: postremo. ⁊ min⁹. quia
in vno Serpens: inuidit. mentitus est. de
cepit. His tribus: tres reddite sunt maledic
tiones. quia inuidit hominis excellentie: dic
tū ē ei. Supra pectus tuū gradieris. Quia
mentitus est: punitus est in ore. terram co
medes oibus diebus vite tue. imo abstulit
ei vocē. ⁊ posuit ei venenū in ore. Quia de

cepit: accepit. inimicicias ponam inter te: et
mulierem. Hic innuitur: quod eua penituit.
Ipsa conteret caput tuum. quod naturaliter
seruat serpens: quasi sedem vite. Et tu insi-
diaberis calcaneum eius: maxime. Et ita: sicut
naturale odium est inter equos ⁊ grifes: lu-
pos ⁊ canes. sic inter hominem ⁊ serpentem.
Sicut enim venenum serpentis hominem:
sic sputum hominis ieiuni perimit serpentem.
Et quia adhuc nudi erant. serpens modo ho-
minem timet nudum. ⁊ fugit. inuestitum in-
silit. In duobus peccauit mulier superbiuit.
⁊ vetitum comedit. quia superbiuit: humilia-
uit eam deus dicens. Sub viri tui potesta-
te eris: violenta. vt etiam vulneribus te affli-
gat. Nunc quidem subdita est viro suo: con-
ditione. ⁊ timore. cui tamen prius subiecta fu-
erat. sed amore. Et quia in fructu peccauit:
in fructu suo punita est. Unde: dictum est ei.
In dolore paries. Quod dictum est in dolore
maledictio est. maledicta est enim: sterilis.
⁊ ita: in puniendo non est oblitus misereri
deus. Quod etiam in aliis maledictionibus ho-
minum: notandum est. Adam quia in solo esu
peccauit: in labore querendi sibi edulii: pu-
nitus est sic. Maledicta terra in opere tuo.
scilicet pro opere. i. pro peccato. pro quo factum
est. vt terra que bonos prius ⁊ vberes fructus
sponte faciebat: deinceps raros. nec sine ho-
minis labore: ⁊ quandoque pro fructibus spinas
⁊ tribulos. Et addidit. ⁊ comedes herbas
terre. quasi etiam in hoc par eris iumento.
Terre autem maledixit. quia de fructu terre: fa-
cta est transgressio. ⁊ non aquis. Inde est:
quod dominus comedit piscem. sed non legitur come-
disse carnem viuentium: de terra maledicta
nisi forte de agno pascali. pro precepto legis
Audiuit ergo de labore. In sudore vultus tui
vesceris pane tuo: donec in terram reuertaris
i. donec moriaris. quia terra es: ⁊ in terram
ibis. Pulcre dictum est ibis. quasi qui in eo-
dem statu stetisses. donec transires in me-
lius: si velles. modo de miseria in miseriam
ibis more fluentis aque: Et tunc: adam plan-
gens miseriam posteritatis: vocauit vxorem

suam euam. vt dictum est.

De eiectione hominis de paradiso et de ignea rumphea.

Fecitque deus ade ⁊ vxori eius tuni-
cas pelliceas. i. de pellibus mortu-
orum animalium. vt signum sue mor-
talitatis secum ferrent: ⁊ ait. Ecce adam fa-
ctus est: quasi vnus ex nobis. Ironia est.
quasi voluit esse vt deus. sed in euidenti est
modo: quia non est. nec est vox dei insultan-
tis. sed nos a superbia corrigentis. ⁊ est vox
trinitatis. vel est vox dei: ad angelos ⁊ est
vox plangentis. quasi patet: quia factus est a
me: vt esset quasi vnus ex nobis: si stetisset.
Nunc quoque. ne forte mittat manum ⁊ sumat
de ligno vite ⁊ comedat. ⁊ viuat in eternum
Quod dictum est viuat in eternum. ad opinio-
nem hominis trahendum est. quasi dicat. co-
medat hac opinione vt viuat in eternum. vel
eternum accipitur pro multo tempore. quia tradi-
tur eos fuisse in paradiso septem horis. Apo-
siopesis est. quasi videte vel cauete vel eicite eum
glo. Eiectionem primorum parentum representat ec-
clesia: in capite ieiunii. cum eicit ex penitentes. cili-
cium dat: in signum tunicarum pellicearum. cinerem sub-
his verbis: cinis es ⁊ in cinerem reuerteris. in
memoriam maledictionis eiecti. candelas ar-
dentes ferunt quia pro opere quo porrexerunt manus
ad pomum vetitum: apposita est ignea rum-
phea paradiso. Transferunt quoque ad aliam eccle-
siam. ⁊ clauduntur coram eis fores. in signum aditus
paradisi: quondam occlusi. non ad mensam: sed
super terram comedunt. quasi maledicta terra in
opere tuo. nemo dicit eis aue. quasi non dum muta-
tum erat nomen eue. Dura videtur dei sententia:
que penis predictis. penam eiectionis addidit. sed e
contra est. Hic enim penam quam dederat miseri-
corditer temperauit: vt verum de eo appareat. Cum
iratus fueris misericordie non obliuisceris. Quia enim

věturi erāt in miseria. q̄nto esset vita diutur nior: tanto miserabilior. Si ergo gustassent de ligno vite. diutius viuentes: diutius miseri essent. Nec est mirum: si etiā post peccatum p esum ligni illius diutius vixissent. cum adhuc sint quedam insule viuentium: in qbus nullus moritur. Fit etiā lanugo in folijs arborꝝ apud seres. cuius esu vita protelatur. Etiam alexander scpsit aristotili: de sacerdotibꝰ arborꝝ solis ⁊ lune. qđ esu pomorꝝ longissimā agant vitam. Et sicut dixerat: emisit eum dn̄s đ paradiso voluptatis. vt operetur terram. de qua sumptus est in agrum scꝫ damascenum. de quo sumptꝰ fuerat. in quo: caim abel fratrem suū interfecit. iuxta quem adam ⁊ eua sepulti sunt: in spelunca duplici. ⁊ collocauit ante paradisū voluptatis cherubim ⁊ gladiū flāmeū atqꝫ versatilē. vt angelus arceret diabolū. ignis: hominē. vel ministerio angelorꝝ posuit ignē ibi. qui intercluderet paradisi ingressū. qui nomine gladij nō cuiuslibet: sed versatilis dicitur. i. vtrobiqꝫ secātis. quia pena fuit homini: in vtraqꝫ pte sui puniri. vel dictus ē versatilis. i. aptus ad versandū. i. tollendū: cum deus vellet. Ablatus enī fuit ad tēpus intrantibus helia ⁊ enoch: penitus vo nō: donec in morte christi fuit extinctus. Si queritur quid cōsumebat ignis ille. potest dici. ꝙ species quedā ignis ē: vt i vita beati nicolai legitur. cui si manū adhibes: ardorē sentis. sed nō pateris adustionem. nec eget materia: quā cōsumat. ⁊ talis vrit spiritū. Item si queritur quare deus pmiserit hoiem temptari: cū sciret lapsurū đ malis. ⁊ i hūc modū dicimꝰ q̄ntum ad p̄sens. attinet opus: qꝛ sic voluit. Si queritur cur voluit: insipida ē questio querere causā volūtatis diuine. cū ipsa sit summa causa omniū causarum.

De generacionibus ade.

a Dam cognouit vxorem suam. scꝫ nō in padiso: sed iam reus ⁊ electus. Breuiter legislator generationes ade transit. festinans ad tempa abrahe patris hebreorꝝ. ⁊ plures subdidit ade filios ⁊ filias. sed methodius martir orauit dum esset i carcere. ⁊ reuelatū ē ei a spiritu. de principio ⁊ fine mundi. qđ ⁊ orauerat: ⁊ scptū licet simpliciter reliquit. dicens: ꝙ virgines egressi sunt de paradiso. ⁊ anno vite adam xv. natus est ei caim. ⁊ soror eius calmana. Et si enī factus est adam quasi in etate. xxx. annorꝝ. tn̄ fuit vnīꝰ diei ⁊ anni. ⁊ post duorum annorꝝ trium. ⁊ sic de ceteris. ⁊ potuit ante caim multos genuisse. qui tacentur hic Post alios. xv. annos. natꝰ est ei abel. ⁊ soror eius delbora. Anno vite adam. cxxx. caim occidit abel. ⁊ luxerunt eum adam ⁊ eua. c. annis. Locus in quo luxerunt: dicit vallis lachrymarꝝ iuxta ebron. Tunc natus est ei seth. xxx. anno prime ciliadis. Inchoat enī methodius secula: post ducētos annos ade ⁊ vocat seculum: vnā ciliadem. i. etatem. ⁊ cōsonant in hoc. lxx. q dicunt: adam. ccxxx. annorꝝ esse: cum genuit seth. sed tn̄ in hebreo est. cxxx. Sed redeamus ad breuitatem genesis. Concepit eua. ⁊ pepit caim: q interp̄tatur possessio. Rursumqꝫ peperit abel. q sonat. luctꝰ. vel vapor. q̄si cito trāsiturus. tanquā pphetatū fuerit: qđ de ipso futurū erat. tn̄ scđm iosephum: interp̄tatur nichol hoc: qꝛ nō reliquit semen sup terrā. Abel fuit pastor: ⁊ caim agricola. Cum enī esset malignissimus: vt etiam consuleret auaricie sue: terram pmus coluit.

De oblacionibus fratrum.

p Ost multos dies: obtulerunt deo munera. caim de frugibꝰ. abel scꝫ iosephū lac. ⁊ pmogenita agnorꝝ. Moyses ait: de adipibus eorꝝ. i. de pinguioribus gregis etiam obtulit. Creditur adam

in spiritu docuisse filios: vt offerrẽt decimas
deo: ⁊ pmitias. Et respexit deus ad abel: et
ad munera eius. Ad caim vo. ⁊ ad munera
eius: non respexit. quasi placuit deo abel: et
ꝓ ipso placuit oblatio eius. quod quomodo
cognitũ fuit: alia translatio aperit. Inflam-
mauit deus sup abel. ⁊ sup munera eius.
Ignis enim de celo: oblationẽ eius incen-
dit. vt legitur helie factum in carmelo. ⁊ in
leuitico: sub moyse. Munera vo ex auaricia
hominis nata: deo non placuerũt. Iratusq;
est caim: ⁊ concidit vultus eius: p̃ verecun-
dia. minorẽ sibi platum videns. Increpãs
ergo dñs caim ait. Quare iratus es: Nõne
si bene egeris recipies pmium: scʒ a me: vel
ꝓ recipies: posuit theodocio: acceptabile erit
munus tuũ: Si aũt male: statim in fori-
bus peccatum aderit. i. ꝑsto. ⁊ in voluntate
p quã: ingressus est ad opus. sed tñ quia li-
beri arbitrij es: sub te. i. in potestate tua: erit
appetitus eius peccati. ⁊ dñaberis illius. si
volueris. Alia translatio habet. quare con-
cidit vultus tuus: Nõne si recte offeras: si
aũt recte diuidas peccasti: Quiesce. Ad te cõ
uersio eius. ⁊ tu dñaberis illius. Recte obtu
lerat. qꝛ creaturam deo creatori. sed non rec-
te diuiserat. quia seipsum q̃ melior erat: obtu
lit diabolo: sed nõ recte diuiserat. quia melio
ra sibi retinuit. spicas vo attritas ⁊ corrosas
secus viam: deo obtulit.

De morte abel.

Inuidens itaq; caim fratri suo: dixit ad eũ.
Egrediamur foras in campum: vel transea
mus. Dicit hieronym⁹. quia hoc supflue i
samaritanoꝝ libris ⁊ nostroꝝ: reperitur. Nõ
enim legitur quid dixit ad eum. sed intelligẽ
dum est. ꝙ dixit verba increpantis dñi. sed
⁊ consurrexit aduersus abel. ⁊ interfecit euʒ.
Et ait dñs ad eum. Ubi est abel frater tu⁹:
Non ignorans: sed increpando. ⁊ imprope-
rans fratricidiuʒ. Qui cum vellet occultare
factum: dixit deus. Uox sanguinis fratris
tui clamat ad me de terra. i. notorium ẽ: qđ
fecisti. quia effusio sanguinis hoc indicat.
nec eget accusatore: qđ [illegible] est. Inde ẽ:
ꝙ in ecclesia quorundam mos est: etiam si
nemo accuset qđ ꝓ sanguinis effusiõe in sa-
cro loco suspecti: trahuntur in causam. quia
sanguis clamat. qđ si negauerint: iudicio
dei ferram ineunt. Nũc ergo maledictus eris
sup terram: vagus ⁊ profugus. Merito iste
maledicitur. ꝙ non adã. quia sciens iste pe-
nam pme puaricationis: tamen fratricidiuʒ
addidit. Timens ergo caim. ne vel bestie eũ
deuorarent si egrederetur ab hominib⁹: vel
si maneret cum eis ꝓ peccato suo occiderẽt
eum: damnans se ⁊ desperans: ait. Maior
est iniquitas mea: ꝙ vt veniã merear. Om
nis qui inuenerit me: occidet me. Ex timore
hoc dixit. vel optando dixit. quasi vtinam oc
cidat me. Dixitq; ei dominus. Nequaꝗ̃ ita
fiet. non cito morieris. sed omnis qui occide
rit caim. supplendum est: liberabit eum a la
bore ⁊ miseria. ⁊ tunc additur impsonaliter.
septuplũ punietur. i. punitio fiet de eo. dum
viuet in pena: vsq; ad septimũ. lamech. qđ
consonat translationi septuaginta. Omnis
qui occiderit caim: septeʒ vindictas exoluet.
Tradunt quidam: penam eius durasse vsq;
ad septimam eius generationem. quia sep-
tem peccata cõmisit. Non recte diuisit. fratri
inuidit. dolose egit. vocans in agrum occi-
dit. pcaciter negauit. desperauit. nec dam-
natus penitentiam egit. Uel omnis qui oc-
ciderit caim: septuplum punietur. i. plusꝗ̃
ipse caim. pro phibitione homicidij: q̃ non
dum facta fuerat caim. Et posuit de⁹ signuʒ
in caim. tremorem capitis. vt sic: sciretur a
domino punitus. ⁊ excõmunicatus. ⁊ in-
dignus misericordia. ne interficeretur. Tunc
egressus a facie dñi habitauit ad orientalem
plagam eden. i. deliciarũ. non in delicijs. sed
versus terram deliciarum. Iosephus ait.
multam pagrans terram cum vxore sua cal
mana. collocatus est in loco qui naiod nun
cupatur. quo etiam filij nati sunt. hierony-
mus tamen dicit. non est terra naiod ut vul
g⁹ nostrũ putat. sed habitauit in terra nod.

idest. instabilis. ⁊ vagus: quod sonat nod. ⁊ dicitur caim: nod.

De generationi bus caim.

[C]ognouit caim vxorem suam. que peperit enoch. ⁊ fecit ciuitatem. et dixit eam ex nomine filij sui enoch Hic patet. q iam multi homines erant. ⁊ si non dicatur eorum generatio quos conuocauit caim ad vrbem: quorum auxilio eam fecit. Et ait iosephus. quia rapinis ⁊ violentia opes congregans: suos ad latrocinia inuitabat. ⁊ simplicitatem vite hominum: ad mensurarum ⁊ ponderum adinuentionem: permutauit. ⁊ ad calliditatem ⁊ corruptionem perduxit. terminos terre primus posuit. ciuitates muniuit. ⁊ timens quos ledebat: ob securitatem suos in vrbibus collegit. Porro: enoch genuit irath: qui mazaziel. qui matusael. q lamech. Qui septimus ab adam ⁊ pessimus. q primus bigamiam introduxit. ⁊ sic adulteriū contra legem nature fecit. ⁊ dei decretū. In prima enim creatione. vnica vnico facta est mulier. ⁊ deus per os ade decreuerat. Erunt duo i carne vna. Accepitq; duas vxores: adā ⁊ sellam. ⁊ genuit ada: iabel. Qui adinuenit portatilia pastorum tentoria: ad mutāda pascua. ⁊ greges ordinauit ⁊ caracterib9 distinxit. separauitq; greges: scdm genera. greges ouium: a gregibus hedorum. ⁊ scdm qualitatem. vt vnicolores: a grege sparsi velleris: ⁊ scdm etatem. vt anniculos a maturioribus. ⁊ commissuras certis temporibus faciendas intellexit. Nomen fratris eius: iubal. pater canentium in cithara ⁊ organo. non: instrumentorum quidem. que longe post inuēta fuerunt. sed inuentor fuit musice. i. consonantiarum. vt labor pastoralis: quasi in delicias verteretur. Et quia audierat adā prophetas se de duobus iudicijs. ne periret ars inuenta: scripsit eam in duabus columnis. in qualibet totam. vna: marmorea. altera: latericia. quarum altera non dilueretur diluuio. altera non solueretur incendio. Sella: genuit tubalcaim. q ferrariam artem primus inuenit. res bellicas decenter exercuit. sculpturas operum: in metallis. in libidinem oculorum fabricauit. quo fabricante: iubal. de quo dictum est. sono malleorum delectat9: ex ponderibus eorū: proportiones ⁊ consonantias que ex eis nascuntur: excogitauit. quam inuentionem: greci pitagore attribuunt: fabulose. sicut ⁊ ex opere fructicum excogitauit operari i metallis. Cum enim incendissent frutices in pascuis. vene metallorum fluxerunt in riuulos. ⁊ sublate lamine: figuras locorum in quibus iacuerant: referebāt. Soror vero tubalcaim: noema. Lamech autem scdm iosephum res diuinas sapienter sciens: videns caim pene subiacere: sibi vero deberi maiorem penam predixit hoc mulierib9 suis sic. Quoniam occidit virum in vuln9 meum: ⁊ adolescentem in liuorem meum. septuplum dabitur vltio de caim. de lamech vero septuagies septies. Lamech vir sagittarius diu viuendo caliginem oculorum incurrit ⁊ habens adolescentem ducem. dum exerceret venationem pro delectatione tantū et vsu pellium. quia non erat vsus carniū ante diluuium: casu interfecit caim inter frutecta. estimans feram. quem quia ad indicium iuuenis dirigens sagittam interfecit. illi iratus: cum arcu illum verberauit vsq; ad mortē. Occidit ergo caim in vulnere adolescentem: in liuore vulneris. vel vtrūq; occiderat in vulnus: ⁊ liuorem suū. i. in dampnationem suam. Et ideo cum peccatum caim esset punitum septuplum vt dixim9: suū punitum est septuagies septies. i. septuaginta anime ⁊ septem egresse de lamech in diluuio perierunt. vel hoc numero: maioritatem tm pene notat. Hebreus ita. Mulieres sue sepe tractabant eū male. vnde ipse iratus dicebat eis se pati hec pro duplici homicidio quod egerat. terrebat autem eas: subdendo penas. quasi diceret. Cur vultis me interficere: grauius punietur q me interficiat q q caim.

De seth et eius generatione.

c Ognouit quoqz adam adhuc vxorem suam que peperit filium. et vocauit illum seth. Dicit strab' post mortem abel adam nouisse. non vltra cogniturum se vxorem. sed deo iubente p angelum: fregit votum. vt dei filius de eo nasceretur. Tamē iosephus dicit. q abel extincto et caim fugato: adam de filiorū procreatione cogitabat. et vehementer eum generationis amor angebat. hanc cogitationem ppagationis. potuit vocare strabus pceptum domini. quia iusserat: crescite et multiplicamini. Sed et seth: natus est filius. quem vocauit enos. qd sonat homo vel vir. quasi rationalis et fortis. quia cepit inuocare nomē dñi. forte hic i uenit verba deprecatoria: ad inuocandum deum. Sed pleriqz hebreorū arbitrantur: q imagines ad honorem dei excogitauerit. et errauerit. vel forte ad excitandā pigriciam memorie dei: effigiauit deū. vt modo fit.

Epilogum interserit repetitio ecclesie.

h Ic est liber generationis ade. repetit de generationes ade. vt integrum ordinē genealogiarū psequitur Inde: qdam ab adam incipiunt pmā etatem. Alij a seth: qbus assentit methodius. et ideo hoc dicit: qz ꝺ abel nullus nat' ē. et generatio caim: tota pijt i diluuio. Uixit aūt adam. ccxx. annis. et genuit ad imaginē et similitudinē suā. Ipse scz. quasi genitus ē ad imaginē dei. reliqui: ad imaginē eius: qd hic idem est. forte: moyses centū annos luctus ade pretermisit. quia vt dicimus. lxx. et methodius. et iosephus. ccxx. annorū eū fuisse vt scribūt cū genuit seth. Iste: genuit enos. q caina. q malaleel. q iared. q enoch. q matusale. q lamech. q noe. Sicut ergo in generatione caim septimus fuit pessimus: ita in generatione seth. septimus optim' fuit. et trāstulit illū deus in padisum voluptatis ad tēpus. vt pmus in fine temporū: cū helya conuertat corda patrū in filios. Iudei tū causam huius translationis: attribuūt potius septenario q sanctitati eius. quia plures leguntur sanctiores eo. quorū nullus translat' est. In tantū enim aiūt deū oia sub septenario disposuisse. q etiā dicant eum: septē celos creasse. et cuiqz nomen suū dant. et septē terras. quas dauid fundamentū montiū vocat. De annis matusale diuerse sunt opiniones. scd'm cōputationē. lxx. vixit annis. xiiij. post diluuiū. sed non legitur fuisse in archa. nec translatus vt enoch. Quidam dicunt: q mortuus fuerit ante diluuiū. vij. annis. Hieronym' asserit: q eodem anno in quo fuit diluuiū. qd etiā diligens cōputatio annorū eius scd'm genesim manifestat. Tamen oēs in numero annorū vite ei' couenniunt. q vixit annis. dcccclxix. tm̄. Porro: noe fuit decimus ab adā. in quo pma etas terminata est ita: q et ipse i ea fuit. hui' etatis annos lxx. ponūt duo. mccxliiij. Hieronymus non plene duo milia. methodius duo milia. ipse tū per ciliades secula disposuit. nec apponit annos si supsint. et ideo: nihil certū de numero annorū tradidit.

De causa diluuii.

n Oe vero cum esset. d. annorū. genuit sem. cam. et iaphet. moyses dicturus de diluuio: pmisit causam ei': dicens. Cum cepissent homines multiplicari sup terram: viderunt filij dei. i. filij seth. religiosi: filias hominū. i. de stirpe caim. et victi cōcupiscentia: acceperunt eas vxores. et nati sunt inde gigantes. Tempus qdem quando

hoc factum fuerit: vtrum sub noe: vel ante: vel multum vel parum ante: nō determinat Josephus aūt dicit. ꝙ vsqȝ ad septimā generationem. boni ꝑmanserunt filii seth. post: ad mala ꝓgressi sunt: recedentes a sollennitatibus paternis. ꝛ ob hoc deum cōtra se irritauerunt. Nam multi angeli dei: mulieribus coeuntes: iniuriosos filios genuerunt. qui ꝓpter confidentiam fortitudinis: gigantes a grecis dicti sunt. Methodius causaȝ diluuii. scꝫ peccata hominum: diffusius exequitur dicens. quia quingentesimo anno ꝑme ciliadis: filii caim abutebantur vxoribus fratrum suoꝝ: nimiis fornicationibus. Sexcentesimo: mulieres in vesaniam verse: super gresse viris abutebantur. Mortuo adā: seth seꝑauit cognationem suam: a cognatione caim. qui redierat ad natale solū. Nam ꝛ pater viuens ꝓhibuerat: ne misceretur. Et habitauit seth in quodā monte proximo paradiso. Caim aūt habitauit in campo: vbi fratrē occiderat. Quingentesimo anno secunde ciliadis: exarserunt homines in alterutrum coeuntes septingētesimo: filii seth cōcupierūt filias caim. ꝛ orti sunt gigantes. et incepta tertia ciliade: inundauit diluuiū. Sic ordinat methodius. potuit etiam esse: vt incubi demones genuerunt gigantes. a magnitudine corpꝰum sic dictos. denominatos: a geos qđ est terra. sed etiam immanitati corporum: respondebat immanitas animorum. Post diluuiū tamen nati sunt alii gigātes: in ebron. ꝛ postea fuerunt in thanni: ciuitate egyptia. a qua ꝛ thitanes dicti sūt. de quorum stirpe fuit enachim. cuius filii habitauerunt in ebron. de q̄bus ortus est golias. ꝛ q̄daȝ alii. Iratus itaqȝ deus peccatis hominū: dixit penitet me fecisse hominem. q̄si faciam quod solet facere homo penitens operis sui. delet enim: quod fecerat. ꝛ est sensus Delebo hominē quem feceram. Non enim ꝑmanebit spiritus meus in homine in eternum. quia caro est. quasi. non puniam euȝ eternaliter: vt diabolum. quia fragilis ē. sed hoc reddam quod meretur. ꝛ tamen pusq̄ꝫ disꝑdam eū: dabo ei tempus penitudinis: si voluerit. eruntqȝ dies illius ad penitēduȝ scilicet. cxx. annoꝝ. Non enim intelligendū est de spiritu hominis: sed de dei indignatione. nec est terminus iste humane vite post diluuiū. cum post inueniatur homo: amplius vixisse. Et dixit dn̄s hoc: ante annos. xx. q̄ꝫ inciperet fieri archa. vt dicit hieronymus. que facta legitur. c. annis. vel scd̄m strabū. eo anno dixit. quo cepit arca fieri: sed quia in malicia ꝑseuerabant: ante prefixum terminū scilicet centesimo anno: deleti sunt. Tamē iosephus ait. hunc terminū vite statutum hominum. Quod autem dicitur deus tactus dolore cordis intrinsecus. forte nihil aliud est. q̄ꝫ ꝙ homines latebat quantitas diuine offense. vel antropospatos est. idest. humana propassio.

Item de noe ante diluuium.

n Oe ꝟo erat ꝑfectus in generationibus suis. quasi non illius ꝑfectionis: que ē i patria sed. scd̄m modū generationis sue scilicet terrene. Et dixit dominus ad noc. Finis vniuerse carnis venit corā me. ꝓpter eos: qui in archa erant saluandi. disꝑdam eos cū terra. i. cū fertilitate terre. Tradunt enim: vigorē terre. ꝛ fecunditatem: longe inferiorē esse post diluuiū: vnde esus carniū homini cōcessus est antea fructibus terre victitaret.

De archa et diluuio.

f Ecit noe iuxta ꝓceptum dn̄i archā de lignis leuigatis. i. politis vel q̄dratis. Alia lra: vel bitumniatis. longitudine. ccc. cubitoꝝ. latitudine: quinquaginta. altitudine. xxx. ad modū scꝫ humani corꝑis. in quo lōgitudo: senies maior est la-

titudine. ꝛ decies maior: altitudine. Est au
tem longitudo: a planta vsqz ad verticem.
Latitudo a crate lateris: ad cratem. Altitu
do a dorso: ad ventrem. Quod tamen mul
ti de corpe christi tm̄: dictum esse volunt. qz
sic legitur in isidoro. qui humani corporis in
star ostendit. in quo christus apparuit. Fu
it ergo hec archa: in fundamento quadrata.
sed in forma: altera pte longiori. ꝛ ab angu
lis in arcū conscendens. donec in cubito sū
mitas eius pficeretur. Bitumine int' ꝛ ex
tra linita est. qd est gluten feruentissimum.
quo ligna lita: nō dissoluūtur aliqua vi. vel
arte. nec materia bituminata: solui non po
test sine menstruo. In lacubus iudee sup
natans colligitur. in syria limus est. a terra
estuans. Facta sunt in ea cenacula. ꝛ triste
ga. i. distinctiones. dicte: a trica. q dicit alia
translatio: bicamerata: ꝛ tricamerata. Ha
buit enim cameras quinqz. quas augustin'
etiam pter sentinā: dicit ibi fuisse dicens. su
per tabulatū sentine: fuisse eam bicameratā
Una camera erat stercoraria. Altera apo
thecaria. ꝛ sup hanc mansionē: erat alia tri
camerata. Laterales camere erant: vna im
mitiū. altera mitiū animaliū. Media: homi
nū ꝛ auiū. ꝛ habuit ostiū. vbi bicamerata:
ꝛ tricamerata iungebant. Alij do: has. v. ca
meras in altitudine sola disponunt. inferio
rem: q ꝛ sentina. stercorariā dicētes. Secun
dam supra illā: apothecariā. Tertiā immitiū
animaliū. ꝛ serpentiū. ꝛ vbi hec iunguntur:
ostiū ponūt. Quartā: mitiū. supmā: homi
nū ꝛ auiū. Josephus tn̄ dicit: archā qttuor
cameras habentē. forte stercorariā. vel senti
nam: nō includens. fecit in ea noe fenestrā.
quā hebrei cristallinam fuisse tradunt. que
in hebreo vocatur meridianum. a simaco: di
luculum. Dicit rabanus: cubitos arche geo
metricos fuisse. alioquin tanta capere non va
leret. Continet enim cubitus geometricus:
sex nostros vel nouem. Proprie enim cubi
tus: pedem ꝛ dimidium habet.

De ingressu in archam.

p Erfecta igitur archa: dixit dn̄s ad
noe. Ingredieris archam tu ꝛ filij
tui. vxor tua. ꝛ vxores filiorū tuorū.
In his octo: reseruatum est seminari ū ge
neris humani. ꝛ seorsum viros: seorsuz mu
lieres: nominauit dn̄s: cum de ingressu lo
queretur. ac si diceret. tpe afflictionis vacan
dum est ab amplexibus. Et ex cunctis ani
mantibus vniuerse carnis bina introduces
in archam. i. cōbinata. i. masculum ꝛ femi
nam. De immundis enim animalibus fu
erunt ibi tm̄ duo. scd̄m genus suū. de mun
dis do septem Immunda do vocat ea moy
ses scd̄m tempus suū. que scz lex vocat mun
da. Uel tunc dicta sunt immunda: que etiā
tunc naturaliter esui hominū nō erāt apta.
Ideo dixi naturaliter: quia nulla adhuc ad
edendū concessa. Tollesqz tecum: ex omnib'
que mandi possunt. vt sint tam tibi q̄ illis i
cibū. Si queritur vtrū etiā de minutis ani
mantib' introducta sint ad hūc numeruz.
Dicit augustinus. qp q generantur e coitu:
nō fuit necesse esse in arca. Que scz vel ē pul
uere vt pullices: vel de humoribus. vel cor
ruptionibus nascunt. Q ē aūt generata tm̄
introducta sint: innuitur cū addit. scd̄m ge
nus suū. vel in genere suo. Queritur etiā si
sine transgressione mandati ibi aliq fuerint
q necessitas alendorū corū q vescūtur carni
bus coegisset includi. Dicit augustin': posse
esse pter carnes: alimēta cōmunia. maxime.
cū q carnibus vescitur: fico ꝛ castanea vesci
possunt. pcipue dum omnib' vesci: cogit fa
mes. Forte: nondū etiā animalia carnib' ve
scebantur: sicut nec homines.

f Ecitqz noe cuncta que sibi dn̄s pce
perat. d. c. anno vite sue. Ingressus
est noe archam cū omnib' q dixe
rat ei dn̄s. que ꝛ nutu diuino ꝛ angelorum
ministerio: adducta sunt. mense secūdo dio

decima quarta. qui ab hebreis nisam dicitur. a latinis: maius. a macedonibus: dion. Moyses enim in legitimis: nisam. i. aprilim: ꝑmum mēsem cōstituit: scḋm iosephū. In contractibus ꝟo. ⁊ alia gubernatione decreta tempoꝝ: ⁊ vsualem ordinem mensiū: seruauit. Dicit iosephus: ꝙ ab adā vsqꝫ ad hoc tempus. fuerunt anni duo milia. dclvi. quod in sacris lr̄is conscriptum integritate signatum est.

De cataclismo.

Ingresso noe rupti sunt fōtes abyssi. i. aqua que ēst ī visceribus terre. ⁊ catharacte cęli. i. fenestre apte sūt. i. nubes. Catharacte ꝓprie meatus nili cum in septē ostia separatur. vel loca eiusdem. que catadupla dicūtur abusiue: q̄libet aquarū meatus initiales. Et pluit sup terram q̄dragīta diebus ⁊ noctib᷒. ⁊ eleuata archa in sublime ferebatur. super omnes montes: excreuit aqua altior cubitis quindecim. vt ablueret sordes aeris. vsqꝫ quo ascenderant oꝑa hominū. vsqꝫ ad eundē locū: ascendet ignis iudicij. ob aeris purgationē. sed nō videntur oꝑa hominū tantū ascendere posse. Cū olimpus vsqꝫ ad liq̄duꝫ aera euadat. sup quem lr̄e inscripte in puluere: ꝑ annuꝫ reꝑte sunt. stetisse imobiles. vbi ꝓ nimia aeris raritate: nec etiā aues viuere queūt: nec philosophi ascendētes. absqꝫ spongijs plenis aque: aliquantū ibi manere potuerunt quas naribus apponentes: crassiorem inde aera extrahebant. Sed quidā putant: montiū altitudinē tunc nō fuisse tantā: q̄nta nunc est. vel fortasse in sublimibus sacrificantes: ignem accendebant. cuius vapor ⁊ fauille multum: ascendere potuerunt. ⁊ aera maculare.

In diluuio.

Et cum intrasset noe: clausit ostiuꝫ deus ⁊ bituminauit exteri᷒. ⁊ mortua ē omnis anima viuēs sup terram. ⁊ obtinuerunt aque terras ita exaltate: cl. diebus ab illo scꝫ die: quo ingressus ē noe. Post dies. cl. ceperunt aque minui. mēse scꝫ septimo. ita: ꝙ vicesimoseptimo die mēsis: requieuit arca sup mōtes armenie. Illic arce reliquias vsqꝫ nunc: ꝓuinciales ostēdūt. Huius diluuij ⁊ arce: vt ait iosephus. memoriam faciūt etiam: q̄ barbaroꝝ historias cōscripserunt. de quo berosus caldeus sic ait. Dicitur nauis eius q̄ in armeniam venit. circa montem cordicū: aliqua adhuc q̄dam ꝑs esse. ⁊ quoddā bitumen exinde tolli. quo maxime homines ad expiationem vtuntur. Meminit eiusdē hieronymus egyptius: qui antiquitatem cōscripsit. Manasses damascenus: de eisdem sic ait. Est sup numadā excelsus mons in armenia. q̄ baris appellat᷑. in quo multos confugientes: sermo est diluuij tp̄e liberatos. ⁊ quendā in archa simul deuectū ⁊c. Decimo tandem mēse ꝑma die mensis: apparuerunt cacumina montium. Cūqꝫ transissent quadraginta dies: aperuit noe fenestrā. ⁊ emisit coruum. qui non reuertebatur: forte interceptus aquis. vel inueniens supnatans cadauer in aquis dectus est eo. tñ iosephus ait: ꝙ cuncta repiens inundantia: regressus est ad noe. Emisit quoqꝫ post eū columbā. q̄ cum nō inueniret vbi requiesceret pes eius: reuersa est ad noe. Sed nōne cacumina montium iam erāt nudata: forte nōdū siccata. ⁊ sic in palude requiescere nō potuit: sicut nec in aqua. Vel ꝑ recapitulationem ꝑus potest intelligi factū: qḋ postea dictum. Post dies septē. iterū emisit eā. q̄ vesꝑe rediit. ferens ramū oliue virentem. post alios septem emisit eā. q̄ nō est vltra reuersa ad eū. Igit᷑. dc. ꝑmo anno. ꝑmo mense: ꝑma die mensis: aperuit noe tectuꝫ arce: ⁊ vidit ꝙ exsiccata ē supficies terre. sed egrediendi expectabat dn̄i ꝑceptum.

De ingressu noe et de hiri.

m
Ense secundo.xxvij.die mensis:di
xit dñs ad noe. Egredere de archa
⁊ tu ⁊ vxor tua.filij tui.⁊ vxores fi
lioꝝ tuoꝝ coniuncti iubentur exire:q̃ disiũcti
interuenerãt. Ac si diceret eis nunc rediit tẽ
pus amplectendi.vt multiplicemini super ter
ram.mox enim subiunxit.crescite ⁊ multipli
camini. Et egressus est noe cũ vniuersis q̃
erant cum eo.eadem die qua ingressus fue
rat:reuoluto anno. Ingressus est enĩ.xvij.
luna mensis secundi:licet alia habet transla
tio.xxvij. Et egressus est.xxviij.luna.q: quo
ta est luna hodie.si.xi. ad duas:tota erit eodẽ
die reuoluto anno.xij.nec moueat te ꝙ dixi
egressum.xxviij.luna.cum liber dicat.xxvij.
Potuit enim esse:ꝙ vespa vicesimeseptime
lune egressus sit iam imminẽte.xxviij. Me
dia do tpa.quolibet nomine extremoꝝ sepe
nominãtur.vt cum dñs crucifixus fuerit in
ter sextã ⁊ tertiam:q̃dam euangelista dicit:
hora tertia.alius:sexta.vel potius scdm sep
tem nomina dierum:intelligendũ est eadẽ
die.quia si in tertia feria est luna.xvij.reuo
luto anno:in eadem tertia feria:erit.xxvij
quia cõpotus dierum mensis:ꝓ vnaꝫ diem
descẽdit in martirologio.verbi causa. Kalẽ
de ianuarij sunt in dñica.⁊ luna.vij.reuolu
to anno:i kalẽdis ianuarij.reuera luna erit
xviij.sed kalende erunt.ij.feria.ergo die dñi
ca ante kal.erit luna.xvij.⁊ sic a dñica:in do
minica:reuoluto anno:nõ adduntur lune:
nisi.x.sed a kalendis in kalendas.xi. Et edi
ficauit noe altare domino.⁊ de mundis ani
mantibus:septimum obtulit domino.ideo
enim iusserat domin9.vij.scdm genus suũ
induci.vt.vij.oblato.vi. sufficerent ꝓpaga
tioni.locum autem quo egressi sunt: arme
nij egressoꝝ vocant.filij do noe dixerũt:thã
non.i.vij.ꝓ numero egressoꝝ.ob hoc quoqꝫ
vt quidam tradunt:noe fecit altare de octo
lapidibus.

c
T odoratus est dominus odorem
suauitatis:⁊ ait ad noe. Non vl
tra maledicam omni terre:propter
homines quia proni sunt ad malum. Tem
pus sementis.⁊ messis.frigus ⁊ estus.nox
⁊ dies non requiescent.forte:nondũ ita ple
ne distincta fuerant quattuor tempa.quia
nec vsqꝫ ad diluuium aque fuerãt collecte in
nubes. Et benedixit eis domin9 dicens. Cre
scite ⁊ multiplicamini.⁊ sit tremor vester su
per cuncta animantia terre.hoc dictum est
eis in solatium.ne pauci homines a pluri
bus bestijs opprimi timerent.quasi olera vi
rentia que pus dederaꝫ in cibum: sic trado
vobis animantia.excepto ꝙ carnem cũ san
guine non comedetis.i.animal suffocatum.
Et prohibuit deus homicidium.⁊ quia ma
xime timebant.ne dominus iterum aquas
diluuij inundaret super terram:⁊ noe quoti
die orabat ne hoc fieret.vt iosephus refert.pe
pigit eis ꝙ vltra nõ fieret diluuium.⁊ in sig
num federis huius:posuit arcum suum in
nubibus.⁊ est signum duorum iudicij.sci
licet ꝓ aquam:preteriti ne timeatur.⁊ futu
ri:ꝓ ignem.vt expectetur. Inde est.ꝙ duos
habẽt colores.ceruleum.qui aqueus est.⁊ ẽ
exterior.quia preterijt.⁊ rubeum.qui est ig
neus.qui est interior:quia futurus ẽ ignis.
Et tradunt sancti.ꝙ sexaginta annis ante
iudicium:non videbitur arcus.quod etiam
naturaliter ostendet desiccationem aeris:iã
inceptam.

De ebrietate noe et maledictione cam.

c
Epit noe exercere terram.⁊ planta
uit vineam.labruscas naturales:
per cultum ad vsus vinee trahẽs.
bibensqꝫ vinum.sed ignorans vim eius:in
ebriatus est.⁊ dormiens nudatus est:in ta
bernaculo suo. Nudatio enim femorum:se
quitur ebrietatem:sicut libido sacietatẽ. Sꝫ
cum cham patris verenda vidisset nudata:
irridens nũciauit hoc fratribus.sed illi pal

lium imponentes in humeris: ⁊ euntes re-trorsum ne viderent: operuerunt patris vere[n]da. patet: quia nondum vtebātur homines feminalibus. Semiramis mulier fuit: q̄ prius inuenit vsus braccarum. Euigilās noe cum didicisset quid fecerat ei filius suus iunior: ait. Maledictus chanaan puer. seru⁹ erit fratrib⁹ suis. Si querit̄ quomodo cham dicitur minor filius. cum esset medius natu Potest dici minor. idest. indignior. vel forte minor: statura. vel de iaphet dicitur. qui cū minor: prudētior fuit cam maiore. Maledixit autē: nō filio. sed filio filij. quia sciebat i spiritu: filium ipsum non seruiturū fratribus sed semen eius. nec omnes ð semine. sed eos qui de chanaan. Peccata quidem patris sepe vindicantur in filijs temporaliter. ⁊ ē sensus. sic non leteris de filio tuo: sicut nec ego de te. Et addidit. Benedictus dominus deus sem. sit chanaan seruus eius. Prophetia est. quia preuidit in filijs sem: cultum ⁊ nomen vnius dei: ꝑmansurum. Et iterū. Dilatet deus iaphet. ⁊ habitet in tabernaculis sem. sitq̄ chanaan seruus eius. Et hoc ꝓphetia fuit. Gentes enim que de iaphet dilatate sunt numero deo auctore. ⁊ in cultu deorū deo permittente existentes: post inserte sunt trunco oliue. ⁊ impleti sunt dies noe in annis. dcccccl. ⁊ mortuus est. Dicit iosephus ꝙ nemo putet falsa. que de antiquorum lōgeuitate conscripta sunt. quia propter virtutes ⁊ gloriosas vtilitates quas iugiter perscrutabantur. idest. astrologiam. geometriam. deus eis amplius viuendi spacia condonauit. que aliter ediscere non potuissent. nisi sexcentos annos viuerent. per tot enim annorum curricula: magnus annus impletur

De dispersione filiorum israel. et de nemroth.

r Edit moyses ad principium genealogie noe dicens. Hee sunt generationes filiorū noe. ⁊ incipit a iaphet minore: vt vltimo ponatur sem. cuius successionem texere intendit. Texuntur autē ex eis septuaginta due generationes. quindecim de iaphet. triginta de cham. viginti septem de sem. Hij tres disseminati sunt in tribus partib⁹ orbis: scd̄m alicuinū. Sem: asiam. Cham: affricam. Iaphet: europam sortitus est. vel expressius dicitur scd̄m iosephum. Filij iaphet: tenuerunt septentrionalē regionem a tauro ⁊ a magno montibus scilicie ⁊ syrie. vsq̄ ad fluuium tanaim. In europa vero: vsq̄ gadira. Filij vero cham: a prouincia syria ⁊ aman: ⁊ libano montibus: cunctas terras obtinuerunt. quecunq̄: ad mare sunt posite. apprehendentes etiam eas. que vsq̄ ad occeanum sunt. ⁊ ꝓprias facientes appellationes. Filij vero sem: vsq̄ ad occeanū. seorsum habitant asiam. ab eufrate faciētes initium. Generationi sem insistemus nūc. alias transeuntes. hoc tantum addentes: ꝙ chus dicit̄ filius cham. ⁊ fili⁹ chus nemroth. qui cepit primus potens esse in terra. ⁊ robustus venator hominum corā domino. idest. extinctor ⁊ oppressor amore dominandi. ⁊ cogebat homines ignem adorare. Ad hoc exijt prouerbium ad dicendum ð aliquo. ꝙ fortis sit ⁊ malus: quasi nemroth. robustus venator corā domino. Hoc ideo diximus: quia methodius dicit hunc fuisse de filijs hyron: filij sem. Quare vero ⁊ quomodo primus cepit dominari: ostēdit agēs de quodam filio noe: de quo non egit moyses. sic dicens. Cētesimo anno tertie ciliadis: natus est noe filius in similitudinem eius. ⁊ dixit eum ionithum. Trecentesimo anno: dedit noe donatiōes filio suo hyonico. ⁊ dimisit eū in terra etham. Et intrauit eam hyonicus vsq̄ ad mare. quod dicitur helioco-

ra. idest. solis regio. hic accepit a deo donū sapientie. et inuenit astronomiaʒ. ad quem veniens nemroth gigas: eruditus est ab eo. et accepit ab eo consilium. in quibus regnare cepisset. Hyronicus iste: futuros quosdā euentus preuidit: et maxime: de quattuor regnorum ortu. et occasu eorum: per successionem. Quod etiam plane prophetauit daniel. et predixit discipulo suo. nemroth: qꝫ primi regnarent: de cham. de quo belus descendit. Post de sem processerunt: medi. perse. et greci. Post de iaphet. romani a quo rediens nemroth: accensus amore dominandi: sollicitauit genus suum de sem: vt imperaret alijs quasi primogenitus. sed noluerunt. et ideo transiuit ad cham. qui adquieuit. et regnauit inter eos in babilone. et exinde: dicitur est de filijs cham. Tunc nulla est questio: quare inter eos regnauerit. Huius exemplo cepit regnare iethram. super filios sem: suphene super filios iaphet. Narrat autem philo in libro questionum super genesim: qꝫ ex tribus filijs noe adhuc ipso viuente: sunt nati. viginti quattuor. et centum extra mulieres: et paruulos: habentes tres sup se duces quos prediximus.

De turre babel.

Post obitum vero noe mouentes pedes suos ab oriente: conuenerunt duces in vnum campum sennaar. et timentes diluuium: consilio nemroth volentes regnare: ceperunt edificare turrim: que pertingeret vsqꝫ ad celos. habentes lateres pro saxis. et bitumen pro cemento. Descendit autem dominus vt videret turrim. idest. animaduertit vt puniret. et ait ad angelos. Venite confundamus linguam eorum. Non intelligat quisqꝫ vocem proximi sui. In hac diuisione nil noui fecit deus. qꝛ voces eedem sunt. apud omnes gentes. sed dicendi modos et formas: diuersis generibus diuisit. De hac turre dicit iosephus. quia latitudo ita erat fortissima. vt prope eam aspicientibus longitudo videretur in minus. Dij vero immittentes ventos turrem euerterunt. et vocem propriam vnicuiqꝫ partiti sunt propterea babiloniam contigit vocari ciuitatem. Babel enim ebrei confusionem appellant. De hac turre meminit sibilla dicēs. Cum omnes homines vnius vocis existerent: quidam turrem edificauerunt excelsaꝫ. tanquā ascensuri per eam ad celum. De cāpo vero sennaar in regione babilonis: meminit hesicius dicens. Qui de sacerdotibus sunt erepti. iouis sacra sumentes: in sennaar babilonis venerunt: diuisiqꝫ sunt. Post hec: diuersitate linguarum migrationes agētes. apprehendentes simul mediterranea et maritima.

Et pretereūdum puto quod moyses dicit. regina filium chus duos habuisse filios. saba. et dodan. Josephus vero dicit. saba et iudam. quorum iudas egyptiacam gentem hesperiorum inhabitans: iudeis cognomen suū reliquit.

Quod autem subditur in genesi dē terra sennaar. egressus ē assur. Intelligendum est qꝫ nemrot expulit eum vi a terra illa. et a turre: que eius erat iure hereditario. Uel non est intelligendum dē assur filio sem qui inuenit purpuram et vnguenta crinium vel corporum. a quo chaldea et assiria dicta est. sed assur. idest. regnum assiriorum. Inde egressum est qꝫ tempore sarug pro aui abrahe. factum est. Regnum quidem babilonie habuerunt. qui dē semine nemrot: vsqꝫ ad quartam ciliadem. et ad vltimum cuzimisdem. Iterum illi vo q̄ de nemrot: obtinuerunt egyptios et assirios ita. In diebus saruch. belus nem presides rex babilonis. quia fuit alter belus rex grecie: intrauit assiriā. sed parum obtinuit ī ea. Quo mortuo: filius eius ninus totam obtinuit

assiriam. ⁊ ciuitatē in qua erat caput regni itinere trium dierum ampliauit. ⁊ a suo nomine niniuen eam dixit. Inde est q̄ quedam historie dicunt regnum assyriorum cepisse ab antiquo belo. quod verum est: quantum ad inicium. Alie dicunt: cepisse a nino quod ⁊ verum est quantum ad regni ampliationem. Ninus vicit cham. qui adhuc viuebat. ⁊ regnabat in bractia. ⁊ dicebatur zoroastres. idest. inuentor magice artis. qui ⁊ septem liberales artes ī quattuordecim columnis scripsit. septem eneis. ⁊ septem latericijs: contra vtrūq; diluuium. Ninus vero libros eius combussit. Ab eodem orta sunt idola sic. Mortuo belo: ninus in solatiū doloris imaginem patris fecit fieri sibi. cui tantam exhibebat reuerentiam. vt quibuslibet reis qui ad eam confugissent parceret. Proinde homines de regno eius diuinos honores imagini eius ceperunt impendere. huius exemplo: plurimi caris suis mortuis imagines dedicauerunt. ⁊ sicut ab idolo beli cetera traxerunt originem: sic ⁊ ab eius nomine generale nomen idolorum. Sicut enim dictus est belus ab assyrijs. sic ⁊ alie nationes scd̄m idiomata lingue sue dixerunt alie bel. alie beel. alie baal. alie baalim. imo et nomina specificauerunt. alie beelfegor. alie beelzebub dicentes. Sed tandem seriem genealogie sem prosequamur.

De generationibus sem.

Sem centum annorum erat. quando genuit arphasat biennio post diluuium. Repugnare huic videtur quod dictum est supra quingentesimo anno noe natum sem. ⁊ .dc. mundasse diluuium. ergo post diluuium: centenarius erat sem. ⁊ biennio post. c. ⁊ duorum annorum. Sed est mos scripture sacre: sepe limites numerorum ponere. paucis annis si superfuerint: tacitis. Potest ergo dici: q̄ sem centum annorum erat ⁊ duorum. Sed duos tacuit scriptura. vel noe cum genuit eum. d. erat ⁊ duorum. vel duo anni deerant ad sexcentos cum inundauit diluuium. vel ita legatur littera. Sem centum annorum erat post diluuium. ⁊ erat biennio post diluuium: quando genuit arphasat. Josephus tamen dicit Sem filius arphasat natus est post annos duodecim facti diluuij. Quod forte vicium scriptoris est. Arphasat genuit sale. qui in luca vocatur cainan. qui heber. A quo hebrei dicti sunt. scd̄m iosephum. Tamen augustinus dicit merito queri. vtrum ab heber dicti sunt hebrei. vel ab abraham quasi abrahei. Heber genuit phalec. ⁊ ieccan. phalec. hebraice diuisio. eo q̄ in diebus eius pro diuisione linguarum diuise sunt gentes. ⁊ diuisio terrarum facta. sed sub isto precipue facta dicitur: quia in isto ⁊ filijs eius remanente antiqua lingua: alij quasi ab eo diuisi sunt. Phalec genuit reu. vel ragau. qui saruch. qui nachor. qui thare. Thare: cū esset septuaginta annorum: genuit abram: nachor. ⁊ aram. ⁊ est ordo preposterus. Arā enim primogenitus. ⁊ abram vltimus fuit. ⁊ forte non genuit eos cum esset huius temporis. sed tunc cepit generare. et suis temporibus eos genuit. In thare: terminauit secunda etas: scd̄m septuaginta. habēs annos mille septuagintaduos scd̄m methodium ciliadem. scd̄m hebraicam veritatem: annos ducentos nonagintaduos. ⁊ tot annos dicit iosephus vsq; ad natiuitatē thare. sed vsq; ad natiuitatem abrahe extenditur hec etas. Porro: aram genuit loth. ⁊ ieschan. que: et sarai. ⁊ melcham. ⁊ mortuus est ante patrē suum in hur chaldeorum. ⁊ est nomen ciuitatis vr: scd̄m iosephum. vbi ⁊ hactenus sepultura eius ostenditur. Hebrei hur: ignem dicunt. inde fabulantur: q̄d chaldei in ignem per quem traiciebant paruulos suos: proiecerunt. abram ⁊ aram. quia nolebant ignem adorare. ⁊ aram ibi expirante: abram dei

auxilio liberatum. Unde dicitur ego sum: qui eduxi te de hur chaldeorum. Thare ergo odio habens terram ꝑpter luctum araz: nec valens sustinere iniurias que fiebant ei: vt ignē coleret: statuit pegrinari. ⁊ dedit nachor melchā vxorē. Abrahe vō: sarai. q̄ ⁊ loth fratrē vxoris in filium adoptauit. quia ⁊ sarai sterilis erat.

De egressu thare et suorū de caldea.

Gressus est ergo thare cū illis: vt irent in terrā chanaan. veneruntq3 vsq3 aram mesopotamie ciuitatez. lxx. ponunt charam. quia cum. a. aspirationem vtrobiq3 habeat. in grecum vertere nō potuerunt. ⁊. ch. p vtraq3 aspiratione posuerunt. Unde ⁊ filium noe babai dixerūt chā inde est ꝙ varie legitur oreb: vel choreb. rabab: vel rachab. Mesopotamia vō a circumfluentibus aquis nomē accepit. meso enim mediū. pothamos: aqua. sicut aquilegia dicit: quasi aquis ligata. ⁊ facti sunt dies thare. ccv. annoꝝ. ⁊ mortuus est in harem.

De annis abre post mortē patris

Dixit aūt dn̄s ad abram. Egredere d terra tua ⁊c. Septuagintaqnq3 annoꝝ erat abram: cum egrederet de aram. Josephus ait. dimisitq3 chaldeaz. cum. lxxv. annoꝝ esset: dn̄o iubēte. vt migraret in chananeam. Si ergo post mortem patris abrā erat annoꝝ. lxxv. patet qḋ diximꝰ. ꝙ thare plus q̄. lxx. annos habebat: cū genuit abrā. Si enim in illa etate genuit abram: tunc post mortem patris. erat abram: cxxxv. annoꝝ. Augustinus tamen dicit: p recapitulationē hoc esse dictum. Adhuc enim viuente patre cum esset. cxlv. annoꝝ. ⁊ abrā lxxv. egressus est de aram. relinquens ibi patrem ⁊ fratrem. ⁊ in itinere dum irent i mesopotamiam: dn̄m locutū ei. ⁊ dixisse. Egredere de terra tua ⁊c. Nō: quin iā esset egressus. sed animū reuertendi ad eam habebat. quasi diceret Qui egressus es corpe: egredere mente. Hieronymus dicit: veram esse hebreoꝝ traditionez. qui ⁊ annos thare. lxx. ponunt cum genuerit abram. ⁊ mortuo patre egressum abram de aram. ⁊ plurium eum esse annorum. tūc: quā moyses dicat. sed annos eius cōputatos ab illo tpe quo dei auxilio euasit ignem chaldeoꝝ. vt id ei reputet tempus etatis. ex quo cōfessus est dominū. spernens idola chaldeoꝝ. Ecce dicit iosephꝰ iam reeidebatur vita hominū paulatim declinans vsq3 ad moysen. in quo terminū vite quē statuerat dn̄s cōfirmauit. c. enim. xx. annoꝝ: moyses mortuus est.

De aduentu abre i terra chanaā.

Ulit ergo abrā sarai ⁊ loth. ⁊ animas quas fecerant in aran. i. animantia. que ibi adquisierant. ⁊ intrauit terrā chanaan. ⁊ venit ad sichem. que corrupte sicar sepe legitur. ⁊ ad vallem illustrem q̄ pentapolis dicebatur. tunc a quinq3 vrbibꝰ sodomoꝝ. que nunc mare salis vel mortuum dicitur. quia nil in eo viuit. ⁊ nil i eo mergi pōt: habens animam. vel lacus aspalti. i. bituminis. quod dicit iudaicū. vel vall salinarum. Apparuitq3 ei dominus: ⁊ dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui edificauit ibi altare domino: vbi apparuerat ei. Inde de eo sic iosephus ait. Primus presumpsit pronunciare deū creatorē vnū esse cunctoꝝ ⁊ opiniones quas ceteri de deo habebant innouare. ⁊ immutare pualuit. Hec aūt coniciebat p terre passiones ⁊ maris. ⁊ ea que cōtingunt circa solem ⁊ lunam. ⁊ ex oibus q̄

circa celum sepe eueniunt. De eodem memi‑
nit berosus dicens. post diluuiũ decima ge‑
neratione: fuit apud caldeos vir in celesti‑
bus rebus expertus. Inde transgrediẽs abrã
tetendit tabernaculuꝫ inter bethel ⁊ hai. Et
edificauit iterũ ibi altare dño. ⁊ perrexit ab‑
ram vadens vltra: pgrediẽs ad meridiem.
quo iuenit subticet moyses breuitatis causa.
vel quasi notum. Habitauit aũt in dama‑
sco. vnde: ⁊ nomen eius vsqꝫ nunc in ciuita‑
te damascena: habetur i gloria. ⁊ vicus ibi
ostenditur. qui ab eo dicitur habitatio ab‑
ram. Unde nicolaus damascenus. Abram
regnauit in damasco. veniens aduena cum
exercitu de terra. que sup babilonem dicitur
chaldeorum hur.

De descensu ab‑re in egyptũ et re‑ditu eiusdem.

Acta est aũt fames magna in ter‑
ra. ⁊ descendit abram in egyptũ. timensqꝫ li‑
bidinem egyptioꝝ: ne eum ꝓpter speciẽ mu‑
lieris occiderent. sororem suã eam dixit esse.
Et sublata est mulier pulcra valde i domũ
pharaonis. Abrã vero bene vsi sunt egyptij ꝓp‑
ter eam. Deus vero desiderium regis: impedi‑
nit. ne tangeret eam: egritudine ⁊ tumultu
causarum. Cũqꝫ ꝓ salute regis sacrificarent
sacerdotes: p iram dei hec accidisse signifi‑
cauerunt. qꝫ vxori pegrini iniuriam inferre
voluisset. Uocauitqꝫ pharao abram. ⁊ dixit
ei. Cur non indicasti. qꝫ vxor tua esset: Ecce
coniunx tua Accipe eam: ⁊ vade. Et precepit
rex viris vt educerent eũ. Erat enim diues
valde: in auro ⁊ argento. in seruis ⁊ ancil‑
lis: ⁊ iumentis. Arismeticam sane. ⁊ que de
astrologia sunt; egyptijs tradidit. ante eis
ignota. a quibus post puenerunt: ad grecos
Reuersusqꝫ est abram vsqꝫ ad locum. vbi fi‑
xerat tabernaculum inter bethel: ⁊ hai. Per
titusqꝫ est terram cum loth: dum pastores
inter se rixarentur p pascuis. optionem etiã
concessit loth. ⁊ leuans loth oculos: vidit re‑
gionem iordanis congruam sibi. ⁊ moratꝰ
est in opidis sodomorum. Abram vero descen‑
dit ad conuallem mambre iuxta ebron. ⁊ ha‑
bitauit ibi. Fecitqꝫ ibi altare domino. ebron
ciuitas est. que ⁊ cariatharbe dicitur. i. ciui‑
tas quattuor. Arbe enim quattuor. cariath:
ciuitas. ibi enim situs est adam maximꝰ et
abram. ⁊ ysaac ⁊ iacob cum vxoribus suis.
Mambre vero aner ⁊ escol: fratres erant. ⁊ con‑
federati sunt abrahe: a ꝑmogenito eoꝝ valle
lis cognominata erat. Habitauit autem ibi
abram circa quercum. vel terebintum. cuiꝰ
radices apparent adhuc. quã ꝓprio nomine
iosephus vocauit dicens. Arbor illa scd̃m
hieronymũ vsqꝫ ad tempus theodosij im‑
peratoris durauit. ⁊ ex illa hic fuisse ꝓ h bet
que modo est. que licet arida. tamen medi‑
cinalis est. de qua qui secum habet. iumen‑
tum eius non infundit. Habitauit abram
circa ilicem. que vocatur agigi. ibi ꝓmisit ei
deus qꝫ omnẽ terram circumstantẽ p quat‑
tuor ptes orbis: daret ei ⁊ semini eius.

De victoria abre et occursu melchi‑sedech.

Actum est autem in illo tempore:
vt amraphel rex sennar. idest. babi‑
lonis ⁊c. Iam tunc tantum pro‑
cesserat libido regnandi: qꝫ queqꝫ ciuitas re‑
gulum habebat. quorum plurimi: alicui ma‑
iori regi seruiebant. tamen omnes subditi fu‑
erunt monarco assirioꝝ. Sane quinqꝫ ciui‑
tates sodomoꝝ. sodoma ⁊ gomorra. adama
sebois. bala. que ⁊ segor. quinqꝫ reges ha‑
bebant. Has subiugauerat sibi codolaomor
rex elamitarum. ⁊ tributarias sibi fecerat. et
duodecim annis seruierant ei in tributo:

faciã patri tuo escas: quibus libenter vesci-tur: vt benedicat tibi pro esau. Abijt ille et at-tulit: deditq; matri. Que cum parasset ci-bos induit iacob vestibus esau valde bo-nis. quib⁹ vt diximus primogeniti vteban-tur. Timebat vero iacob ne deprehensus a patre: susciperet maledictionem: pro benedic-tione. Porro: mater pelliculas hedoꝝ mani-bus et collo eius circumdedit: vt similitudi-nem pilosi fratris exprimeret. In alijs enim quã simillimi erant tanquã gemelli. Accep-tosq; cibos iacob intulit patri dicens. Ego sum esau. Comede de venatione mea: vt be-nedicat mihi anima tua. Cui ysaac. Accede ad me vt tangã te. et probem vtrũ sis. esau an non. Quo palpato: ait. Uox iacob ẽ: sed manus sunt esau. Cum aũt comedisset. hau-sissetq; vinum: et osculatus est filium. et be-nedixit ei dicens. Det tibi deus de rore celi. et de pinguedine terre: abundantiam frumen-ti vini et olei. His tribus: solet omnis ter-re fertilitas intelligi. p frumentum: cibus. p vinum: potus. p oleum: pulmenta. Et ad-didit. Seruiant tibi populi et tribus. Esto dominus fratrum tuoꝝ. qui maledixerit ti-bi: sit ille maledictus. et qui benedixerit tibi: benedictionibus repleatur. Nota ꝙ tria que in benedictione premissa sunt. abundantia. potentia. primogenitura: psentis temporis sũt. Quartum vo scilicet benedictio futuri est. et ideo. in benedictionibus sacerdotum nostro-rum: solet dici. Benedictus est autem iacob: scdm verba. non scdm intentionem patris. sicut episcopus ordinat alienum quem pu-tat suũ. et est ordinatus. Uix sermonem im-pleuerat pater. egresso iacob: venit esau ci-bos inferens patri. petens ab eo benedictio-nem. Expauit ysaac vehementer. et in hac ex-tasi vidit in spiritu: a domino factũ esse hoc et significationẽ pie fraudis intellexit. et ideo non irascens: sed confirmans quod fecerat. ait Frater tuus venit fraudulẽter. et accepit be-nedictionem tuã: et erit benedict⁹. Cui esau. Iuste vocatus est iacob. en altera vice me supplãtauit. i. bis decepit. prius: primogenita. se-cundo: benedictionem surripiens. Cumq; et ipse a patre benedici postularet: et patri hesi-tanti in quo benediceret: vehementer insta-ret. motus ysaac: ait. In pinguedine terre. et in rore celi desuper: erit benedictio tua. Et ita fuit. Idumea enim: pascualis ẽ. Et ad-didit de posteris ei⁹ prophetans. Uiues gla-dio. i. bellicosus eris. et fratri tuo seruies. cũ scilicet idumea facta ẽ tributaria domui isrl. sed veniet tempus. cum excuties eius iu-gum: de ceruicibus tuis. Hoc impletum est cũ rebellauerunt idumei ne essent sub iuda.

De somnio iacob cũ fugeret in mesopotamiam.

Dixerat ergo esau iacob. et dixit in corde suo. veniẽt dies luctus. idest mortis patris mei: vt occidam ia-cob. Nunciata sunt hec rebecce. eodem spi-ritu sciuit rebecca cogitationes esau: quo in-timauerat iacob fraudare fratrem. Excusatᷣ ergo iacob. de mendacio in patrem: et dolo in fratrem. p iussionem matris. Mater vero p familiare consiliũ spiritussancti. Que ait ad iacob. Fuge ad laban fratrẽ meũ. et esto ibi: donec quiescat indignatio fratris tui. Quod ne absq; patris licentia fieret: ait rebecca vi-ro suo. Si acceperit iacob vxorem de filiabus heth: nolo viuere. et aduocans ysaac iacob. benedixit ei. et precepit vt iret in mesopota-miam accipere sibi vxorem de filiabus laban. Uidens autem esau ꝙ offendisset patrem suum pro nuptijs alienigenarum: iuit ad ismahelem patruum suũ. accipiens sibi vxo-rem filiam eius maleth. sororem nabaioth vterinam. absq; his quas prius habebat. Igitur egressus iacob de bersabee: pergebat aran. Per chananeam vo iter faciens: timuit incolas terre. quia vt ait iosephus: chana-nei erant inde uoti ysaac: prioribus bellis

eius valde grauati. maxime cum cariathiarim cepisset. circa quam precipue laborauerat. Timuit ergo iacob apud aliquem prouincialium intrare: et sub diuo iacebat. Cum autem venisset iuxta luzam vespere supposuit capiti suo lapidem et obdormiuit. viditque in somnis scalam a terris celos attingentem. et angelos ascendentes et descendentes per eam. Josephus dicit quod vidit descendentes per eam figuras. honestiorem naturam habentes: quam hominis. et dominum innixum scale dicentem sibi Ego sum deus abraham et ysaac. terram hanc dabo tibi: et semini tuo. benedicentur in te et semine tuo: omnes tribus terre. ero custos tuus in hoc itinere. et reducam te in terram hanc. Ordine preposteri visus est dominus. prius enim in propria persona iacob custodiuit. post sub iosue dedit terram illam semini eius. In fine temporum: in christo qui de iacob. benedicte sunt tribus terre. Euigilans iacob: ait. Vere dominus est in loco isto. et ego nesciebam. Terribilis est locus iste. et est domus dei hic: et porta celi. Prophetauit de lege et de templo. et passione christi: que in terra illa futura erant. terribilis enim lex. domus dei. templum. passio christi: apertio porte celi. Et lapidem quem supposuerat capiti suo. erexit ibi in titulum. i. in commendabilem memoriam huius visionis. et libauit super illum oleum domino. vouens dominum qui apparuerat ei: semper sibi esse in deum. et lapidem. i. locum lapidis: semper sibi honorabilem. et in reditu: decimas et hostias se ibi oblaturum. et vrbem proximam etiam honorandam decreuit. vocans eam bethel idest. domum dei. vel secundum iosephum. i. hostiam dei. Prius enim a iebuseis qui eam condiderant: vocabatur. luza. i. nux. vel amigdalus. quia cum primo fundamenta ibi iacerent: radix amigdalina inuenta est. vel forte: copia huius generis arborum ibi est.

De duabus vxoribus iacob.

Procedensque in mesopotamiam: longo tempore peruenit in charan. et venit ad puteum in agro opertum lapide grandi. iuxta quem: tres greges accubabant. Cumque dixisset pastoribus vt adaquarent greges. et ad pastum reducerent: accepit moris esse ibi: non amoueri lapidem. donec omnes greges conuenirent. nec licere particulatim greges adaquare. Cumque percunctaretur de laban: valet inquiunt pastores. et ecce rachel filia eius cum grege suo. Que cum aduenisset: amouit iacob lapidem ab ore putei. Patet: quod non solus erat iacob. et adaquauit gregem eius. et indicans se consobrinum eius: osculatus est eam. Que nunciauit hec patri. qui occurrens: duxit iacob in domum suam. et audita causa fuge: dixit ei. os meum et caro mea es. et ideo secure latebis apud me. Tandem eum curam gregis habere decreuit Post mensem vero: dedit iacob optionem mercedis pro seruitio pastorali. habebat autem laban filias duas. liam: lippam oculis. et rachel: venusto aspectu. quam diligens iacob ait. Seruiam tibi septem annis pro rachel. Seruiuit igitur septem annis pro rachel. et videbantur ei pauci dies: pre amoris magnitudine. Nec dictum est parui. quia desideranti animo ipsa velocitas tarda est. sed dictum est pauci. quia videbatur ei rem tam amabilem paucis emisse. Longe enim pluribus annis seruisset pro ea: prius quam ea careret. Vel dies vocat: laborem dierum. qui videbatur ei paruus: quia laborem leuigabat amor. Completo septennio: fecit laban nuptias genero suo. Vespere autem facto: subintroduxit liam. dans filie ancillam nomine zelpham. Jacob vero vt dicit iosephus: per ebrietatem et noctem sic commixtus: die facto. apud laban de iniusticia querebatur. Qui dandam necessitati veniam postulauit: moris ibi esse asserens. maiores ante tradi ad nuptias. sed post alios septem annos. se daturum ei rachel laudauit. causam procelati temporis dicens: se non libenter filiam ad chananeos missurum. cum etiam de sorore penitentiam ageret: quod

eam illuc dixisset. Hieronymus ho dicit errasse illos. qui dixerunt post septem alios annos rachel traditam: sed post septem dies conuiuiorum. Quos quasi perturbare superinducta alia sponsa: fas nõ erat. Quibus finitis: iacob optatis potitus nuptiis. amorem sequentis priori pretulit: seruiens pro rachel. aliis septem annis.

De quattuor filiis lie. et de filiis ancillarum.

D Ominus autem aperuit vuluam lie. sorori sterili data: vt amorem viri fecunditate consequeretur. Que peperit filium: et ait. Vidit dominus humilitatem meam. i. vilitatem meam erga virũ. Et ideo vocauit filium ruben. i. visionis filium. Rursus peperit alium: et ait. Audiuit dominus me haberi contemptui. et ideo dict⁹ est symeon. i. auditio. Peperit tertium: et ait. Copulabitur mihi vir meus. quia addidi ei filios. et ob hoc: dictus est leui. i. additio. vel firmator societatis: secundum iosephum. Peperit quartum: et ait. modo confitebor domino. et ob hoc: dictus est iudas. i. confessio. Cessauitque parere. Proinde rachel inuidit sorori. et ait ad iacob. da mihi liberos. Alioquin: moriar. Qui ait. Nunquid ego sum deus: Et illa. Si non de me: saltem de ancilla mea Et dedit ei balan in coniugium. non: in vxorem. sed vt ei iungeretur. Peperit bala filium. et dixit rachel. Iudicauit me domin⁹ idest. equauit me sorori. et ob hoc: dictus est puer dan. i. iudicium. Peperit et alium: et ait rachel. Comparata sum sorori: et inualui et ob hoc dictus est neptalim. i. comparatio. vel dilatatio. Lia quoque tradit viro zelpham. que peperit filium. et ait lia: feliciter. et dictus ẽ puer gad. i. felicitas. Peperit etiam alterum. et ait lia. Beatam me dicent mulieres. et dict⁹ est puer. a ser. i. beatus. His temporibus factum est diluuium particulare in achaia. sub ogige rege. qui vrbẽ que vocabatur acta innouans: eleusim nominauit. Tũc etiã apud lacum tritonidem virgo apparuit: quã greci mineruam dixerunt. Hec: plures artes adinuenit. et maxime: lanificium. Eadem dicta est pallas: a pallane insula tracie in qua nutrita est. vel a pallante gigante: quem interfecit Traditur autem: cũ post diluuiũ illud ciclades longo tempore obumbrate fuissent: aquis rarescentibus prima inter eas delos sole illuminata est. et ideo delos dicta. quod sonat manifestum.

De reliquis filiis lie et de ortu ioseph.

r Uben tempore messis triticee. scilicet iam collectis hordeis: vel forte tres collectiones a metendo. i. colligendo: messes dicuntur. messis pomorum: que prima. messis tritici: que secunda. messis vindemiarum: que tertia. Hoc inquam tempore ab agro regressus ruben: tulit mandragoras. et dedit matri sue. cuius esum desiderans rachel: dixit lie. Da mihi de mãdragoris. Opinantur enim quidam hoc genus pomi in escam sumptum sterilibus fecunditatem parare. quod augustinus falsum esse dicit. Cũ enim mandragoram vidisset occasione hui⁹ lectionis. omnem vim et naturam eius diligenter asserit se perscrutatum. et nil tale reperisse in ea. Et ait lia. Parũ ne tibi videtur. quod abstuleris mihi virum meum. nisi et mandragoras simul tuleris: Rachel mitigans sororis iram: ait. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris. Et occurrit lia redeunti iacob de agro. quod cum mercede cõduxisset significans. Et concepit nocte illa. et peperit filium quintum: et ait. Dedit deus mihi mer

eodem: quia dedi ancillam viro meo. et ideo vocauit puerum ysachar. qđ sonat: merces. Acar enim merces. Pro eo etiam sic vocauit eum. quia mandragoris emerat viri introitum. Rursum lia concepit sextum filiū. et peperit: et ait. Mecum habitabit maritus meus. quia genui sex liberos. et ob hoc: vocauit puerum zabulon. i. habitaculum. In libro tamen nominū hebreorū violenter fluxus noctis interpretatur. post quem peperit filiam nomine dinam.

r Ecordatus est dñs rachel. et aperuit dñs vuluam eius. que peperit filium dicens. Addidit mihi dominus alterum. et ob hoc dictus est ioseph. i. augmentum.

De diuersis coloribus virgis et fetibus.

f Initis ergo quattuordecim annis seruicij pro vxorib⁹ suis. iacob dixit socero suo. Da mihi vxores et liberos meos: vt reuertar ad terram meam. Et ait laban. Inueniam gratiam in conspectu tuo: vt adhuc mihi seruias septem annis. et cōstitue mercedem quā dem tibi. Scio enī quia propter te benedixit mihi deus. Et ait iacob. Iustum est vt aliquando prouideā domui mee. si feceris q̄ postulo: adhuc pascam pecora tua. Separa greges varios. et sparso vellere: et trade in manu filiorū tuorū. Unicolores vero trade mihi. et quod ex vnicoloribus variū natum fuerit: sit merces mea. qđ vni⁹ coloris: tuū. Respondebitque mihi cras iusticia mea. i. in futuro. quasi diceret. tecum faciet natura vt alba ex albis. nigra: ex nigris nascantur meū iusticia mea. dum deus pro labore meo quod iustū sibi videbitur: reddet mihi contra naturam. Gratū hoc habuit laban. et separauit omnes diuersi colores. et dedit filijs suis in custodiam. vnicolores tradidit iacob. et separauit iter triū dierū inter iacob et filios suos. ne quis ex vicinitate pecorū: nasceretur dolus. Hoc ita dictū: planū est. nisi qđ in textu legitur. q̄ laban vnicolores gregē tradidit in manu filiorū suorū. quod contrariū videtur ei: qđ diximus. Potest dici: eum tradidisse in manu filiorū suorum. i. nepotum suorū. filiorū scilicet iacob. q̄ sub patre opiliones erant. Uel per anticipationem dictū est. i. vnicolorem gregē post natum sub custodia iacob: dedit filijs suis: cū diuersi colore prius dato. Hieronym⁹ quoque dicit: vsque ad tempus suū locum hunc confusum fuisse. Iacob autē nouam nature strophā cōmentatus contra naturā arte naturali pugnauit. Tulit enim virgas virides populeas. quas septuaginta styraceas vocant. et amigdalinas. et plataninas. quas per loca discorticans: varium virgarū fecit colorem. Forte: erant tres canales. et tres virgas tantum eiusdem longitudinis: cum canalibus tulit. cuique canali suam virgam imponens. Forte: plures in canalib⁹ erant virgule. Obseruabat ergo iacob tēpus quo pecora ascendebantur. et in feruore diei: cum ad potandū auide procurrerent. in ipsa auiditate potandi faciebat oues et capras ascendi. vt tales fet⁹ conciperent: quales vmbras arietum et hircorum super se ascendentium in aquarū speculo videbāt. Ex virgis enim ibi positis: vari⁹ erat vmbrarū color. ne aūt omnes fetus diuersi colores fierent: et deprehenderetur dolus: sic temperauit iacob. primo tempore. cum ascendebantur oues: que verni fetus meliores sūt. ponebat virgas. vt in conspectu earum conciperent. In serotina vero admissura. i. in ea que fiebat in extremitate veris: deteriores sūt fetus. quia in tarde appetentibus coitum: minus viget natura. et ideo: tūc nō apponebat virgas. et ita q̄ serotina erāt. facta sunt laban. et q̄ primi temporis: iacob. Uel forte serotina dicta est admissura in autūno. quia natura ouiū mesopotamie et italie: eadem esse traditur. ita vt bis in anno pariant. Unde poeta

bis grauide fetu. Qđ aũt dicitur vt in vir-
gis conciperēt. dicit hieronymus vim hebrei verbi nisi circumitu exprimi non posse. Significat enim totius corporis extremā cōcussionem in feruore coitus extremo. nec mirum: similem conspecte imagini sobolem fieri in extremo voluptatis. cum hoc ipsum in equarum gregibus apud hispanos fieri dicat hieronymus. ⁊ quintilianus matronam accusatam, q̄ ethiopem peperisset ex imagine conspecta. hoc accidisse argumentans: defendisset. ⁊ in libris scriptum hypocratis reperitur. quandā puniendā: q̄ pulcerrimū pepisset vtriq̄ parenti: generi quoq̄ eorum toti dissimilem. nisi monuisset hypocras querere: ne forte talis pictura esset in cubiculo. Ditatus est ergo iacob vltra modum. Postquā audiuit verba filiorum laban dicentium: tulit iacob nostra. ⁊ de facultate patris factus est inclitus: etiam faciem laban animaduertit q̄ nō esset erga se sicut heri. ⁊ nudiustertius: maxime dicente sibi domino. reuerteret ⁊ ero tecum. Misit ⁊ vocauit liam. ⁊ rachel: in agrum. vbi pascebat gregem: ⁊ ait. Facies patris vestri: nō est mecum. scitis: quia circūuenit me. ⁊ mutauit mercedem meam decem vicib᷒. Septuaginta dicunt: decem annis. quasi decem circumuolutionibus. que denaria mutatio: in sex annis facta est. Dicit enim iosephus q̄ omne tempus quod fuit cum laban: viginti annorum fuit. Noluit enim iacob tertiam septimanam annorum complere sub illo: pro ei᷒ nequitia. Videns enim laban plures nasci diuersi colores: aiebat. Deinceps: vnicolores sint merces tua. Item: cum videbat vnicolores multiplicari: immutabat mercedem. Et addidit iacob. Deus tulit substantiā patris vestri: ⁊ dedit eam mihi. q̄ in somnis ostendebat mihi. quales essent fetus nasciturі: q̄ ⁊ dixit mihi. Surge. ⁊ egredere de terra hac. Responderūt lia ⁊ rachel. Quasi alienas reputauit nos pater. nunquid quicq̄ residui habebimus de facultatibus ⁊ hereditate eius: fac quecūq̄ precepit tibi deus.

De fuga iacob. et federe inito cū laban.

[F]Ugiens ergo iacob cum vxoribus ⁊ liberis abijt. tulitq̄ oēm substantiam ⁊ greges. ⁊ quicquid in mesopotamia acquisierat. Deduxit etiam iacob vt ait iosephus medietatem gregis. nesciente laban. qui eo tempore ad tondendas oues ierat. Rachel etiam nesciente viro: idola patris sui preciosa furata est. ⁊ secum tulit. nō ad colendū: quia docente viro sciebat nō colēda. sed si cōprehēderent patre insequente: vt ad hec fugiendo veniā impetraret. Iuit igitur iacob amne transmisso contra montem galaad. ⁊ nunciatum est laban die tertia. q̄ fugisset iacob. qui assumptis filijs ⁊ cognatis suis: insecutus est eū septē diebus. tñ iosephus dicit: laban post primum diem cognoscēs discessum iacob ⁊ filiarum: persecutus est eos. ⁊ in colle procul collocatos inuenit eos. Potest dici. quia si in tercio die cognouit. tunc: post primum. vel potius post secundū diem dicitur cognouisse. quia tunc egressus nuncius: tertia die venit ad eum. vbi filij pascebant greges. q̄ separati erant a iacob itinere triū dierum. vt predictum est. Vidit aũt laban in somnis deū dicentem sibi. Caue ne quicq̄ aspere loquaris contra iacob. Qui cōsurgēs: ait ad iacob Quare me ignorante fugisti: ⁊ cur furatus es deos meos: consobrinus. ⁊ gener meus. ⁊ coepulator. hec facere nō debueras. Respōdit iacob. Timui ne filias tuas violenter auferes mihi. que tamē: nō tam me q̄ filios secuntur. Qđ aũt me furti arguis. apud quecūq̄ inueneris deos tuos: necetur corā fratribus nr̃is. Ingressusq̄ laban tabernacula lie. ⁊ ancillarum nō inuenit. Cūq̄ intraret tabernaculū rachel: illa subter stramenta cameli abscōdit idola ⁊ sedit. ⁊ querenti patri: ait. Ne irascatur dñs

meus: qd nequeo sibi assurgere. quia iuxta consuetudinem feminarũ: nũc accidit mihi. ⁊ sic delusa ẽ sollicitudo querẽtis. Iratusq̄ iacob improperauit ei: qd ꝑ diligẽti seruicio viginti annoꝝ nõ meruerat: vt ipse omnem suppellectilem suam scrutaretur. Et ait laban. Omnia q̄ habes mea sunt. Sed qd possũ facere filijs ⁊ nepotibus meis? Ueni: ⁊ ineamus fedus. Tulitq̄ iacob lapidem ⁊ erexit illum in titulũ vel indiciũ federis: ⁊ ait fratribus suis. Afferte lapides istos. Qui congregantes fecerunt tumulum. ⁊ comederũt sup eum. ⁊ dixit laban. Tumulus iste sit testis federis nostri: ne ego transeam illũ. ꝑgens contra te malum cogitãs. nec tu trãseas ad me nocẽs. nec affligeris filias meas. nec vxores alias sup eas induxeris. Et ob hoc: dixit iacob lingua sua collem: galaad. i. aceruũ: testimonij. gal enim: aceruus. aad: testimoniũ. Laban enim sua lingua vocauit eum. ygadsedutha. Laban aũt de nocte cõsurgens. benedixit illis. reuertens in locuz suũ. Porro: iosephus dicit eos columnaz in monte statuisse. subscrĩate are. forte aceruũ columnam nominauit.

De muneribus premissis esau.

Iacob abijt itinere quo ceperat. fuitq̄ ei obuiã multitudo angeloꝝ. ⁊ ob hoc: vocauit locũ illum: manaim. i. castra. quia ibi vidit angelos. quasi paratos eũ defendere: a fratre quẽ timebat. Misit autẽ ab illo loco nuncios ad fratrem: q̄ explorarent fratris animũ. Qui reuersi: nunciauerũt esau sibi occurrere pacificum: cum quadringentis viris. Timuit ergo iacob. nõ de ꝓmissione angeloꝝ diffidẽs: sed more hominũ ꝑturbatus. Et diuisit populum qui secum erat in duas turmas. ancillas ⁊ liberos earũ: in priori turma. in secunda liberas ⁊ filios eaꝝ. ita tamen ꝙ in extremitate eius: posuit rachel. ⁊ ioseph: tanquã cariores. Unde: q̄dam errauerũt. putantes tertiam turmam rachel ⁊ ioseph habuisse. Sic aũt diuisit. vt si veniret esau ad nocendum: ⁊ priorem ꝑcuteret turmam. reliqua fugiens saluaretur. Separauit aũt ibidẽ õ his q̄ habebat munera fratri suo. queq̄ pulcriora ⁊ cariora: ⁊ diuersoꝝ generũ animalia. Misit etiam ea ꝑ diuersos nuncios. spaciũ ponens inter gregem ⁊ gregem. vt ex frequentia munerũ sese subsequentiũ: multa esse putarẽtur. vt muneribus si quid indignationis adhuc esset in esau: placaretur. Precesserũt ergo munera. ipse adhuc erat ĩ manaim. Cõsurgẽsq̄ ante diluculũ: traduxit vxores ⁊ filios cum omnibus ad se ꝑtinẽtibus ꝑ vadũ iaboch. Iosephus dicit. ꝙ torrentẽ nomine iaboch transierit. In genesi legitur: cũ orasset iacob timens fratrem suũ dixisse. In baculo meo transiui iordanem istũ. ⁊ nũc cum duabus turmis regredior. Forte: iordanis erat quem transiuit. ⁊ q̄r ibi calculosus ⁊ torrens dicebatur vadũ iaboc: qd interꝑtatur calculus. Forte aũt vicio scriptoris: ꝑ iacob legitur iaboch. ⁊ ex transitu illo sortitũ est nomen. vadum iacob. Secũdo miliario a iordane: ĩ finibꝰ idumee iaboc. quẽ trãsuadauit iacob.

De lucta iacob cũ angelo et mutatione nominis.

Cum aũt ꝑcederent turme: solus ĩ ripa fluminis remansit. vt oraret. ⁊ ecce vir luctabatur cum eo vsq̄ mane. q̄ tetigit latum neruũ femoris eius. ⁊ emarcuit. vnde: ⁊ iacob ꝓposuit se deinceps non comesturũ neruũ. ⁊ idipsuz posteritas eius nunc vsq̄ obseruat. Cũq̄ ascẽderet aurora: dixit vir ad eum. Dimitte me. Qui respondit. non dimittam: nisi benedixeris mihi. viro aũt querenti nomen eius: ait se vocari iacob. Nequaq̄ inquit ille appellabitur nomen tuũ iacob. sed israel. quia si contra deũ

fortis fuisti· quantomagis contra homines p̄ualebis? Et ita: benedixit ei: mutando scilicet nomen· ⁊ confortando: ne timeret fratrē. Quod enim contra deum stetit inuictus· factum est ei in signum: quia inuictus staret contra fratrem. Josephus dicit· hoc nomen israel: hebraice sonare· reluctantem angelum sacrum. In libro autem nominū hebreoꝝ· interp̄tatur vir videns deum· is enim: vir· el· nomen dei est· ra· ho: videns dicitur· vel mens videns deum. Hanc autem interp̄tationem dicit hieronym⁹: non tam vere q̄ violenter factaȝ esse· illam iosephi: dicit se in hebreo non inuenisse· ⁊ dicit illud nomē sonare: p̄nceps cum deo. Sic enim angelum interp̄tatum asserit fuisse· si contra deum fortis· vel princeps fuisti ⁊c. Uocauit itaqȝ iacob locum illum: phanuel· i· facies dei. Et ait Uidi dn̄m facie ad faciem· ⁊ salua facta est anima mea· i· de valde territa: plurimū confortata. Cūqȝ transgressus esset phanuel: ort⁹ est ei sol· ⁊ claudicabat.

De occursu esau et epmtione agri in sichem.

e Leuans aūt oculos: vidit esau· ⁊ cum eo quadringentos viros· ⁊ p̄cedēs vtrāqȝ turmā q̄ȝ fecerat: adorauit p̄n⁹ in terram septies. Currēs autem esau: amplexatus est eum· ⁊ deosculans eū fleuit· ⁊ querēs cuius essent mulieres: ⁊ paruuli. Cam accepisset p̄mere ad iacob: accessit· ⁊ deosculatus est eos. Cumqȝ nollet esau munera p̄missa retinere· se plurimum abundare dicens: ait iacob. Si inueni gratiā coram dn̄o meo: accipe munusculū de manu mea. Sic vidi faciem tuam: quasi viderim vultum dei· i· alicuius potentissimi. Nō enim aut credebat illum deū: aut in tantam prupisset adulationē. Reuersus est ergo esau die illo in seir· villam scȝ quam de nomine suo sic dixerat. Jacob aūt inde p̄cedēs: fixit tabernacula in loco· quē ob hoc dixit socoth· i· tabernacula de quo dicit hieronymus. Socoth est vsqȝ hodie ciuitas trans iordanē: in p̄te sicopoleos· vbi gedeon transierat iordanem· cū locutus ē ad viros socoth. Sȝ mirum est: q̄ hieronymus dixit trans iordanē· cū iacob scd̄m quosdā iam dictus sit trāsisse iordanē· cū esset in socoth. Forte trāsiordanē dixit respectu mesopotamie: de q̄ redibat iacob· vel potius nondū transierat iordanem· sed iaboc. Cum aūt dixit supra iordanē istū: nō p̄sentem monstrauit· sed notū terminū iudee indicauit. Abijtqȝ de socoth in salem· vrbem sichimoꝝ· i· in sichem· a sichen enim sichimi vel sichimite dicti sunt: ⁊ forte bimomia erat· vel vt tradūt hebrei· moyses eam tūc tm̄ vocauit salē· i· cōsummatā ⁊ p̄fectā· qd̄ ibi femur claudicantis iacob sanatū sit. Porro iacob emit iuxta opidum p̄tem agri: ab emor rege sichimoꝝ· ⁊ a filijs eius centuȝ agnis· ⁊ habitauit ibi· ⁊ erecto altari: inuocauit fortissimū deum israel.

De morte sichimitaruȝ pro raptitudine et fuga iacob

e Gressa est aūt dina: vt videret mulieres regionis illius· q̄ vt ait iosephus: sichimitis sollenmitatē habētibus: sola trāsiuit ad vrbem· emptura ornamēta mulierū p̄uincialiū· quā vidēs sichē filius regis: adamauit eā· ⁊ rapuit: ⁊ vi oppressit virginē· ⁊ cōglutinata ē anima ei⁹ cū ea: ⁊ ait pater. Accipe mihi puellā hanc coniugē. Egressoqȝ rege cū filio ad iacob: filij iacob veniebāt de agro· ⁊ irati siluerunt. Regi aūt querēti vicariā coꝝ amicitiā ⁊ societatē· ⁊ vt mutua cōtraherēt cōiugia: ⁊ sichen offerenti multa· ⁊ p̄mittenti ampliora: rn̄derūt

in dolo. Illicitum est apud nos: federari in circũcisis. sed circũcidamini. ⁊ erimus populus vnus. Placuitq; oblatio emor ⁊ filio e9. nec distulit adolescens qn statim impleret. Et intrantes vrbem psuaserũt populo. ⁊ circumcisi sunt omnes. Et ecce die tercia. quãdo grauissimus est dolor vulnerũ: simeon et leui arreptis gladijs. confidenter vrbem ingressi sunt: ⁊ interficientes omnẽ masculũ in ea: tulerunt sororẽ de domo sichen. Ceteri vero fratres: irruerunt sup occisos. ⁊ depopulati sunt vrbem. paruulosq; ⁊ vxores captiuas duxerunt. Josephus tamen dicit. cum esset festiuitas: ⁊ sichimite requie ⁊ epulis vterent: incaũtanter primis custodijs assistentes: dormientes occiderunt. Quo agnito: dixit iacob. Simeon ⁊ leui turbastis me. ⁊ odiosũ fecistis habitatoribus terre huius. percutient me. ⁊ delebor ego ⁊ domus mea. Dñs autẽ cõfortans eũ: ait ad illũ. Surge. ⁊ ascẽde in bethel. ⁊ habita ibi. ⁊ fac altare vbi apparui tibi. sed prius sanctifica tuos. Jacob ergo cõuocata domo. dum purgaret suos: inuenit deos laban: vt ait iosephus. neq; eni sciebat eo q rachel celasset eos in terra sub arbore. ⁊ ait suis. Abijcite deos alienos. ⁊ mundabimini. ⁊ ascendamus in bethel. De sichem enim attulerãt etiã idola ⁊ inaures. i. ornamenta idolorũ. a pte tollũ. q omnia effodit iacob subter terebintũ. q est post vrbẽ sichẽ. Tradũt qdam: q ea tulit dauid in hierusalem. ⁊ cõflauit in materiã templi. qđ facere disposuerat. Porro: terror dei inuasit finitimos. ne psequerentur iacob. Qui pfect9 venit in bethel. ⁊ edificans ibi altare dño. obtulit ei iuxta id qđ prius vouerat. Eo tempe mortua est delbora nutrix rebecce. ⁊ sepulta est iuxta bethel sub terebinto. ⁊ vocatũ ẽ nomẽ loci: quercus fletus. Et nota q quia hic videtur. q quercus ⁊ terebintus sint idem. Apparuitq; ei iterum dominus: ⁊ ait. Non vocaberis vltra iacob. sed israel erit nomen tuum. ⁊ appellauit eum israel. Ecce patet: q supra nomen promisit tantum. hic autem imposuit.

De morte rachel i partu beniamin

e

Gressus inde iacob: venit verno tpe ad terram q ducit effratan. i. bethleem. ⁊ est anticipatio. post enim dicta est effrata: ab vxore caleph. que ibi sepulta est. ibiq; cũ parturiret rachel: cepit periclitari. tamẽ pepit filiũ. Egrediẽte aũt anima p dolore partus: moriens vocauit filiũ bennoni. i. filiũ doloris. Pater vero cũ circumcidit eũ: vocauit beniamin. i. filium dextere. Sepulta est ergo rachel in via q ducit bethleem. ⁊ sola inter cognatos: honorẽ sepulture abrahe non meruit. Erexitq; iacob titulũ sup sepulcrũ eius: qui apparet vsq; in psentem diem. Et egressus inde: fixit tabernaculuz trans turrim ader. i. turrim gregis. hunc locum dicunt hebrei: vbi post edificatum est templũ. ⁊ dictũ quasi quedã vaticinio: turrim gregis. i. congregationis future ad templũ. Sed hieronimus ait: locum esse iuxta bethleem. vbi: vel angelorũ grex in ortu dñi cecinit. vel iacob greges suos pauit. nomen inde loco suo relinquens. Cũq; habitaret ibi ruben: dormiuit cũ bala concubina patris. qđ tñ non latuit iacob.

De morte ysaac et regibus edom.

v

Enit etiã ad ysaac patrẽ suũ in ciuitate ebron. ⁊ iam mortuã inuenit matrẽ. nec etiã multũ post aduentũ eius cõpleti sunt dies ysaac. centum octoginta ãnorũ. vel scđm iosephũ cẽtũ octoginta quinq;. ⁊ appositus est populo suo: plenus dierũ. ⁊ sepelierũt eũ filij eius esau ⁊ iacob in spelunca duplici.

b

Jc terminatur prim9 liber iosephi. porro: mortuo patre. ditati sũt esau ⁊ iacob. ita: q eos terra nõ caperet.

⁊ rediit esau ad montana que dimiserat. et dicta est terra ab edon: idumea. q̄ bosra prius dicebatur. Enumerans enim moyses duodecim reges terre illius a primo vsq₃ ad vltimũ. quẽ videre potuit: ait. ⁊ regnauit post bale. zobal filius zare de bosra. ⁊ hunc dicũt q̄dam fuisse iob. pnepotem esau. sed hebrei contradicunt: vt supra dictũ est. Uidet etiã in genesi: q eadem terra ante esau etiã dicta fuit seir. Sub monte seyr: damascus. idumea est: in terra damascena. nã ⁊ esau: habitauit damascum. Theman: metropolis idumee. vnde: elephat temanites. ⁊ suethan vnde: baldat suithes. bosra: in finibus idumee ⁊ arabie. libanus diuidit idumeã ⁊ fenicidam. in cuius radice oriũtur albana ⁊ farphar. fluuij fluentes secus antiochiam.

Enumeratis eni filijs esau: enumerat principes horreoꝝ: qui fuerũt in terra ante esau. de q̄bus incipit sic. isti filij seyr horrei habitatores terre ⁊c. Horreos enim expulit esau: vt legitur in paralipomenon. Quidã tamẽ dicũt: hic enumeratos reges qui fuerunt in edom: anteq̄ filij israel habuissent regem sc₃ saul. ⁊ dicũt hanc enumerationẽ appositam ab esdra: qui eam scire potuit. In enumeratiõe vero legitistoꝝ de ana filio sebeõ. cuius filiam duxit esau. q inuenerit aquas calidas in solitudine: dũ pasceret asinas patris sui. Hebreũ verbũ est. Inuenit iamnũ. de quo: vt ait hieronimus varie disputãt hebrei. dicunt q̄dam iamnũ maria. quia lacum in heremo inuenit. Alij putant: aquas calidas. lingua punica que affinis ẽ hebree hoc nomine dici. quas greci turmas vocãt. Alij dicunt: eũ onagros asinabus admiscuisse. vt inde veloces asini nascerentur. qui vocantur iamnũ. Alij dicunt iamnũ: associationem. q primus equas asinis fecit ascẽdi vt mulli nascerentur.

Et notandũ: q in recapitulatione filioꝝ esau. ponit moyses alia nõia viroꝝ eius. ab illis que ante posuerat. Dicit etiam iosephus. q amalech filius esau naturalis de cõcubina habitauit in partes idumee. que gabalitis dicebatur. ⁊ dixit eam amalechiten. His vero pretermissis: transeundum est ad generaionem iacob.

Et tpe: pmedhens frater athlãtis: primus dictus est fecisse homines. tum: quia de rudibus doctos fecit tum: quia legitur fecisse imagines hominũ: quas arte quadã deambulare fecit. Inuenit etiam primus anulũ. sed ferreũ. ⁊ inclusit gemmã. vnde: ⁊ vngulũ vocauit. quia sicut vnguis carne: sic gemma metallo circũdatᷓ. Tradidit aũt vt in quarto digito quẽ medicum vocant: poneretur ad ornatũ. dignioᷓ hũc reliquis dicens. quia ab eo vsq₃ ad cor: quedã vena ptingat. Dicitur etiã ea tempestate tritolomus in naui in qua pictus erat draco: in greciã venisse. ⁊ ampliasse agriculturam. Ceres vero preter instrumenta arandi. etiã mensurandi granũ adinuenit. cũ prius in archonijs segetes ponerẽtur. ⁊ triticum p aceruos numerabatur. vnde: ⁊ a grecis demetra dicta est. tũc etiã telchines victi ⁊ cruleo condiderunt rodum.

De venditione ioseph quam preter miserat.

Ioseph cũ sedecim esset annoꝝ: pascebat gregem patris. Sciendu₃: q ante mortẽ ysaac. duodecim annis venditus est ioseph: qd sic pbatur. Sexagenarius erat ysaac: cũ natus est iacob. ⁊ centũ octoginta annoꝝ: mortuus est. Ergo centũ viginti annoꝝ erat iacob in morte patris. In venditione aũt filij: centu₃ octo annoꝝ fuit. Constat ergo q duodecim annis ante mortẽ ysaac venditus est ioseph Cũ enim venit ad ioseph in egyptũ: centum triginta annoꝝ erat. sed inter descensũ eius in egyptũ. ⁊ venditionẽ ioseph: fluxerunt viginti duo anni. Ioseph aũt decem ⁊ septem annoꝝ erat: cũ venditus est in egyptum. ⁊

triginta noucm: quãdo venit ad eum pater. Redit ergo moyses ad id quod pretermiserat. Dũ ergo rediret iacob de mesopotamia: et nõ dũ venisset ad patrẽ. adhuc viuente rachel: scdm iosephũ. facta est venditio ioseph i hũc modũ. Oderant eum fratres sui: quia a patre plus ceteris amabat. tum: q2 in senectute genuerat eũ. tum: quia prestantior corpe: et sapientior ceteris erat. accusaueratq3 fratres apud patrẽ crimine pessimo. sc3: de odio in ipsum. vel de coitu cum brutis. vel solũ ruben p concubina patris. fecitq3 ei pater tunicam polimitam. i. manu. vel acu pictam. vel scdm aquilã: tunicam astragelẽ. i. talarez. vel scdm simacũ: tunicam manicatã. i. manicas habentẽ. aliĩ: colobiĩs vtebantur: vt expeditiores essent. Potest tñ dici manicata: manupicta. acu sc3 supinducta. Causa tamẽ odiĩ maior fuit: visio sommiorz. Retulit eni fratribus sommiũ qd viderat dicens. Putabam nos ligare manipulos in agro. et vestros manipulos adorare manipulũ meuz stantem. Qui dixerũt. Nunquid rex noster eris. aut subiciemur ditioni tue: Aliud quoq3 sommiũ patre presente retulit eis. Uidi quasi solẽ et lunã. et stellas vndecim: adorare me. Increpauit eũ pater: et ait. Nunquid ego et mater tua et fratres tui adorabimus te sup terrã: Potuit hoc dicere cõgrue: quia mater adhuc viuebat. tñ nec mater eum adorauit. quia nõ descendit in egyptũ. nec pater legit adorasse eũ: quia nec ioseph sustinuisset. sed fratres adorauerũt. et parẽtes: in filiĩs. Cũq3 fratres in pascendis gregibus morarẽtur in sichem: misit pater eũ de valle ebron: vt viderent que fierẽt circa fratres et pecora. Cũq3 nõ inuenisset eos in sichimis: secutus ẽ eos in dothaim. Qui cũ vidissent eũ pcul: mutuo loquebãtur. ecce sommiator venit. Uenite occidamus eũ. et mittamus cadauer in cisternam veterẽ. dicemusq3 fera pessima deuorauit eũ. Ruben aũt volens liberare euz: aiebat. Nõ effundamus sanguinẽ. sed viuũ piciamus in cisternã. ne pater vna pimat. et mater in luctu. Hic vult iosephus: adhuc matrẽ vixisse. Nudantes ergo eũ tunica polimita: miserũt in cisternã. in qua non erat aqua. et recessit rubẽ meliora querẽs pascua. Dum aũt sederent comedẽtes panẽ: viderũt ismahelitas veniẽtes de galaath: portantes in camelis aromata et resinam. et stacten. i. mirram in egyptũ. Dixitq3 iudas fratrib9 suis. Melius est vt vendatur puer ismahelitis. et manus nostre nõ polluantur. celando sanguinẽ eius. Caro enim et sanguis noster est. Et vendiderũt eum madianitis: triginta argenteis. Eosdem vocat madianitas: quos et ismahelitas. Madian tñ de cethura filius abrahe et ismahel: de agar. et filios de diuersis vxoribus legitur abrahã ab inuicez sepasse. forte pus sepati: postea redierunt in vnũ. et facti sunt vnus populus retinentes vtriusq3 parentis nomen. vel vera hebreoruz opinio est. q dicunt agar. et cethuram vnam fuisse. et ita forte nunquã sepati fuerunt. Reuersus aũt ruben ad cisternã: nõ inuenit puerum. et credens eũ interemptũ: scissis vestibus eiulabat. sed accepto q viueret: quieuit. Tulerũt aũt tunicam ioseph. et tinxerunt in sanguine hedi. mittentes quosdam qui ferrent ad patrẽ: et dicerent. Hanc inuenim9. vide si filiĩ tui ẽ tunica. Quã: cũ agnouisset pater: ait. Fera pessima deuorauit filiũ meũ. Scissisq3 vestibus. et indutus cilicio: luxitq3 filiũ multo tpe. Congregatisq3 filiĩs. vt lenirent dolorẽ patris: noluit eos audire. sed dicebat. Descendã lugens ad filiũ meum: in infernũ. Erat enim tũc in inferno qdam locus beatorz. longe a locis penalibus semot9 q ob quietẽ et sepationẽ ab aliĩs: sinus dicebatur. sicut sinũ maris dicimus. Dictus est etiam sinus abrahe. q2 etiam abrahã ibi erat in sustentatione: vsq3 ad mortem christi.

De ingressu ioseph in egyptũ.

m Adianite ho vendiderũt ioseph in egypto phutiphari eunucho regio

militie pharaonis. Alij dicunt: archimach/co.i. principi coquorum. Machera enim: coquina dicit. vel securis coquorum. a machere: qd est occidere. Nec abhorret a vero. q2 apud plures nationes: dapifer principis honorabilior e. et princeps militū. Hūc iosephus vocat petefrem. sed hieronymus nō bene trāslatum nomen esse asserit. Hic habuit vxorē et liberos. quia et ioseph filiā eius duxit vxorē. nec d eunuchis regis fuit. q2 puuli castrabātur. Sz tradūt hebrei q videns ioseph elegantem: emit eū. vt ei misceretur. Dns aūt custodiens ioseph: illum adeo infrigdauit vt deinceps impotens fuerit coire: tanquā eunuch9 esset. ita: q videntes eū ierosanti arefactū: de more suo eū pontificem heliopoleos creauerunt. et honoratior erat q̄ ante in principatu.

Quod iudas genuit phares. et zaram de thamar.

e O tpe anteq̄ vēditus esset ioseph q2 hoc interiectū etiā est p recapitulationē discedēs iudas a fratrib9 suis: iuit ad virū odolamitem nomine yrā. et accepit ibi vxorem nomine sue filiā scz chananei. que pepit ei pmogenitū. et deinde: onam. post: sela. Dedit aūt iudas her pmogenito vxorē nomine thamar. Fuit aūt her nequā. i. abutens vasculo vxoris. et occisus ē a dño. i. inuentus est mortuus in thoro: iuxta vxorē. Et dixit iudas ad onam: vt ingrederetur ad eam. et suscitaret semē fratri. In quo patet quedā in lege post scripta: q̄ ante eam sunt obseruata. Qui indignans sibi nō nasci filios. fundebat semen in terrā. i. inutiliter vxorem cognoscere satagebat. et pcussit eū dñs. Remisitqz iudas thamar. vt esset vidua in domo patris sui. donec cresceret sela. Quo adulto: timuit eū dare thamar. et dissimulabat. Mortua est aūt sue: vxor iude. qui consolatione accepta post luctū: ibat ad tondendas oues cū yra opilione suo. Qd audiens thamar: depositis vestibus viduitatis: assumpsit teristrū. Seditqz in biuio itineris qd ducit thamnan. hebreū sonat: sedit i oculos. sic enim vocant biuiū. vbi diligenti9 aspicere debet viator: quo gradiatur. Quā cū vidisset iudas suspicatus est cadesam. i. scortū. Cui dixit. Sine me vt coeam tecū. Que ait. Quid dabis mihi: Et ille. Mittā tibi hedū: d grege. Et illa. Patiar qd vis: si dederis mihi arrabonē. Et dedit illi anulū et armillā. et baculū quē gerebat: p arrabone. Ad vnū ergo cōcubitum: cōcepit mulier geminos et abijt. receptis iterū viduitatis vestibus. Misitqz ei iudas hedū p pastorē. Qui cūnō inuenisset eā rediit ad iudam: sine pignoribus. Post tres aūt menses: dictū est iude. fornicata est thamar: vterus ei9 intumuit. Qui ait. Producite eā: vt comburatur. Que cū ducerentur ad penam. misit socero suo pignora dicens. De viro cuius hec sunt: concepi. Qui ait. Iustior me est: quia nō tradidi eā sela filio meo. Hec fecit: ne periret semen filij mei. Attamen vltra: non cognouit eā iudas. Instante vero partu: apparuerunt duo i vtero. et in ipsa effusione vnus protulit manū. in qua ligauit obstetrix coccinū: et ait. Hic egredietur prior. Illoqz retrahēte manū: egressus est alter. Dixitqz mater. Quare propter te diuisa ē a fratre tuo maceria: et ob hoc vocauit eū phares. Maceriā aūt dixit: membranam secūdarū. vel secūdinarū: qua inuoluit puer in vtero. que diuiditur in partu: et sequitur puerū. Postea egressus est alter: cū coccino. et dictus est zaram. i. oriens. quia prim9 apparuit. vel q2 plurimi iusti: ex eo nati sūt: vt legitur in paralipomenon. Tamen: super regum in principio tercij libri legitur: obstetrix in genesi coccinū ligauit in manu phares. qui ab eo quod parietem diuiserat: nomen phares sortitus est. forte: post coccinū tulit de zaram. et alligauit phares: vt de similibus gemellis: primogenitus distingueret.

De incarnatione ioseph.

Gitur ioseph ductus ē in egyptū. emitqꝫ cū phutiphar. fuitqꝫ dñs cū illo: domūqꝫ dñi sui sibi creditā gubernabat. Benedixitqꝫ dñs domui egyptij: ꝓpter ioseph. qui tñ aliud de oībus nō nouerat: nisi panē quo vescebatur. Factū est aūt: ꝙ dña sua oculos iniecit in ioseph: ⁊ ait. Dormi mecū. Qui rñdit. Oia sua tradidit mihi dñs meus: ꝑter te. Quomodo ergo possim hec facere: imo ⁊ peccare in dñm meū: Accidit aūt: vt ait iosephus. vt publica festiuitas instaret. cui etiam mulieres interesse debebāt. Tunc illa egritudinē simulauit viro. captans ob hoc solitudinē ⁊ silentiū vt exoraret ioseph. ⁊ apprehēsa lacinia pallij ioseph: ait illi. Dormi mecū. Qui iratus. relicto pallio in manu ei⁹: egressus ē foras. Illa cōtemptā se dolēs: in argumētū fidei retentū palliū ostēdit marito reuertēti: dicēs. Ingressus ē ad me seru⁹ hebre⁹: vt illuderet mihi. Ille nimis credulus cōiugi: vinctū ioseph tradidit in carcerē regis. Fuit aūt dñs cū illo. ⁊ dedit illi grām in cōspectu dñi carceris. q carcerē ⁊ cōuinctos in custodia ei⁹ posuit.

De expositione somniorū pistoris et pincerne.

a

Ccidit aūt vt pincerna regis ⁊ pistor in eundē carcerē mitterent. et ioseph ministrabat eis. videruntqꝫ ambo somniū nocte vna. quos cū mane vidisset ioseph tristes: sciscitatus ē ab eis causam doloris. Cūqꝫ accepisset ꝓ somnio dolere: ait. Referte mihi q vidistis. Nunqd dñi est interpretatio: Et ait ꝓpositus pincernarū. Videbā corā me vitem. ⁊ in ea tres fūdos: oculos scꝫ: vnde fundātur palmites. Alij ponūt tria flagella. vel tres ꝓpagines. qđ idem est. Et paulatim crescere gēmas. ⁊ post flores: vuas maturescere. ꝓmebāqꝫ vuas i calicē pharaonis quē tenebā. dabāqꝫ poculuꝫ pharaoni. ⁊ ait ioseph. Dedit deus in bonū hominib⁹ vsum vini. vñ ⁊ ipsi libat. soluit lites ⁊ tristicias. ⁊ bona ē ei⁹ visio. Tres aūt ꝓpagines: tres sunt dies. post quos restituet te pharao in gradū pristinū. Memēto mei cū bene fuerit tibi. vt suggeras regi: vt educat me. qꝛ de terra hebreoꝝ furto sublat⁹ sū. ⁊ innocēs in lacū missus sum. Tunc ait pistor. Videbā ꝙ haberē tria canistra farine super caput meum. ⁊ in superiori me portare cibos: q fiūt arte pistoria. auesqꝫ comedere ex eo. Iosephus ait: duo plena panib⁹. tertiuꝫ ꝓ obsonio. varijsqꝫ cibis: q̄lia solent regib⁹ ministrari. Grecus habet tria canistra contritoꝝ. i. panū scaūdoꝝ. ⁊ potuit esse: ꝙ etiaꝫ i superiori essent pauces scaūdi. sup quos essent panes pmi: d qbus edebat pharao. Et ait ioseph. Malle me esse interpretem bonoꝝ. Tres adhuc dies sunt. post quos pharao suspendet te in cruce. ⁊ comedēt aues carnes tuas. Exinde: dies terti⁹ natalici⁹ pharaōis erat. ⁊ inter epulas recordatus pincerne: restituit eum. pistorem ꝓ suspēdit. Oblitusqꝫ ē pincerna: interpretis sui.

De sublimatione ioseph pro expositiōe somnii pharaonis.

p

Ost duos ānos vidit pharao somniū: putabat se stare sup fluuiū. d quo ascēdebāt septē boues crasse. obesis carnib⁹. i. plenis q̄si obesum educatis. ⁊ post alie septē emergebant d flumine. summa cōfecte macie. ⁊ deuorabant priores.

Expgefactus pharao: rursum obdormiuit.
τ vidit aliud somniū septē spice plene pullulabāt i culmo vno. alieq3 totidē iuxta oriebātur tenues. τ pcusse vrēdine: τ deuorabant priores. Territus pharao: cōuocauit coniectores. τ sapiētes egypti. nec erat q̄ interpretaret. τ recordatus ē pincerna ioseph. τ ei⁹ suggestione ad regis impiū eductū de carcere ioseph: totonderūt. Vincti eni τ exules incremēta crinīū patiūtur. τ veste mutata: oblatus est regi. Rexq3 apprehēsa ei⁹ dextera ait. Vidi somnia. nec timeas edisscere: qcqd sit. narrauit q3 qd viderat. τ ait iosep. Somniū regis vnū ē.i. vnius significationis. q̄ facturus ē de⁹ ostēdit pharaoni. Ecce septe3 anni venient ferilitatis magne. in vniuersa terra egypti. quos sequēt alij septē tante sterilitatis petro: vt obliuioni det cūcta abūdantia. Ad idē sane spectāt boues: τ spice. τ somnij repetitio: firmitatis est indicium. Qd aūt iuxta fluuiū vidisti hec: causa fertilitatis τ sterilitatis ex flumine maxime oriet. Nūc ergo pnideat rex virū. q̄ qntā ptē frugū p septē annos fertilitatis congreget in horrea regis. vt seruet aduersus futurā famē parata. Pharao vtrūq3 miratus in ioseph. τ somnij discretionē. τ dispēsationē cōsilij. dispēsationem hui⁹ cōmisit ei dicēs. q spiritu dei plen⁹ esset Ecce: iam ter insinuatus est spūs dei. primo ibi. Spūs dei ferebat sup aquas. Secundo ibi. Nō pmanebit spūs me⁹ in hoib⁹ istis. Tertio hic. Tulit ergo pharao anulū d manu sua. et dedit in manu eius et collo: torquem auream circuposuit. τ fecit eum secundum in regno. Ascēditq3 ioseph currum regis. clamante precone: vt oēs coram eo genua flecterēt: sicut coram rege. Hebrei tn̄ tradūt pconē nō clamasse: ad geniculationē sed abrech. qd sonat pater tenerrim⁹. abba eni pater. rech: dedicat⁹. vel tenerrim⁹. q̄si τ si etate tener: tn̄ sapientia pater. Et ait rex ad ioseph. Ego sū pharao. Iuramētū ē. τ ē sensus. Sicut verū me ē esse pharaonē: sic verū ē qd dicā. Absq3 tuo impio: nō mouebit q̄spiam manū aut pedē in egypto. i. nō egredietq̄spiā hinc sine nutu tuo: neq3 publicis fungetur officijs. Et vocauit eū lingua egypciaca: phanec phane. i. saluatore3 mūdi. Qd grece pontiphanec dicit. Hebraice tn̄ sonat: absconditor3 inuētor. τ dedit ei asenec filiā phutiphar dn̄i sui virginē. triginta annor3 erat ioseph: qn̄ stetit corā pharaone. natiq3 sunt ei duo filij priusq3 veniret fames: vocauitq3 filiū pmogenitū manassen. qd ē obliuio. dicens. obliuisci me fecit de⁹ labor3 meor3 τ domus patris mei. secundū: vocauit effraim. qd est fructificatio dicens. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee.

De ingressu fratrū ioseph i egyptū sine beniamin.

Ioseph collegit granū septe3 annis. quibus trāsactis: venerunt anni inopie. τ clamauit popul⁹ ad pharaonē. alimēta petēs. Quib⁹ ille rn̄dit. Ite ad ioseph. Aperuitq3 ioseph horrea: τ vēdebat egyptijs. Sic etiā puincie veniebāt in egyptū: vt emerent escas. pecunia do tradebat archarijs regis. Audiēs aūt iacob q escε venderentur i egypto: misit illuc decē filios suos. beniamin domi retēto. qui ingressi terrā egypti: venerunt ad ioseph. nec agnouerūt eū. Cūq3 adorassent eum: τ agnouisset eos. duri⁹ loquebat eis dicēs. Vn̄ venistis: Qui dixerunt. de terra chanaan: ad emēdū escas. Et ille. Exploratores estis. vt videatis infirmiora terre ex diuerso venistis Et illi. Nō ē ita dn̄e: sed serui tui oēs sumus filij viri vni⁹. minim⁹ cū patre nr̄o ē. Ali⁹ nō est sup. Qui ait. Hoc ē qd locut⁹ sū. exploratores estis. impossibile eni ē. viro idiote. tales filios esse. cū etiā regib⁹ talis filior3 copia valde sit difficilis. p salutē pharaonis: nō egrediemini oēs hinc. donec veniat frater vester minim⁹. Mittite vnum ex vobis: q̄ adducat eū. Timebat eni: ne forte τ in illū aliud de-

liquissent. Tradiditq; eos vinctos custodie
tribus diebus. Tertio aūt die: eduxit eos. ⁊
retinens symeon. ligatisq; illis p̄sentib⁹: alios
abire p̄misit. q̄ cōquerebātur ab inuicē. Me/
rito hec patimur. q2 peccauimus in fratrem
nostrū. nescientes: q̄ itelligeret eos ioseph.
q2 p interp̄tem loquebat eis. Iussitq; ioseph
ministris suis. vt implerēt saccos eoꝝ: ⁊ re/
ponerent pecunias singuloꝝ in saccis suis.
datis supra cibarijs in via.

De reditu eorum ad patrem.

Et illi p̄fecti sunt. veneruntq; ad pa
a trē suū in terra chanaan. ⁊ dixerūt
ei oia q̄ acciderāt eis. Cūq; frumen
ta effunderēt singuli: inuenerūt in ore sacco/
rū ligatas pecunias. Territisq; oibus: dixit
pater. Absq; liberis fecistis me. ioseph nō est
sup. Symeon tenet in vinculis. beniamin
auferet. In me hec mala ceciderunt. Et ait
ruben. Trade eum mihi. Duos filios meos
interfice: nisi restituā eū tibi. At ille. Nō de/
scēdet filius me⁹ vobiscū. Interim cōsūptis
cibis: fames eos p̄mebat. ⁊ dixit iacob ad fi/
lios. Revertimini i egyptū: vt ematis pau/
xillū escarū. Et ait iudas. Si vis puerū mit
tere nobiscū: ibim⁹. alioqn nō imus. Ego su
scipio puerū. d̄ manu mea require eū. Nisi
illum reduxero: ero reus peccati omni tp̄e. ⁊
ait isrl̄. Si sic necesse ē: facite qd̄ vultis. Su
mite d̄ optimis terre nr̄e. modicum resine ⁊
mellis. stiracis ⁊ stactes. ⁊ terebinti. ⁊ ami/
gdalarū. ⁊ ferte viro munera. pecuniamq;
quā retulistis reportate. ⁊ aliā ad emendos
cibos. deus aūt faciat vobis virū placabilē.
⁊ remittat vobiscū fratres. Resina dicit. qd̄/
libet gummi liquidū. vel aridū. a resin gre/
co: qd̄ est manare. p̄ciosior est terebintina. q̄
forte exponendo subdit. ⁊ terebinti. Secunda
est lentiscina. q̄ venit de chio insula. Tertia
pinea. forte: balsamū sic vocauit. Josephus
enim in p̄ncipio numeri vnguenta balsami
posuit. ⁊ resinam tacuit. Stiracem q̄dā di/
cunt speciē resine. Hieronymus dicit in he/
breo esse: nothotha. qd̄ sonat generaliter thi
miama. ⁊ in ysaia p domo nethota: q̄dā
transtulerunt domū timiamatis. quidā do
mus stiriacis.

De ingressu in egyptum cum beniamin.

Igitur filij iacob descenderūt in egyptū. ⁊ ste
terūt corā ioseph. q̄ p̄cepit dispensatori suo.
vt introduceret eos. pararetq; cōuiuiū. quia
secū erant cōmesturi. Illi timentes se intro/
ductos p pecunia quā retulerāt dicebāt di/
spensatori: se eadē retulisse. ⁊ eis nescientib⁹
repositā fuisse in sacculis. Qui ait. Pax vo/
bis. Deus vester dedit vobis eā. Pecuniā
quā dedistis mihi: ego habeo. Eduxitq; ad
eos symeon. parabātq; munera: donec in/
grederetur ioseph meridie. Cui ingresso: ob/
tulerūt munera ⁊ adorauerūt in terrā. ⁊ ac/
cepto q̄ saluus esset pater. b̄ndicto quoq; be
niamin: cōmota sūt viscera ei⁹. ⁊ ingressus
cubiculū fleuit. lotaq; facie egressus cōtinuit
se. ⁊ ait. Ponite panes. Sedit aūt ioseph se/
orsum: tanquā alienigena. ⁊ egyptij seorsū:
vt indigene. ⁊ fratres seorsū vt aduene. Pro
phanū eni putāt egyptij: edere cum hebreis.
forte pro dispari cultu. Disposuit ioseph fra
tres scd̄m ordinē etatis eoꝝ. sicut in domo
patris sedere cōsueuerant. datisq; ptib⁹ mira
bantur q̄ ps beniamin q̄nq; ptibus excede
ret. Josephus tn̄ ait. Beniamin duplicibus
ptibus honorabat. Utrūq; aūt stare potest
Si quinq; fuerūt ciboꝝ impositiones: ⁊ de
qualibet duplū accepit. Biberuntq; ⁊ inebria
ti sunt cū eo. i. saciati scd̄m idioma hebreū.
Precepitq; ioseph dispensatori suo vt imple/
ret saccos. ⁊ pecunias reponeret. vt p̄us. ⁊ ci/
phū suū argenteū: in sacco minoris repone/

ret. Factumq̃ est ita. Ortoq̃ mane dimissi sunt. Tunc dispensator iubente ioseph: insecutus ē eos. ⁊ apprehēsis ait. Pessimā rem fecistis. furati estis ciphū: in quo bibit dñs meus. ⁊ in quo augurari solet. At illi dixerūt. Apud quemcūq̃ inuentum fuerit qd̕ queris moriatur. ⁊ nos serui erimus dñi tui. Ille scrutatus. incipiens a maiori vsq̃ ad minorem: inuenit ciphum in sacco beniamin. Illi aūt redierunt ad ioseph. Quibus ait. An ignoratis ꝙ nō sit similis mihi i augurandi scientia: Forte ioco dictum est. nec est imputandū. Iudas vo plurimū supplicabat vt ipsum meliorem ꝓ puero seruū retineret. q̄ in suā eū fidem recepat a patre.

Quod ioseph indicat se fratribus

p pitia vtriusqꝫ lingue quā habuit. grece et egyptie. sub quo p̄mo nata est in arce oliua Creditur etiam eadem tempestate egressus dionisius ba.hus. q̄ ꝛ argos cōdidit. ꝛ vsuꝫ vinee grecis dedit. Dicitur etiam diluuium in thessalia factum: sub deucalione. ꝛ incendium sub fetonte. circa tp̄a moysi ꝛ sub eo hercules anteum vicit. Erictonius fili' vulcani currum. ꝛ troilus p̄mus quadrigā iūxisse feruntur. Egyptus que p̄us mesraim: post: aeria. ab egypto rege submerso: egyptus dicta est. Lacedemon filius semeles. lacedemoniam condidit. xantus triopa lesbū. epidaurus: condita ꝛ corinthus. que prius ephira. ysis sc̄dm quosdam ex heleno: epafū: genuit. qui memphim condidit. cū in sc̄cūda egypto regnaret. Sane determinans dn̄s plagam que restabat: ait. ingrediar in egyptum. ꝛ morietur omne p̄mogenitū a p̄mogenito pharaonis: vsqꝫ ad p̄mogenitū ancille que est ad molam ꝛ etiam p̄mogenita pecorum. apud vos no non mutiet canis. ꝛ petetis vasa preciosa ab egyptijs. ꝛ dabunt vobis.

De agno pascali et diebus azimorum.

Terum dixit dn̄s ad moysen. Mēsis iste erit p̄mus vobis: in mensibus anni. Hic ē aprilis. i. lunatio aprilis. que in marcio sepe inchoat. hic dicit ab hebreis: nisan. apud egyptios pamuthi. apud macedones: xanticus. Uoluit quippe dn̄s iudeos a ceteris nationibus differre. sicut religione ꝛ caractere circūcisionis: ita ꝛ tp̄is ratione. Romani enim ex traditione nume pompilij: p̄mum ponūt ianuariū. quia tūc incipit sol ascendere post solsticium hyemale. Arabes inchoant annū post solsticium estiuū. Congruentius videt fieri ab hebreis in marcio. in quo ꝛ mūdus conditus legitur. In aprili ergo cerimonia li differunt a nobis. in tempali: conueniūt nobiscum. Et adiecit dn̄s. Decima die mensis huius: tollet quisqꝫ domus agnū: saltem hedū. qd̄ si nō sufficiet numerus domus ad esum agni: assumet de domo domui sue iūcta: numerū animarū. que sufficiant ad esuꝫ agni. Et erit masculus anniculus. i. vnius anni sine macula. nō qdem velleris: sed corporis. quod in leuitico determinatur. si cecū fuerit. si fractū ꝛc. ꝛ sumptū de grege seruabitis eum in domovsqꝫ ad quartamdecimā diem. ꝛ immolabit eum omnis multitudo: queqꝫ domus. scilicet suū: ad vespam. ꝛ tingetis cum fasciculo ysopi: vtrūqꝫ postem. et sup liminare sanguine. edetes carnes nocte illa assas igni. nō coctum quid de eo: aqua: aut crudum. i. semicoctum ex festinatione. ꝛ azimos panes cum lactucis agrestibus. quarum amaritudo: amaritudinem seruitutis memoraret in sempiternum. Caput cum intestinis vorabitis. ꝛ pedibus. si quid residuum fuerit: igne comburetis. Quia vt ait iosephus. cremare: sursum ferri sonat. ꝛ eleuatio ignis: eleuationem ab eis pestis que vastauit egyptios: signauit. Nec comedet incircumcisus. De modo etiā comedendi ait. Renes vestros accingetis. calciamēta in pedibus habebitis. tenentes baculos in manibus. os non frangetis. nec de carnibus foras mittetis. ꝛ comedetis festinanter. Est enim phase. i. transitus domini. Dicta est autem nox illa transitus: quia transiuit angelus p egyptum. pcutiēs ab homine vsqꝫ ad pecus p̄mogenita. ꝛ transiuit super tecta hebreorum lita sanguine. Et aggressus est israel iter transeundi ab egypto. Iterumqꝫ ait dominus. diem hunc habebitis sollennem. ꝛ in monimentuꝫ: in generationibus vestris cultu sempiterno. septem diebus azima comedetis. Prima dies erit sancta ꝛ venerabilis. similiter ꝛ septima. nihil opis facietis in eis. exceptis his que ad vescendum ptinent. Patet: quia medijs diebus poterāt operari. ex hoc etiam patet. quia sabbatuꝫ erat

eis sollempnius: quouis festo. quantū ad ociū in quo: nec ad descendum licet opari. inde potuit esse q mulieres in ipso die solleni pa sce potuerunt parare vnguenta ad vngendū dominum. quod sabbato non licuisset. In ezechiele festum in pma die aprilis: legitur. et in septima. quod non hic. et egressi filij isrl fecerunt sicut preceperat dominus moysi et aaron. Et congregati sunt quartadecima luna in finibus egypti: circa ramesse. Tamen iosephus dicit eos congregatos decima luna. et ibi expectasse quartamdecimam.

De morte primogenitorum.

Factum est autem noctis medio. percussit dominus omne pmogenitū egypti. nec erat domus: in qua nō iaceret mortuus. dño forte ita pcurante: nō fuisse domuz absqz pmogenito. Cōpulsusqz pharao dixit moysi p nuncios: vt egrederet cū omnib' suis. imo et egyptij vrgebant eos exire. Tulit igitur populus farinaz conspersam sup humeros ligatam in pallijs. et petierunt ab egyptijs vasa. vestemqz plurimā et spoliauerunt egyptios ex pcepto domini: tum: p mercede laboris qua fraudati erāt. tum: vt inde fieret tabernaculū. et erant q̄si sexcenta milia virorum peditum: absqz paruulis. et vulgo famulantiū eis innumerabili Et duxeruut secum diuersi generis animantia multa nimis.

De exitu israel de egypto.

Factum est aūt q nilus pter solitū adhuc inundabat terrā: in q̄ erat sepulcrū ioseph. tenebantur autem ex iuramento asportare ossa eius. Tūc moyses scripsit in lamina aurea nomen domini tetragramaton. que supposita aque supnatauit vsqz dum veniēs stetit: supra vbi erat sepulcrum. et effodientes sustulerūt ossa. que sublata: leguntur eis pphetasse. forte: ꝺ difficultate itineris. tamē hebrei tradūt: q ouis ex improuiso astitit iuxta eos. que locuta est ad eos. ob quam rem: duxerunt eam secum multo tempe p desertum. et dixerūt eā ouē ioseph. de quo ibi. qui deducis velud ouem ioseph. Etiam in ingressu eoꝝ terremotu facto: multa templa egypti cū ydolis suis corruerunt. Habitatio autem filiorum israel in egypto: fuit quadringentoꝝ triginta annorum. sed nomine egypti: intelligend' est omnis incolatus eoꝝ. qui incepit a promissione abrahe facta: in via mesopotamie. a qua vsqz ad legem datam tot anni fluxerūt. Solis enim centum quadragintaquattuor annis seruiunt israel in egypto: post mortem ioseph. quibus expletis: eadem die egressa est omnis multitudo de terra egypti. qꝺ etiam mirabiliter a deo factum est. vel forte eadem die qua exiuit abraham ad peregrinanduz. Et nota quod hic dicit q3 die ingressi sunt. et infra mementote diei huius in qua egressi estis de egypto. prima die scilicet azimorum Etiam supra legitur dictum eis. null' egrediatur ostium domus sue vsqz mane. Ecōtra statim legitur hic. Nox ista obseruabilis est domini. quando eduxit eos de terra egypti. Forte intelligendum est nocte eductos. idest. ad mane egrediendū: ab egyptijs nocte compulsos. In benedictione cerei dicitur nocte educti. Profectiqz sunt ꝺ ramesse in socoth. nec secuti sunt eos egyptij. sepelientes mortuos suos. Multi etiam egyptiorum flebant. penitentes: quod eis fuerāt tam crudeles. Coxeruntqz farinam quā tulerant de egypto. feceruntqz subcinericios panes azimos. ex modico tantum tempore coagulatos. hisqz vsi sunt triginta dieb'. Nō enim vltra suffecerunt que tulerunt ꝺ egypto. licet sub necessitate custodirentur. nec eis ad sacietatem vescerentur.

De sanctificatio ne primogenitorũ

Ixit quoq3 dñs ad moysen. San-
d ctifica mihi omne ꝑmogenitũ ma-
sculinũ qḋ apit vuluā. tam de ho-
minibus q̈ de iumentis: qꝛ ꝑcusserat ꝑmo-
genita egypti in liberatione eoꝝ. ꝛ qꝛ solum
masculos ꝓ hoc sibi voluit. dici potest: non
ꝑcusses: nisi masculos. Forte: qꝛ ꝑmogenita
eoꝝ a ꝑcussore angelo liberauerat. ꝛ hec mo-
do sua erant. voluitq3 vt deinceps essent sua
omnia. Uel qꝛ ex omni fructu primo hono-
randus ē. Primogeniti ergo de filiis leui of-
ferebantur. ꝛ seruiebāt iugiter dño. ꝑmoge-
niti alioꝝ offerebant̄. ꝛ quinq3 siclis redime
bantur. ꝑmogenita pecoꝝ apta ad immolā-
dũ: oblata erant sacerdotũ. Immundoꝝ vo
nō oblata: quedā redimebant̄. vt ꝑmogeni-
tũ asini mutabat̄ oue. q̄ ꝓ eo offerebat̄. qdā
nec etiā redempta occidebātur. vt ꝑmogeni-
tũ canis. Et adiecit dñs. Cũ introduxerit te
dñs in terrā ꝓmissam: intimabis hec filiis
tuis. seruanda ritu sempiterno. Eritq3 hoc
quasi signũ in manu tua. ꝛ quasi appēsum
quid: ob recordationē ante oculos tuos. vt
sc3 huius liberationis memoria: nō aliter ve
niret in obliuionē. q̈ que manu gerũtur. vel
ante oculos appendũtur. qḋ pharisei ad lrã3
obseruantes hec scribebāt. ꝛ decalogũ simul.
ꝛ eas sinistris circũligabāt brachiis. ꝛ inter
oculos appendebant. quas dñs in euāgelio
philacteria vocat a philaxe ꝛ thorat.

De deserto egipti

Igitur cũ emisisset pharao populũ. nō edu-
xit eos moyses ꝑ palestinā cōterminā egyp
to. ꝓpter antiquā molestiā: ꝛ odiũ patrũ. ne
insurgerēt philistei aduersus eos. sed circum
duxit eos ꝑ desertũ. qḋ ē iuxta mare rubrũ:
ꝓ mandato dñi iubentis. vt duceretur popu
lus ad montem syna: ad immolandu3 sibi.
etiam: si penitentes egyptii vellent eos ꝑsequi:
grauem molestiam itineris sustinerent. Ar-
matiq3 ascenderunt filii israel de terra egypti
multa sc3 suppellectili muniti. Tamen alia
translatio habet. quinta ꝓgenie ascenderũt
filii israel. Moyses enim quint' fuit a iacob.
vel ꝑ tribum iude. a phares vsq3 ad salomō
quinq3 fuerunt generationes. Hebreus ha-
bet: quinta ascenderũt filii israel. Profectiq3
de socoth: venerũt in ethan. ciuitas erat tũc
deserta in capite solitudinis. que a iosepho li
tus dicitur. vbi ꝛ babilonem postea factā di
cit. dũ cambises egyptum vastaret.

De ducatu co lumne et mari ru bro.

Ominus aũt vt dux esset itineris:
d ꝑcedebat eos ꝑ diem in colũna nu
bis. contra feruorem solis. ꝛ ꝑ no-
ctem in columna ignis contra tenebras. ꝛ vt
sibi a serpētibus ꝓuiderēt. ꝑcepitq3 dñs vt re
uersi aliq̄ntulũ versus egyptũ. castrametarē
tur in regione phiaroth. q̄ est inter magda-
lum ꝛ mare cōtra beelsephon. Est aũt mag
dalũ ciuitas in cōfinio egypti. ad quā iudei
tꝑe ieremie interfecto godolia: ꝑmo confuge
runt. ꝛ posuerũt castra sup mare rubrum.
Huius maris aqua: non est rubea. sed ois
terra circumstans rubra ē. ex q̄ viciatur gur-
ges ꝛ inficitur. vnde: minimũ acutissimũ ex-
cerpitur. quicq̄d etiam adhesum in fluctib'
est. in hunc colorē cadit. ob hoc ibide3 gēme
rubee inueniũtur. que humo inuolute. ꝛ in
ter harenas attrite: terre colorē habēt. ꝛ ma-
ris. Hoc mare: in duos sinus diuiditur. q̄
ab oriente est: ꝑsicus appellatur. qꝛ ꝑse o:ā
eius inhabitāt. Alter arabicus dicit̄. vbi nos
tamen diximus rubrũ: hebre' habet canno-
sum. quia canne in litoribus abundāt. Sa-
ne. ibi coartati sunt filii israel. ex vna parte

erant montes asperrimi ⁊ immeabiles. ex altera mare.

De transitu maris rubri.

Mmutatūq3 est cor pharaonis. tulitq3 trecentos curros ꝓprios. ⁊ trecētos ab egyptijs ⁊ insecutus est eos. Equites quoq3 dixit qnquaginta milia ⁊ ducenta milia peditū armatoꝝ. Leuantesq3 oculos hebrei: viderunt egyptios post se. ⁊ timuerūt valde. neq3 enī fuge facultatem habebant. nec pugnare poterant. q2 inermes erāt. nec ibi morari: ꝓpter ciboꝝ penuriā. Cūq3 plurimū arguerēt moysen: dixit eis. Nolite timere. Hec fecit dn̄s. vt hodie videretis magnalia ei9. Ipse pugnabit ꝓ vobis: ⁊ vos tacebitis. Egyptios quos videtis: nō videbitis in sempiternū. In hebreo plenius est. non videbitis: vt nūc videtis. viuos scilicet. Et orauit moyses ad dn̄m Qui dixit ei. Quid clamas ad me: Eleua virgam. ⁊ extende manum tuā sup mare: ⁊ diuide illud. vt ingrediātur filij israel p siccum. Tollensq3 se angelus qui p̄cedebat eos. stetit post tergum inter egyptios ⁊ israel. ⁊ erat nubes tenebrosa egyptijs. lucida hebreis. Cūq3 extendisset moyses manū: flauit ventus vehemens. ⁊ vertit aquā in siccū. ⁊ diuisū ē mare in duodecim diuisiones. vt queq3 tribus p turmas suas incederet. Et aduocans moyses singulas tribus scd̄m ordinē natiuitatis sue. hortabatur eos: vt ipsum p̄euntē sequerētur. Cūq3 timuissent intrare ruben. symeon. ⁊ leui: iudas p̄mus ingressus est iter post eum. vnde ⁊ ibi meruit regnū Profecti sunt ergo p medium maris. ⁊ erat aqua quasi mur9 a dextra coꝝ ⁊ leua. Qd̄ videntes egyptij: vesanos iudicabant eos. sed cum viderent illesos abire: ingressi sunt post eos. Iamq3 venerat vigilia matutina ⁊ respexit dn̄s sup egyptios: p columnā nubis ⁊ ignis. i. intollerabiles imbres. ⁊ graues tonitrus corruscationesq3 ⁊ lāpades iecit sup eos. Unde territi dixerunt. Fugiamus israelem. Dn̄s enim pugnat pro eis. Filij autem israel scd̄m iosephum ad cōtrapositam puenerunt terram. Hebrei vo tradunt. q cum venissent ad extremū montis in mare porrecti: p longum maris. viā eos obliquasse. ⁊ circumeundo montem ad idē littus egypti redijsse. quod ꝓbauit sic. Natura maris est. vt quod pit in eo ad proximum litus ꝓiciat. Cum ergo mane iacerent egyptij mortui in litore. patet q idem erat litus ex altera parte montis. Non enim in spacio noctis fere equinoctialis. nec hij nec illi: etiam ad mediū mare trāscurrissent. Cūq3 sic turbarentur egyptij. moyses dn̄o iubente extendit manum suam sup mare. ⁊ reuerse sunt aque ad p̄orem locum. ⁊ opuerūt egyptios. Nec vnus quidem supfuit ex eis. ⁊ tulit israel arma mortuorum. Moysesq3 domino canticū cōposuit exametro carmine. Cantemus dn̄o ⁊c. qd̄ quia p̄us legitur ceteris: canticum dicitur canticoꝝ. Nec hoc discredendum esse dicit iosephus cum alexandro macedoni ⁊ exercitui eius darium insequē ti: mare pamphilicum diuisum fuisse legit: domino volente. qui p eum regnum psarū delere voluit. Moratus est autē israel iuxta litus maris septē diebus ⁊ cum timpanis ⁊ instrumētis musicis: singulis diebus veniebant ad litus. ⁊ cantabant domino canticum moysi. viri seorsum. ⁊ mulieres seorsum. In cuius rei memoria septem pascalibus diebus cantando redimus ad fontes. ⁊ terminatur hic iosephi liber secundus.

De dulcoratione aquarum marath.

p Ost hec egressi sunt in desertū sur. tū hebr9 habet: in desertū etham. dicimus enī: quia prius ante mare

fuerunt in deserto ethan. post mare in deser-
to sur. Post helim in deserto sin. Ambulaue-
runtq; tribus diebus p solitudinem. nec in-
uenerunt aquã: donec venerunt in marath.
vbi aquam inuentã p amaritudine non po-
tuerunt bibere. Unde ⁊ locum illum dixerũt
marath: p amaritudine aque: vel potius p
amaritudine animi. Animequior enim est
qui sitit. si non inuenit potum: quam si in-
uentũ gustare nõ possit. Dñs autẽ ostendit
lignũ moysi. qđ cũ misisset in aquas: dulco-
rate sũt. forte lignũ illud erat talis efficacie. et
forte miraculose factũ est. vt in solitudine in
qua nõ erat lignum: inueniretur lignũ. He-
breus dicit q lignum illud naturaliter ama-
rissimũ erat. ⁊ vt mirabiliter innotesceret vis
diuina: amarũ admixtũ amaro dulcedinez
operatuz est. Josephus videtur velle q aque
vitium hoc contraxerant: quia in morte sem-
per fuerant. scđm illud. ⁊ vitium capiunt ni
moueantur aque. Dicit enim fuisse puteum
modicum. Sumens aũt virgã moyses quã
habebat in p̄senti. scidit eam p mediũ: i lon-
gitudine incisionem faciens. ⁊ eiecit in pute-
um. ⁊ p̄cepit fortibus vt haurirent aquam.
⁊ plurimã p̄us effunderent. vt vltima q̄ re-
maneret: frequentibus concussionibus exerci-
tata ⁊ purgata fieret potabilis. Ibi etiã de-
dit eis iudicia: nondũ tamen in re. sed datu-
rum se p̄misit. si obedire sibi vellent.

De fontibus et palmis helim.

Post hec venerũt in helim. vbi du-
odecim fontes. ⁊ septuaginta pal-
me. Et dicit ioseph9 q modica aq̄
erat in fontibus. vt qđ ex ea modicum ma-
nib9 sumeretur: cenosũ esset ⁊ inutile. ppter
hoc etiam palme nõ multũ eminebant a ter-
ra. quia nõ sufficiebat humor ad cõglutinan-
dam humum. Exinde: venerunt in desertuz
syn. quod est inter helim ⁊ synai. vbi plures
fecerũt mansiones. que in numeris exponũt

De coturnicibus et manna.

Quintodecimo die mensis secundi.
tricesimo scz ab exitu eoꝝ de egyp-
to. quando scz secundũ pasca cele-
brabatur: ⁊ defecerunt eis victualia. que tule-
runt de egypto ⁊ dixerunt. Utinam mortui
essemus in egypto. quando sedebamus sup
ollas carnium. ⁊ comedebamus panem in
saturitate. Cumq; orasset moyses ad dominũ
dixit ad eos. Audiuit dominus murmura-
tiones vestras cõtra eum. ⁊ dabit vobis ve-
spere carnes. ⁊ mane panes i saturitate. Fa-
ctumq; est vespere. ⁊ ascendens coturnix de
sinu arabico. vbi precipue nutritur. transcen-
so medio mari: operuit castra. ⁊ ad libitum
populi capiebantur. Est autem auis regia:
quam iosephus ortigiam vocat. grecus orto-
gomenam. nos vulgo curleyum dicimus a
currendo. Mane vero cum oraret moyses.
ros descendens illinitus est manibus eius
quem p̄us imbrem suspicatus est. Sed cuz
gustasset: sensit mellis dulcedinem. ⁊ panẽ
promissum datum intellexit. ⁊ iacuit ros p
circũitum castrorum. Et erat granum mi-
nutum. quasi semen coriandri. album: i mo-
dum pruine. ⁊ quasi pilo tunsum. quod vi-
dentes filij israel dixeruut. Manhu. idest. qđ
est hoc: vnde ⁊ deinceps manna dictum ē.
quod quidam indeclinabile putant. Alij in
p̄ma declinatione ponunt. alij in tertia. sicut
⁊ pasca pasce. vel pasca pascatis. Et ait moy-
ses. Hic est panis nobis datus a domino.
Colligite vobis gomor p singula capita. et
collegerunt alij plus alij minus. ⁊ mensi sũt
ad mensuram gomorum. nec qui plus col-
legerat habuit plus. nec qui minus parauer-
rat: reperit minus. Forte enim i aceruis col-
lecta ponebatur. ⁊ reddebatur singulis go-
mor. quod iosephus vocat assartũ. ⁊ est deci-
ma pars ephi. vel forte quantumcũq; quis
colligeret. veniens ad p̄pria: non inueniebat

nisi gomor. vel p miraculum factum est. vt edacibus sufficeret gomor. q ab aliis etiam comedebatur. Colligebant aūt mane. quia cum incalesceret sol liquefiebat. qd miraculosum erat. cum ad ignem durū fiebat. Terebant aūt illud in puluerem. et conglutinatū in panes formabant. Cuius sapor dulcissimus. erat. p quo dictū est. simile cum melle. et alibi: sapor panis oleati. Qd dicitur: qd sapiebat in ore cuiqz qd desiderabat: nō multum autenticū est. qd dicit iosephus. q etiā hactenus rigat locus ille siccis imbribus quasi manna: dixitqz moyses ad populū. Nullus relinquat ex eo in mane. quidā tñ reseruauerūt. et scatebat vermibus. et cōputriuit. Precepitqz moyses vt die sexto colligerent cibos duplices. quia sabbato nō inueniebatur in agro. Tñ seruatū in die sabbati: nō corrūpebatur. Tñ quidam putant. nec etiam sexta die collegisse quēqz nisi vnū gomor. sed p miraculum illud multiplicabatur. vt duobus sufficeret diebus. Hec inde colligentes: quia infra legitur. ppter hoc tribuit vobis dñs die sexto cibos duplices. Dixitqz dñs moysi. imple gomor ex eo. vt custodiatur i futuras retro generationes. i. in post futuras. ad memoriam retro habendā. Et fecit moyses iuxta verbū dñi. et posuit illud aaron i vrna aurea. in tabernaculo reseruandū. Aiunt hebrei eos pmo habuisse puū tabernaculū. in quo dñm cōsulebant. d quo infra moyses. tollēs tabernaculū: tetendit extra pcul. Vel p prolempsim d futuro tabernaculo dictū est. hoc cibo aliti sunt filii israel vsqz quo tangerēt fines terre chanaan.

De aqua data in raphidim.

Igitur pfecta est omnis multitudo de deserto syn p mansiones suas. iuxta sermonem dñi. et venit in raphidim. nō q verbo distingueret illis dñs mansiones. sed iudicio nubis stantis: quā pcuntem semp sequebant: ea stāte castrametabātur. Ibi defuit omnino eis aqua. et murmurauerūt contra moysen. qui ait ad dñm. Quid faciam populo huic? Adhuc pusillū et lapidabit me. Et dñs ad eū. Sume de senioribus israel. et vade ad petram oreb. pcutiensqz eam virga. pars est montis syna sic dicta. alia est et alibi petra oreb. sic dicta ppter oreb q occisus est in ea. Factumqz est ita. Et egresse sunt aque. et bibit populus et vocauit moyses nomen loci temptatio. q temptauerant dñm dicentes. Est ne in nobis dñs an nō: alie post fuerunt aque contradictionis.

De pugna cōtra amalech.

Egressus est aūt amalech vt pugnaret aduersus israel in raphidim. Strabus. ait. Amalech fuit filius ismahelis. a quo amalechite. q et ismahelite. ipsi sunt sarraceni. Hos dicit iosephus pugnaces. inhabitantes goboth. et petrā. et a circumstantibus cōductos ad bellū aduersus hebreos. Econtra legitur in genesi. q eliphat pmogenitus esau: genuit de cōcubina amalech. Idem super regum. vbi filius dohec idumei nuncians dauid mortem saul ait. Amalechites sum. forte duo fuerunt equiuoci. et ex his duo populi. Elegit autem moyses iesum de tribu effraim. virum bellicosū: ad dimicandum contra hostes. cui et paucos tradidit armatos. plurimos ad custodiam castrorum retinuit. Ipse autem ascendit in montem: habens virgam dei in manu. Ascenderuntqz cū eo aaron et vr vir marie. Tamen scdm paralipomenon: fuit filius caleph et marie. auus besleel. Cumqz eleuasset moyses manus ad dominum vincebat israel. Si autem paululum remisisset. vincebat amalech. Quo comperto: aaron et vr supposuerunt ei lapidem. et ex vtraqz parte manus eius sustentabant. Erant enim graues ex labore orandi. In huius enim

rei figura: sacerdos manus eleuat in missa. ⁊ etiam in figura christi orātis in cruce. nec remisit moyses manus vsq; ad solis occasū. Fugauitq; iosue amalech: in ore gladij. Et ait dñs moysi. Scribe hec in libro: ob mon̄ mētū. Adhuc enī delebo memoriā amalech de sub celo. Q̄d in diebus saul impletū est. Et edificauit moyses altare. ⁊ vocauit illud: dñs exaltatio mea.

De subdiuisione magnatum ad cõcilium ietro.

Gressus ē aūt ietro cognat' moysi
e obuiam ei in desertū. tulitq; secū
sephoram. ⁊ duos filios eius. Cūq; intrasset tabernaculū moysi. narrauit ei moyses signa q̄ fecerat ꝓ eis dñs. ⁊ vniuersum laborem itineris sui. ⁊ cōgratulans ietro: ait Bñdictus dñs q̄ eripuit populū suū d̄ terra egypti. nūc cognoui: quia magnus est dñs sup omnes deos. Obtulit ergo ietro hostias dño. ⁊ comederūt cū eo: moyses ⁊ aaron. et seniores israel. coram dño. Augustin' tamen non vult gentilem imolasse dño: sed moysen s̄cdm aliam translationē que est sumpsit ietro hostias. de oblatis a moyse sumpsit ab eo ⁊ comedit. Forte tunc sacrificauit moyses iuxta montem. sicut p̄dixerat dñs. Dicit enī iosephus ietro venisse circa montem. vbi in rubo multas viderat moyses visiōes. vt iudicaret populū. q̄ assistebāt ei de mane vsq; ad vesp̄am. quod attendens ietro ait. Stulto labore cōsumeris. vltra vires tuas est negocium. sed audi verba mea. ⁊ erit dñs tecum. Esto populo in his que sunt ad deum. ⁊ cerimonias: ⁊ viā morū. vel itineris ostendas eis. ad decisionem vo causarū: elige viros potentes. timētes deū. amantes veritatem. detestantes auariciam. Et nota: quia in his quattuor que dicit. cōsideranda in dignitate iudicis: possit potentiā. q̄ quidem plurimū valet. si tria illa sequantur. Alioqn: addit oleum camino. ⁊ gladius veneno. Tñ alia trāslatio habet sapientes. quos forsan potentes vocat: ad iudicandū. Et addidit. Constitue ex electis quosdam tribunos. i. cuiq; tribui vnum p̄pone. qui a tribu: tribunus hebraice grece ciliarcus. latine millenarius. nō ꝙ in tribu vna essent tm̄ mille. sed certum numerum posuit ꝓ incerto. vel ꝓ multitudine copiosa numerū posuit supremū. forte q2 iam principes habebant. queq; tribus suū. sub principe voluit esse millenarios. q̄ tm̄ p̄essent mille. Sub millenarijs aūt monuit constitui decem ethacuntharchos. i. centenarios. vel cēturiones. sub centurione duos penthaconthaarchos. i. q̄nquagenarios. sub q̄nquagenario: quinq; decanos. Orta igit' lite inter decem stabant ad iudicium decani. cui facile erat lites paucoꝝ dirimere. Si non poterāt diffinire: ascendebant ad q̄nquagenarium. ⁊ sic vsq; ad moysen. q̄d tamen rarum erat maiora tamen moysi reseruabant. ipsi minora iudicantes. In hunc modum: ecclesia romana vocauit plurimos in p̄tem sollicitudinis. primates. archiep̄os. ep̄os. archidiacones. archip̄sbyteros. etiā minores sacerdotes leuiora peccata ⁊ quedā grauia. sed occulta iudicant. Grauiora vo ⁊ apta referūt ad ep̄m. Acqeuit moyses nec erubuit vir deo plenus consiliū gentilis. dimisitq; cognatum suū. Hebreus vbiq; ponit socerum. ⁊ reuersus est ietro in terram suam.

De prouentu ad montem sinai.

Ense igitur tertio egressionis de
m egypto. i. iunio die hac in kalendis scilicet iunij venerūt ad montem synai. fixerūtq; tentoria e regione montis quadragesimoseptimo die scilicet a phase. In exponēdo enim scripturas. triginta dies ꝓ mense ponimus. quasi mediaz inter

lunares ⁊ solares menses: eligendo viā. Lunares enim infra tricenariū minuūtur quidam. vltra vo non. Solares vo plures. hūc numerū excedunt. A phase quidē sedecim dies pmi mensis restabant. Restat ergo ꝙ pma dies iunij q̄dragesimaseptima fuit. Sequenti die diluculo ascendit moyses in montem ad deū. qui dixit ei. dices domui iacob. Vidistis que fecerim vobis. Nūc adiciam vt etiam loquar vobis. Si ergo custodieritis pactū meū. eritis mihi in peculiū ꝺ cunctis populis. Que cū retulisset moyses populo: responderūt. Cuncta q̄ locutus est dominus faciem⁹. Cūqꝫ redisset moyses ad dominū: ait ei dn̄s. Veniaꝫ ad te in caligine. vt audiat me populus loquentē ad te. Vade sanctifica populū hodie ⁊ cras. i. lauēt se. ⁊ vestimēta sua. vacent ab amplexib⁹: ⁊ sint parati in diem terciū. et constitues terminos p circūitum montis. quos qui trāsierit tunc ⁊ tetigerit montē morietur. Manus nō tanget eum. sed lapidabitur. aut iaculis cōfodietur. siue iumentū: siue homo. vtebātur aūt vt ait iosephus in his duobus dieb⁹ cōuiuijs opulenter: ⁊ ornamētis decenter.

De datione legis verbotenus.

Iam aduenerat dies tertius. ⁊ ante solis ortum ceperunt audiri tonitrua. ac micare fulgura. ⁊ nubes densa operuit montem. et clangor buccine pstrepebat. Fumabat mōs quia dn̄s descenderat in igne. ⁊ fumus ferebatur q̄si de fornace. ⁊ mōs tremuit vt aiūt hebrei. timuit popul⁹. sed ⁊ moysen ira dei pijsse putabant. tandē letus apparuit moyses. ⁊ serenus aer cū eo reuersus ē inter eos ⁊ ait eis. Hodie nō audietis filiū amram ⁊ iocabeth. sed illū q̄ p vobis pcussit egyptū. Qui p mare iter dedit. Qui cibum de celo. potū de petra: concessit. p quē adam de fructibus terre comedit. Noe ex ymbrib⁹ erept⁹ est. abrahā chananeā obtinuit. ysaac natus de senibus. iacob ple ditatus. Joseph sublimatus. Fiant ergo hec verba vobis amabiliora ꝙ filij: vel vxores. Et eduxit populū in occursum dn̄i: ad radicem montis. Ascenderunt aūt dn̄o iubente moyses ⁊ aaron vltra terminos. sacerdotes. i. maiores. ⁊ popul⁹ nō transierunt. Locutusqꝫ ē dn̄s ita: vt nullum vox effugeret. ⁊ sic q̄nquagesimo die dedit eis legē verbo tm̄ in figuraꝫ. ꝙ daturus erat spiritūsanctū die quinquagesimo.

Explicatio decalogi.

n On habebis deos alienos coram me ⁊c. Q ꝺ nō nisi decē pcepta dederit omnes sancti asserunt. sed in distinctione coꝝ differūt. Primū enī ⁊ vnuꝫ scd̄m augustinū: diuidit origenes in duo. ⁊ q̄ sunt duo vltima scd̄m augustinū: colligit in vnū. Cui cōsentit iosephus. Preterea dicit augustinus tria fuisse in vna tabula. ⁊ septē in alia. Joseph⁹ vo ⁊ hebrei: q̄nqꝫ i vtraqꝫ Forte qr augustinus tria voluit ptinere ad dilectionē dei. ⁊ septē ad dilectionē pximi. p dignitate potius ꝙ p scriptura. dixit ea esse pme ⁊ secūde tabule. Sicut dicere consueuimus. hoies pme classis ⁊ secunde. quocūqꝫ vo modo distinguantur: idē est sensus.

Primū preceptū.

n On habebis deos alienos coram me. i. me solū habebis deū. Et ponitur nō habebis p non habeas. Impatiue scd̄m idioma hebreū. Nō enim asserit cū q̄nqꝫ habuerit. Nō facies tibi sculptile. vel ydolū. Alia lra. Q ꝺ nihil ē in mūdo. i. nullius rei naturalis repsentatiuum. vt fiebat amon capite arietino. a nubis capite canino. Nec omnem similitudinem: que est in celo vel terra. quasi non facias tibi pro deo: simulacrum solis ⁊ lune. ⁊ huiusmodi. neqꝫ hominis aut iumēti. ⁊ huiusmodi. nec

draconis vel reptilis cuiuslibet que colebat
diuersus hominū error: nō coles. nec etiam
adorabis ea. colere enim est mente adorare.
Adorare aūt est. si nō animo: saltem ꝑ me-
tu. vel adulando regibus adorare. Postea
ad inculcandā custodiam dicti ꝛ dicendoꝝ:
addidit incidenter. Ego sum dñs deus tu⁹
fortis. ꝛ zelotes. visitans peccata patrum in
filios. in tertiam ꝛ quartā generationē eoꝝ
qui oderunt me. ꝛ faciens misericordiam in
milibus his q̇ diligunt me. ꝛ custodiunt p̄-
cepta mea. zelus dicitur inuidia. dicit etiam
amor. sed ꝓprie amor viri ad vxorem ꝑ quo
sustinere nequit alterius accessum ad eam.
In hūc modū dicit dñs: ego sum zelotes. i.
nō paciar te fornicari post. deos alienos. qđ
addidit se visitare peccata patrum in filios.
aiunt heretici: nō est bonus hic sermo. vt ꝑ
peccato alterius quis puniatur. ꝛ dicūt ve-
tus testamentū nō esse datum a deo. Non
enim sic crudelis est deus. Sed econtra in
his mitis apparet. qđ etiam hoc nomine vi
sitans innuitur. Ex pietate enim visitamus
infirmos. ꝛ ipse ex mansuetudine: peccantē
nō statim punit. sed expectat etiā vsq; in q̄r
tam generationē. q̄diu sc; patres viuere so-
lent. ꝛ si corripictur pater. vel filij non imita-
būtur ipsum: parcit. alioq̄n quasi post lōgā
expectationem iustius punit. ꝛ de temꝑali
pena tm̄ intelligendū est. sic de achar ꝛ ibeu
in posteris vindictam sumptā legimus. vel
potest exprimi seueritas iuste iudicantis: gra-
uius enim puniūtur peccantes. si filios pro
se videant etiā puniri. ꝛ iustius ꝑ expecta-
tione. Origenes tamē hic intelligit ꝑ patres
demones. ꝛ per posteros coadiutores. quos
quandoq; in peccando nobis adiungimus.
Ut pote ꝓmo intrauit diabolus: in cor iude.
Ecce pater. post: accessit ad ꝓncipes. vt ꝛ ip-
si in hoc peccarēt. Ecce filij. Post: accepit ab
illis cohortem ꝛ ministros. Ecce: tertia ꝛ q̄r
ta generatio. Dominus autem non visitat
hic peccata patrū: qui reseruantur igni eter-
no. modo tamen sepe punit homines.

Secundum pre ceptum.

On assumes nomen dei tui in va-
n nū. i. nec falso. nec superflue: nec do-
lose iurabis ꝑ nomen dei. nec ho-
norem eius quantū in te est. euanescere fa-
cias. de eo praue sentiendo.

Tertium.

Emento vt diem sabbati sanctifi-
m ces. i. sanctū ꝛ feriatū habeas. Nō
facies omne opus tu ꝛ filius tu⁹. ꝛ
filia tua. nec seruus ꝛ ancilla. nec iumentū
tuū. nec aduena. qui intra portas tuas ē. i.
tecum in domo tibi seruiens. quia deus q̇e-
uit die septimo. ꝛ nos diem septimū serua-
mus. ꝛ si non hunc: quē illi. Nam ꝛ iosephꝰ
sic ait. Quartus sermo scđm seruandas sep
timanas: cū ab omni oꝑe forent cessaturi.
Propterea de oꝑe seruili dicim⁹ intelligēdū.

Quartum.

Onora patrem tuū ꝛ matrē tuā:
b duplici honore reuerendo. s. ꝛ ne-
cessaria ministrando. In his enī
que sequūtur: in omnibus a ꝑte totū intelli-
gitur. Unde ꝛ dñs docens totaliter intelli-
genda: impleuit legem.

Quintum.

On occides. manu. vel mente. vel
n consensu. nec violentā manū infe-
res insonti. nec subtrahes auxilium
vite: cui potes ꝛ debes dare. Iudex quidem
non occidit sed lex.

Sextum.

On mechaberis. non cōmiscearis
n alicui. excepto federe matrimonij.

Septimum.

On furtum facies. nec eciam rapies
aliena.

Octauum.

On contra ꝓximũ tuũ falsum te-
n stimoniũ dices. Hic ꝓhibet omne
mendaciũ. licet quidã male sense-
rint deum tacite consensisse mendacium qđ
ꝓdest. si nulli obsit.

Nonum.

On concupisces domũ ꝓximi tui.
n Scđm augustinum: Hic ꝓhibet
concupiscentiam rei aliene immo-
bilis.

Decimum.

On desiderabis vxorem eius. non
n seruũ. non ancillam. nõ bouem. nõ
asinũ. nec omnia q̃ illi⁹ sunt. Hic
aũt ꝓhibet cõcupiscentiã rei mobilis. Scđm
origine: vnũ pceptum est.

De altari faciẽdo

Videbat aũt populus voces ⁊ lam
v pades. ⁊ vocem buccine. ⁊ montẽ
fumantẽ. ⁊ stantes ꝓcul dixerunt
moysi. Loquere tu nobis. ⁊ audiemus. Nõ
loquat nobis dñs: ne forte moriamur. Ste-
tit ergo de longe populus. ⁊ moyses accessit
ad caliginẽ. Cui dñs ait. Altare đ terra facie
tis mihi. Forte ante cõstructionẽ altaris por
tatilis: voluit hoc fieri. vel illud portatile erat
đ terra: sicut infra dicem⁹. Qđ si altare la-
pideũ feceris mihi: nõ edificabis illud de sec-
tis lapidibus. si leuaueris culterũ tuũ super
eo polluetur. quasi nolo qđ cũ instrumento
effusionis sanguinũ: edifices mihi sanctum
Inde ⁊ nos vnius lapidis altare construi-
mus. Forte ꝓhibuit ne sup altare hostie oc-
ciderentur. Et addidit. Nõ ascendes p gra-
dus ad altare meũ: ne reueletur turpitudo
tua. forte nudũ antiqui vtebant feminalib⁹.

De iudiciis.

Deinceps addidit dñs iudicia q̃dã:
d ad terminandas lites. Nos q̃dem
nõ omnia sed cõgrua ꝓsequemur.
Si emeris seruũ hebreũ: q̃ iam scʒ seru⁹ non
sit. sex annis seruiet tibi. nisi iubileus inter-
uenerit. ⁊ gratis cũ quali veste intrauerit si
habẽs vxorẽ: cũ vxore ⁊ liberis exeat. Si dñs
dederit ei vxorẽ. mulier cum filiis quos fece-
rit: erit dñi. Qđ si dixerit seruus manere i
seruitute: offeret eũ dñs diis. i. sacerdotib⁹
p̃sentabit. ⁊ applicabitur ad ostiũ taberna-
culi. ⁊ pforabit aurẽ eius subula in signũ p-
petue seruitutis. ⁊ erit seruus in seculum. i.
dum viuet. vel vsqʒ ad iubileũ. Idem intel-
ligendũ est de ancilla.
Si quis vẽdiderit filiã suã in famu
s lam: nõ in ancillã. s. sed in concu-
binã: quã greci moypheten dicũt.
septimo anno nõ egredietur sicut ancilla. scʒ
sine p̃cio. quia enim eã humiliauit: dotẽ. ve-
stes. ⁊ nuptias. i. virũ. ꝓuidebit ei: ꝓ precio
pudicicie. Qđ si ante septimũ annũ displicu
erit ei vendendi eã aliis: potestatẽ nõ habebit.
nec pudicitie p̃ciũ negabit. Qđ si interim ag-
nominauerit eã sibi. i. in vxorẽ duxerit: scđm
qđ dicitur marcia catonis. iuxta legẽ vxorũ
faciet ei. nec sine libello repudii egrediet. Si
ꝟo non sibi sed filio eã emerit: in modũ pre-
dictũ faciet ei ꝓ filio: sicut ꝓ se. Si tria ista
nõ fecerit. i. si nec ipse eam humiliauerit sine
agnominatione. nec eã agnominauerit. nec
filio eã accepit: more ancillarũ gratis egre-
dietur. ⁊ absqʒ p̃cio sibi dato.
Qui occiderit hominẽ volẽs: moria
q tur. Si ꝟo nolens: cõfugiet ad vnaʒ
de sex ciuitatib⁹ refugii. ⁊ ibi salua
bit animã suã. ne occidat a ꝓximis occisi. et
erit ibi donec p iudices ciuitatis eius ꝓxim-
q̃s mortui recõciliet. vel vsqʒ ad mortẽ summi

sacerdotis. tūc enim redibit secur' ad ꝓpria
Per industriā vo occidens: etiam ab altari
euellatur. qđ de ioab factum legitur. Instar
vo harū ciuitatū nos habemus. loca deo di
cata. maiorē tñ immunitatē pstant ꝙ ille.
saluatur enim in eis etiā homicida volens.
ꝛ qlibet fugitiuus. Tñ qdam exceptionē fa-
ciunt. Si eni pro homicidio facto in ecclesia
vel furto: vel huiusmodi. confugiat ad ecclesi
am: dicunt eū inde debere extrahi ꝛ puniri.
Addidit etiā dñs pcepta talionis. iubēs red-
di animā ꝑ anima. oculū ꝑ oculo. dentem
ꝑ dente. vlnus ꝑ vulnere. liuorem ꝑ liuore.
adustionem ꝑ adustione.

I bos cornupeta seruū occiderit. la
s pidibus obruetur. nec carnes eius
comedētur. Dñs aūt bouis triginta
ta siclos argenti: reddet dño serui. Aiunt he-
brei. ideo sic estimatū pciū serui: quia trigin-
ta generationes egresse sunt đ cam: quē noe
seruituti addixit.

Ecimas ꝛ pmicias ne tardaueris
d offerre. tñ agnū vel hedū: septē die-
bus dimittes cum matre sua die
octauo. vel deinceps poteris reddere.

Ex annis seminabis terram tuā.
s ꝛ cōgregabis fruges eius. septimo
anno reqescere eā facies. Vñ ꝛ di-
cebatur annus requietionis. ꝛ etiā ann' re-
missionis. quia in eo nulli licebat exigere de
bitū aliqđ. nisi eo terminato. Et si qd in eo
anno ex pteritis frugibus succreuerit in ea:
comedent paupes populi. ꝛ qđ residuū fue-
rit paupibus: comedēt bestie agri. ita facies
in vinea ꝛ oliueto tuo. Dū hoc obseruatum
fuit. vt ait iosephus. in anno sexto: in tanto
abūdabant fruges: ꝙ sufficiebant ad vsum
septimi ꝛ octaui ad sementē. Addidit etiā đ
tribus pcipue sollennitatibus anni. i qbus
voluit sibi apparere omne masculinū. sed nō
vacuū. de qbus infra dicetur.

Ne coques hedū i lacte matris sue.
n qđ iosephus exponit sic. Non co-
medes eū infra octauū diem: quia
adhuc nō differt a lacte. Sancti de christo
exponūt sic. Ne occidas christū in die cōcep-
tionis sue. qđ tñ transgressi sunt. Dies vero
cōceptionis vocatur lac matris. qꝛ ex tūc in
matre paratur materia lactis. Hebreus ha
bet: nō coques sepatum in lacte matris sue
Et est sensus. sepatū a carne parentū. i. qđ
ꝑ carnalem generationē cōceptū ꝛ editū est.
nō comedes coctū cū lacte. vel cū aliquo la-
cteo caseo scꝫ vel butiro. qđ dictuꝫ est: ꝓpter
aues q nō de carne: sed đ ouis sepant. quas
in lacte coctas. vel cum lacte comedūt. Nec
ideo de lacte matris phibitū dicūt: qđ i alio
lacte coquere liceat. Sed qꝛ lac illud paracti'
posset inueniri cū animali: ꝑ hoc phibuit đ
omni lacte. Quidā tñ de his q dño offerun
tur: dictū intelligūt. quasi nō offeras agnuꝫ
vel hedū infra octauū diem. quia nōdū hesi
bilis. nec differt a lacte matris. Qđ ꝛ supra
dixerat de pmitiis agnoꝝ ꝛ decimis. In fi-
ne vo iudicioꝝ addidit dñs. Si feceris hoc:
occidam omnē populū ad quē ingrederis. ꝛ
pmittam scrabones. ꝛ vespas. que fugabūt
eos. i. terrores nominis tui. Paulatim vero
eiciam eos: ne reducatur in solitudinem ter
ra. ꝛ crescant cōtra te bestie. Ponamqꝫ ter-
minos tuos a mari rubro. ab oriente: vsqꝫ
ad mare palestinū. qđ tirrenū dicitur. ꝛ est
ab occidente ꝛ a deserto qđ est post bethlēē:
qđ incipit post thecuam vsqꝫ ad fluuiū scꝫ
eufraten. q tota regio qñqꝫ dicta est iudea.

De federe firmato aspersione sanguinis vitulorū.

Enit ergo moyses ꝛ narrauit ple-
v bi iudicia dñi. Et dixerunt omnes
vna voce. Omnia que locutus est
dñs faciem': ꝛ audiemus. Quod preposte-
re ꝛ inordinate dictum: presignauit eos fu-
turos transgressores. ꝛ in hoc verbo menda
ces. Scripsitqꝫ moyses vniuersos sermo-

nes dñi ꝓpter decalogum. ⁊ mane cõsurgẽs edificauit altare dño. ⁊ duodecim titulos ꝑ duodecim tribus israel. Forsan duodecim altaria. quos titulos dicit. vel potius vnum: ex duodecim lapidibus. ⁊ in singulis singula nomina filiorum israel scripsit. quasi titulos tribuũ misitqȝ iuuenes. scȝ nadab: ⁊ abiu. q̃ futuri erant sacerdotes. ⁊ immolauerũt domino pacifica. vitulos duodecim. Tulitqȝ moyses mediam ꝑtem sanguinis: ⁊ misit ĩ crateras vasa scȝ viminea cum ansis. A cratim: qḋ est conterere dicta. Reliquũ sanguinis fudit suꝑ altare. Legitqȝ volumẽ federis audiente populo. Qui dixerunt. Omnia q̃ locutus est dñs faciemus. Ipse vero sumptũ sanguinẽ respersit in populum. Et ait. Hic est sanguis federis. qḋ pepigit dñs vobiscũ. Ac si diceret. Sic peribit vita eius. ⁊ sanguis eius fũdetur qui violabit fedus hoc. i. pactũ inter vos ⁊ deum. Sane: hoc signũ ad confirmationem federis. habuerunt a gentilib⁹. qui porcam federis fede laniantes: sic firmabant fede laniandũ federis violatorem. Tamen ⁊ aliud signum federis terribilius habuerunt iudei. ex se scȝ effusionem aque. qḋ fecit iosue ⁊ samuel. quia sicut aqua tota funditur. ita ꝙ nihil ex ea remanet in vase. ꝙ nõ aliis liquoribus. ⁊ etiam ipsa perit fusa in terrã sic penitus cum stirpe sua ꝑiret: qui solueret fedus.

De primo ascensu moysi in montem.

b Oc facto: ascẽdit moyses. ⁊ aaron nadab. ⁊ abiu. ⁊ septuaginta d̃ senioribus israel. scḋm ꝑceptum dñi vsqȝ ad terminos montis. ⁊ viderũt deum ⁊ sub pedibus eius: quasi opus saphirinũ. ⁊ quasi celum cũ serenũ est. tñ nec suꝑ eos q̃ erant in castris misit manũ suã. i. nõ abscõdit se ab eis. sed videntes maiestatem dñi. ⁊ nõ ipsum: leti epulabantur. Tũc vocauit dominus moysen. daturus ei tabulas lapideas: inscriptas decalogo. Et assumpto tñ iosue: transiuit terminos dicens senioribus. Expectate hic scȝ ĩ castris ⁊ vsqȝ ad terminos. si quid questionis natum fuerit. referetis illud ad aaron: ⁊ hur. Operuitqȝ nubes mõtem. Iterũqȝ dimisso iosue in quadã planicie montis: solus ascendit moyses ad caliginem. Septimo aũt die: vocauit eum dñs d̃ medio caliginis.

De tabernaculo faciendo.

Ngressusqȝ moyses mediũ nebule fuit cum dño quadraginta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctibus. nec comedens nec bibens. Et ait dominus ad eum. Sume primicias. i. ꝑciosa queqȝ a populo israel. sed ab eo tñ qui vltro obtulerit. aurũ scȝ ⁊ argentũ. ⁊ es. iacinctũ ⁊ purpuram. coccũqȝ bistinctũ. i. setam iacinctini. purpurei. ⁊ coccinei coloris. ⁊ bissum. qḋ est genus lini egyptii. molle ⁊ candidũ. pilos quoqȝ caprarũ. ⁊ pelles arietũ rubricatas. quas particas dicimus. quia parthi sic colorari eas excogitauerũt. ⁊ pelles iacinctinas. ⁊ ligna sethim. Est aũt sethim: nomẽ montis. ⁊ regionis. ⁊ arboris. que similis ẽ albe spine in foliis. ⁊ est leuissimũ lignum. ⁊ imputribile. ⁊ incremabile. Oleum quoqȝ ad luminaria. aromata: in vnguenta. Et thimiamata: boni odoris. ⁊ lapides onichinos ita qḋ sardonices ⁊ gemmas. Sanctuariũ faciant mihi: vt habitem in medio eorum ne sit eis labor recurrere ad montem hũc iuxta similitudinem tabernaculi quod ostendã tibi: facies illud ita.

De scemate arche

a Rcham d̃ lignis sethim facies. qḋ hebraice dicitur hemon. Et nota ꝙ

moyses hoc ordine narrat. Primo de his que fuerunt in tabernaculo. Secundo: de tabernaculo. Tercio: de atrio. Josephus vero econtra. ille: secundum ordinem compositionis. Iste: secundum ordinem collocationis. longitudo arche habebat duos cubitos ⁊ semissem. latitudo: cubitum ⁊ semissem. altitudo: similiter cubitum ⁊ dimidiū. Et intelligitur cubitus manus: non geometricus. quod apparet in altari lateranensi. infra: quod dicitur esse archa. Etiam iosephus hic vocat cubitū: duos palmos. Et dicitur archa nō habuisse pedes. ⁊ deaurata est intus ⁊ foris auro purissimo. Factaque est supra corona aurea ad modum scilicet labij: qd̄ in mensis ⁊ saccarijs fieri solet. Per vtrūque latus lōgitudinis erant bini circuli aurei. totum lignum penetrantes. ⁊ ꝑ eos vectes de lignis sethim deaurati: mittebantur. quibus archa ferebatur. nec vnquā extrahebantur. In qua postposita est testificatio. i. tabule. in quibus scriptum erat testamentū. tamen queque ibi reposita: testimonia dici possunt. Posita ē ibi vrna aurea. plena manna in testificationem: quod panē dedisset eis de celo. Tabule in testificationē: quod legem naturalem sopitam in cordibus suscitauerat in scripto. Uirga aaron i testimonium: quod omnis potestas a dn̄o deo ē. Deuteronomius in testimoniū pacti qd̄ dixerāt. omnia que dixerit nobis dn̄s faciemus. Ob hoc dicta est archa testamenti. vel testimonij. ⁊ ob hoc etiam tabernaculum testimonij dictum est. ⁊ ideo etiam: quia cause ꝓ foribus eius agebantur.

De propiciatorio et cherubin.

[F]actum est aūt sup archam ꝓpiciatoriū aureum idest. tabula aurea: eiusdē longitudinis ⁊ latitudinis cuius et archa. vt archam tegere sufficeret. de spissitudine eius non legitur. Hoc dicebatur oraculum: quia dn̄s de loco illo responsa dabat. responsum aūt diuinum oracullum dicitur. quia orantibus datur. Dicebatur etiam ꝓpiciatoriū. quia exinde loquēs dn̄s: ꝓpiciabatur populo. Uel quia die ꝓpiciationis dicebant gloriā dei: semper ibi descendere. Ex vtraque vero pte oraculi. scz in duobus angulis anterioribus: positi sunt duo cherubin aurei. ⁊ productiles. non scz fusiles sed tunsionibus malleoꝝ producti. Sūt aūt vt dicit iosephus animalia volatilia habentia figuram. que a nullo hominū est inspecta. Hec dixit moyses se in dei sede cōspexisse figurata. Cherub vnus alterum respiciebat. versis tamen vultibus in ꝓpiciatorium. duabus quoque alijs expansis. ⁊ mutuo se tangētibus velabant oraculum: alias: ex opposito extendebant. Possunt etiam dici ad terraz ante archam positi quinque cubitis alti. vt in templo: nisi quod in duplo maiores.

De mensa et coronis.

Tem ait dn̄s. facies ⁊ mensam de lignis sethim. habentem duos cubitos lōgitudinis. ⁊ in latitudine cubitum. in altitudine cubitum ⁊ semissem. Spissitudinem tacet. Et inaurabis eam ex omni parte auro purissimo. Erat aūt vt dicit iosephus hec mensa ꝓxime velut delfica. habēs quattuor pedes: qui dicuntur eius altitudo. Erantque ex medietate partis inferioris rotūdi ⁊ tornatiles. pars superior operis quadranguli erat. In singulis vero pedibus erat anulus aureus: simulque erat in pede. vbi anulus missus erat. In anulis vero vectes aurati. quibus ferebatur mensa. Erat autem labium in ea ꝑ circūitum sicut ⁊ in archa. ⁊ labio affixa erat aurea corona: alta digitis quattuor. ita quod medietas eius sup mensam eminebat. ne superposita caderent ex ea. altera medietas inferius pendebat ad decorem. Et erat corona huius interrasilis. i. interpolata celaturis et plano. Erant autem vt aiunt hebrei celature ille:

quasi imagines regum. ⁊ ꝓphetice tot sunt ibi imagines facte. quot reges futuri erant in hierusalem. a dauid vsqꝫ ad sedechiam. Tamen iosephus videtur velle non fuisse in ea aliud labium nisi hanc coronam interrasilem. i. miculatam. Uel forte sicut in ariel ezechielis de interrasili exurgebat per radios interpositos. Ariel interpretatur leo dei. ⁊ dictū est sic altare holocausti. quia carnes deuorabat. Huic vero supposita erat alia corona minor ista. sed quanta ⁊ quomodo supposita ⁊ an plana. vel interrasilis nescimus. tamen aureola vocatur. Hebrei dicūt. ⁊ hāc ꝓphetice additam: ad presignandum diuisione ī regni in duo regna. fuit regnum israel populosius regno iuda. sed tamen minus dignum. Et ideo aureola superposita erat. ⁊ tamen minor mensa hec ponebatur in tabernaculo ad aquilonem. non lōge ab adito.

De panibus propositionis.

Ponebantur sup eā duodecim panes azimi de simila mundi valde. ⁊ ponebantur semi altrinsecus. ⁊ constabant singuli de duabus decimis ephi. quas iosephus duos assarios vocat. ⁊ singulis supponebatur patena aurea. ⁊ super patenam pugill' thuris. Josephus dicit phialas aureas suppositas plenas thure. hij diluculo sabbati recētes ⁊ calidi imponebantur mense. ⁊ erant ibi immoti vsqꝫ ad sabbatū sequens. tunc illis sublatis ⁊ toto thure incenso sup altare: noui cū alio thure substituebantur. Sublatos vero soli sacerdotes comedebant. Unde sacerdotales dicebantur. vel etiam ideo quia vt ait iosephus: dn̄s p̄ceperat. ꝙ soli sacerdotes panes illos formarent ⁊ coquerent. ⁊ ponerēt in mensa ⁊ tollerent. Ipsi tñ nō obseruauerunt hoc. Dicebantur panes etiam ꝓpositionis. quia ꝓpositi erant corā dn̄o: in memoriam sempiternam duodecim tribuū filioꝝ israel. vel porro positi. i. longo tempe positi. scilicet p totam ebdomadam. vel in eternuꝫ p successionem ponendi.

De vasis libaminum.

Precepitqꝫ dn̄s parari ex auro purissimo quattuor genera vasoꝝ ad offerenda libamina. ⁊ ab offerentibus sacerdoti a libando. i. gustando dicta. ⁊ a sacerdotib' dn̄o a libādo. i. fūdēdo. ⁊ poni ea sup mēsā scꝫ acceptabula phialas. thuribula. sciathos. In his vinuꝫ quod debebat offerri p̄uidebatur. ⁊ p̄gustabatur: vtrū dignum esset offerri an non. sed quia in colore ⁊ in sapore vinū dinoscitur. dicit ꝙ phiale vitree erant. Unde ⁊ a phialim qđ grece vitrū dicitur sic vocabantur. ⁊ in imo anguste. in supiori pte ample. in q̇bus sapor ⁊ color poterat agnosci. quas hebrei scutellas vocant. sciathi vero: minores ⁊ angustiores erāt. ⁊ aure. i. cum q̇bus fundebatur vinū sup altare. ꝓ hostie libamento. In thuribulis q̄ ⁊ mortariola dicebantur: thus p̄cognoscebatur et offerebatur. Similiter ⁊ in acetabulis acetū. sed quia nunquā aut raro occurrit de oblatione aceti: quidā dicunt acceptabula vbi scꝫ p̄uidebatur a sacerdotib' que debebāt offerri. vtrū accepta. i. idonea essent: an non. postea subdiuidit acceptabula in tria. In phialas. in q̇bus vinum. In thuribula. in q̇bus thus ⁊ simila. ⁊ granum. ⁊ sal. ⁊ ciathos. in q̇bus oleum. Sumebāt enim sacerdotes p̄us de his que offerenda erant portiunculas. quas in huiusmodi vasis ponebant ad p̄gustandum: quasi libando d singulis. que libamina moyses dixit offerenda. i. de offerendis sumenda.

De candelabro.

Precepit quoqꝫ dominus fieri candelabrum ex auro purissimo ductile. tamen iosephus fusile dicit. cui'

bastile basi insixum erat ⁊ ferreum. supertie-
stitum calamis aureis quinqꝫ genicularis
ad modum canne. vbi autem capita cala-
morum inter se iungebantur: tanquã duo
ciphi erant in modum nucis. ⁊ ex fundo cu-
iusqꝫ ciphi: procedebant flores recurui: quasi
lilia ⁊ in ipso fundo inter ciphũ ⁊ lilia: erat
sperula volubilis. sicut. in capitibus cathe-
drarum: subter sperule volubiles. ⁊ ita: cũ
in bastili essent quinqꝫ calami in hunc mo-
dum copulati: quattuor erant ibi iuncture
quarum queqꝫ habebat quasi ciphos duos
iunctos. ⁊ sperulas simul ⁊ lilia. ⁊ hoc est qđ
moyses dicit: in bastili q̃ttuor fuisse ciphos
in modum nucis. tamen hebreus non dicit
ciphos. sed dicit migdlatos. rotũditates scꝫ
migello distinctas. ex hoc bastili procedebãt
ex lateribus tria brachia hinc. ⁊ tria inde fer-
rea. quoꝝ vnumquodqꝫ superstitum erat
calamis aureis: ad modũ bastilis. ⁊ in iun-
cturis coibant capita calamoꝝ. quasi ciphi in
modum nucis cum sperulis ⁊ lilijs. ⁊ quia
in vnoquoqꝫ tres ciphos dicit moyses fuisse
tamen quibusdam videtur sperulas non fu-
isse in fundo ciphoꝝ vt dictũ est. sed i media
planicie cuiusqꝫ calami: sperulam volubilẽ
suppositam. Sic erat candelabrum ex ferro
calamis aureis superinduto factum. si fusile
fuit. Si ṽo ductile: simpliciter ex auro fuit.
⁊ malleis mirabili artificio: in hanc formã
productum. Erat autem vt dicit iosephus:
ex septuaginta partibus compositum. i vna
base erectum sic. in bastili ⁊ brachijs erant
calami vigintinouem non integri. sed ex dua-
bus partibus in medio vbi ptes iungeban-
tur: erat sperula supposita. ne iunctura vide-
retur. ⁊ putaretur calamus vnus. ⁊ ita erãt
calami vigintinouẽ cum totidem sperulis.
quinquaginta ⁊ octo ⁊ quinqꝫ partes i basi
septem lampadum sedes. Quocunqꝫ vero
modo factum fuerit: in sũmmo septem ha-
bebat capita equalia. sup que ponebant̃ sep-
tem lucerne auree. Infusoria etiam septem ex
auro erant. quibus oleum lucernis infunde-
bat̃. Eratqꝫ ibi forcipes ex auro. dicti: emun-
ctoria. ad emungenda. vel extinguenda lich-
nia. Etiam vascula ex auro erant. ad exting-
uendum in aqua que emungebantur. ne te-
trum redderent odorem. Dicta extinctoria.
Omne pondus eius cum vasis suis: habu-
it talentum auri: ad pondus sanctuarij. tria
enim habebant. minas quinquaginta libra-
rum. qđ erat institoꝝ. medium: septuagin-
ta. quod erat ciuium. maximum: centum vi-
ginti: quod erat sanctuarij. Tamen ioseph9
dicit ipsum habuisse mnas cẽtum. quas he-
brei cinthares dicunt. greca lingua interpta-
tum: talentum nuncupatur. Positum autẽ
erat ad austrum contra mensam. non recte
quidem sed oblique.

De parietibus tabernaculi.

p Recepit quoqꝫ dominus taberna-
culum fieri in hunc modum. Ta-
bernaculum erat domus deo dica-
ta. quadrata ⁊ oblonga. tribus clausa parie-
tibus. aquilonari. meridiano. occidentali. li-
ber patebat introitus ab oriente. vt sole ori-
ente: radijs ei9 illustraretur. Lõgitudo erat
triginta cubitorum. latitudo decem. altitudo
decem. in latere meridiano erant tabule de
lignis sethim stantes viginti. quarum vna
queqꝫ in latitudine cubitos habebat decem
in spissitudine digitos quattuor. in latitudi-
ne cubitum ⁊ semissem. Iungebantur autẽ
sibi mutuo incastrate. ne rimula ibi esset.
aut planicies parietis inequalis. ⁊ erant in-
aurate ex vtraqꝫ parte. supposite ṽo singu-
le duabus basibus argenteis pforatis. in q̃-
rum foraminibus. cardines aurei immitte-
bantur. in vtroqꝫ angulo tabule eminentes
sicut in scrinijs fieri solet. Tamen augusti-
nus videtur velle. ergo vna basis esset sub ta-
bula. ⁊ altera supra: p epistilio. sed lra cõtra
est. que dicit. vt bine bases singulis tabulis:
p duos angulos subiciantur. Vtrum autẽ
tabule suspẽse a terra sup bases: an inter ba-

ses ad terram ꝑtingerent: non legitur. Eodē scemate factus erat paries aquilonaris. ad occidentem vero erant sex tabule. ꝑ omnia similes alijs. ⁊ eodem modo stantes in basibus. sed cum non implerent nisi nouem cubitos: dimidius cubitus ex vtraqꝫ parte vacuus patebat. ⁊ ideo tabula vno cubito lata secta est ꝑ medium. ⁊ facte sunt due tabule semicubitales. que vtrimqꝫ apposite parietē occidentis alijs duobus compaginauerunt. que etiam singule duabus basibus immittebantur. ne vero ventorum impulsu. vel qualibet alia causa: parietes concuterentur. Singule tabule anulos habebant aureos ꝑ ordinem. velut quibusdam radicibus cōfixos. ꝑ quas vectes ꝑ transuersum parietis immissi: tabulata firmiter continebant. Erant autem vectes de lignis sethim inaurati. singuli quinqꝫ cubitoꝝ. immittebanturqꝫ caput vnius vectis in caput alterius in modum cocci. vt ex pluribus sic innexis: quasi vnus vectis immēse longitudinis videretur. sicut in baculo cambuce pōtificalis eburneo fieri solet. hoc sane planum esset. nisi domin9 addidisset. ꝙ quinqꝫ vectes essent i latere ad aquilonem. ⁊ totidem ad austrum. totidem ad occidentem. quod minus congruū videtur. cum enim quilibet vectis quinqꝫ erat cubitorum. quinqꝫ protensi in latere vno. viginti quinqꝫ cubitos tantū contingebant. Itaqꝫ quinqꝫ cubiti lateris illius remanebant intacti. In occidentali vero latere: duo tantum sufficiebant. Sunt qui dicunt de tribus vectibus supfluis: vnum supadditum quinqꝫ vectibus in latere septentrionali. ⁊ alium in australi. ⁊ sic illud quod deerat adimpleret. Tertium: sectum in duos. qui positi erāt in duobus angulis parietum. vt recuruati: iūcturas angoloꝝ colligerent. sicut iuncture angulorum in scrinijs strapis ligari solent. sed hoc est littera conici potest. Quia ergo in littera est. quinqꝫ vectes immitti: ꝑ medias tabulas. a summo vsqꝫ ad summū: de altitudine parietis intelligi potest. Erat ergo iuxta summitatem parietis supmam. vnus ordo vectiū. extensus in longū ꝑ totū parietem. ⁊ iuxta summitatē inferiorem. Alius ordo in eundem modum. ⁊ i media planitie tres ordines. vt ꝙ dictum est quinqꝫ vectes fuisse in vno latere: potius ad numerum ordinū ꝙ vectiū referatur. Erant itaqꝫ in vnaquaqꝫ tabula quinqꝫ anuli. ⁊ in quolibet duorum parietum vectes triginta. quia quinqꝫ ordinum quilibet. sex vectes habebat. in latere occidetnali decem vectes. bini ꝑ singulos ordines. Sunt qui dicant non omnes vectes eiusdem quantitatis fuisse. sed quilibet vectium quinqꝫ qui erant in magnis laterib9: erant sex cubitorum. ⁊ ita quinqꝫ sufficiebāt ad continendum triginta cubitos. ⁊ quinqꝫ vectes qui ad occiden tem erant. singuli duorum erāt cubitorum. Sed iosephus loquēs de his vectibus: ait vno quoqꝫ habēte magnitudinem cubitoꝝ quinqꝫ.

De distinctione tabernaculi et de vtroqꝫ velo.

t Abernaculum hoc in duas partes distinctum erat. posterior pars ad occidentē decē cubitis ꝓtendebat. ita quadrata erat in longum scilicet ⁊ in latum. ⁊ in altum decem cubitoꝝ. Hec pars aditum dicebatur. vel sanctū sancti. vel sanctuarium sanctuarij. vel sancta sanctoꝝ. Anterior pars ad orientem viginti cubitis ꝓtendebatur. que cōmunis erat sacerdotibus. et hec dicebatur: sanctum vel sancta. vel sanctuarium respectu eius dicebatur sanctum sancti. quasi sanctū consecutiuū sancti. vt dicitur seculum seculi. vel sanctū sancti. i. sanctius sancto. vt dicitur dominus dominoꝝ. ⁊ rex regum. Ad alterutras vero partes seperandas posite erant in medio quattuor columne de lignis sethim deaurate. capita habentes aurea: ⁊ bases argenteas. Tamen iosephus di-

cit quattor fuisse tabulas. ad modum altarū operatas. equaliter a se inuicem distantes. inter quas: tres angusti patebant ingressus. Sup capita vero columnarū. suppositi erāt duo vectes decem cubitorum. a pariete i parietem protensi. in quibus ꝑ circulos aureos immissum dependebat velum: ante q̄ttuor columnas extensum. quadrum ex omni parte scilicet decem cubitorum. vt ex omni parte prohiberet aspectum interiorum. Et autem velum factum de bisso retorta. quod est genus lini candidissimuꝫ. ⁊ mollissimū. ⁊ de iacincto ⁊ purpura. ⁊ cocco bistincta. idest. de filis sericis: ⁊ iacinctini. purpurei ⁊ coccinei coloris: ope plumario compositū. idest ope acu picto. Pluma enim lingua q̄dam acus dicitur. Hoc genus veli vulgo bustratum. quasi bistratū dicitur. Primo eni fit tela. cui cum acu opere manuali supsternuntur diuerse picturationes. Sunt qui dicunt. opus plumarium a simili auium. quibus supaddita est plumarū varietas. Ideꝫ opus dicitur etiam polimitum. a poli: quod est multum. pro multitudine picturarum. Erat autem hoc velum pulcra varietate cōtextum. ex vniuersis vt ait iosephus floribꝰ. quos gignit humus. ⁊ aliis picturis quas poterant interserere pictores: preter animalium formas. In ingressu vero tabernaculi: quinqꝫ columne erant de lignis sethim deaurate. capita habentes aurea. bases vero eneas. sup quas duo vectes vel vnus: decem cubitoꝝ ꝓtendebantur a pariete in pariete. in vtroqꝫ capite sui. vtriqꝫ parieti insertꝰ ad modum trabis in domo. a quo. dependebat aliud velum: ꝑ circulos aureos insertū. ad modum prioris opatum. sed scdm iosephum vsqꝫ ad medietatem columnarum dependebat. tegens eas per quinqꝫ cubitos. reliqui quinqꝫ vsqꝫ ad terram ad ingressum sacerdotis patebant. Super hoc vero dicit aliā cortinam laneam suppositam vsqꝫ ad terram ꝑtingentem funibus. ꝑ anulos eam ducentibus. ⁊ retrahentibus. vt in diebus festis reducta: ꝓberet aspectū tabernaculi. in aliis diebus supducta ꝓhiberet aspectum precipue cum nubilum videretur. Textus enim fortis erat. ⁊ facile laborem sustinebat. Etiam in ingressu templi: similem dicit fuisse appensam. erat autem in interiori sanctuario archa. cum his que in ea reposita diximus. et cum his que erant ei supposita. In anteriori vero candelabrum ad austrum. mensa ad aquilonem. In medio ante velum non longe ab adito: altare aureum. quod ⁊ iosephꝰ thuribulum aureum vocat. de quo post dicemus.

De cortinis et sagis.

t Ectum tabernaculi non concameratum: sed planum ad modū palestine fuit. quattuor operimentis aptatum. ꝓmum operimentum cortine decem. que etiā vela vel tentoria. vel quandoqꝫ tabernaculum vocantur. que erant facte de quattuor predictis coloribus ope plumario. longitudo cortine vnius erat viginti ⁊ octo cubitoꝝ latitudo quattuor. quarum quinqꝫ mutuo sibi iungebantur. ⁊ quinqꝫ similiter vt quasi due cortine: ex quinis sibi coniūctis redderentur. Iungebantur autē ansulis iacinctinis. que in vnoquoqꝫ latere cortinarū disposite. altera contra alteram veniebant. ⁊ hinc anulo aureo colligabantur. sicut adornatum colli fibule argentee vel auree: vtrāqꝫ horam capitiꝫ solent colligare. Dicit tamen iosephus anulis aureis vel vncinis: eas fuisse coniunctas. Secundū opimentum erat saga cilicina. que ⁊ vela capillacia. vel capillacia: quandoqꝫ vocantur. que de pilis caprarum. quos capillos quandoqꝫ dicimus: ad differentiam lane ouium facta erant. d quibus ⁊ cilicia fiunt. vnde ⁊ illa saga cilicina dicta sunt. que pro asperitate saga dicebant.

Unde. et quosdã pannos asperos sagias facimus. vel forte ex q̃dratura saga dicta sunt Unde et militare pallium a gallis inuentũ. quia quadratum erat: sagum dictũ est. Qđ tamen quia ex aspero fiebat panno. cõtra aeris intemperiem: etiã potuit dici sagũ. Erãt aũt saga hec vndecim. Longitudo sagi vnius habebat cubitos triginta. latitudo q̃ttuor. Et erant quinq; sibi mutuo iuncta. vt q̃si vnum sagũ facerent. et alia sex: quasi in vnũ sagum iuncta. Jungebantur autem anulis aureis insertis ansulis contra se venientib⁹. Utrum autem singule cortine: vel saga sibi inuicem ita copularentur: an quinq; cortine sibi consute filo. inseparabiliter in vnam cortinam iuncte erant. et alie quinq; similiter: et ad tegendum tabernaculum hee due magne cortine tm̃ anulis et ansulis iũgebãtur: non elucet.

De modo tegendi secundum bedam.

Qualiter modo vo ex his tegebatur tabernaculum. plus videamus s'cdm bedam. Protendebantur decẽ cortine sibi copulate p trãsuersum. totum operientes tabernaculum. et descendentes p latera: vno cubito distabant ex omni parte a terra. et quia simul iuncte quadraginta cubitos implebant longitudinem tabernaculi q̃ erat triginta cubitoꝝ tegebant. et quinq; cubiti dependebant: iuxta latus occidẽtale. Alij quinq; descendebant ante apturam q̃ erat ad orientem tamen ne incomposite penderet vtrobiq; cortine transgredientes duo magna latera tabernaculi vsq; in medium aperture trahebantur. ibiq; mutuo iungebantur et similiter in latere occidentis. et ita ex omni parte tabernaculum tectũ erat cortinis: vno tantum cubito circa terrã ex omni parte nõ velato. supponebantur saga similiter p trãsuersum. sed quia erant triginta cubitorum p latera descendebant vsq; ad terram. et ita cubitum cortinis non velatum ipsa velabãt. et quia ex trãsuerso quadragintaquattuor cubitos habebant cum essent vndecim simul iuncta: et vnumquodq; erat quattuor cubitorum longitudine; tabernaculi triginta cubitis tegebant; de quattuordecim qui supant septem descendebant ad orientem. et totidẽ ad occidentem. Partes vo sagorum que superant pendentium iuxta duo latera magna vsq; ad terram, ex vtraq; parte reducebãtur ad tegendum introitum orientalem. sed quia septem cubiti ex vtraq; parte veniebant in spacio vo introitus decem tantum erãt. supsuebatur sagum sago. vel forte in summitate cuiusq; duo cubiti tetroplicati consuebantur. instar horarum vestimenti. et tunc ex equo conuenientia saga de laterib⁹ in medio introitus copulabantur: in eodem loco in quo et cortine. et similiter in latere occidẽtis propter huius supsuturam: vel replicationem sagorum dicit beda p̃mo dixisse moysi dominũ sextum sagum in fronte tecti duplices. idest dimidium sagum quod excedit cortinas. in introitu supsues vel replicabis. et post: planius addidit quod supest in sagis. idest. vnum sagũ quod amplius est ex medietate eius. operies posteriora tabernaculi. idest. latus occidentis. Duplicabantur aũt ita. vt impetum ventorum possent sustinere et s'cdm hanc dispositionem tabernaculum ex omni parte tegebatur sagis vsq; ad terram. et nihil ex eo videbatur. et tentorium quod erat in introitu p̃ciosuz. inutiliter ibi erat. et cum sacerdotes intrabant tabernaculum. vel necesse erat attollere saga et cortinas vt sub intrarent. vel si in medio iungebantur. vncinis et anulis ad introitum eoꝝ dissoluebantur.

Josephus aliter.

a

Lia est iosephi dispositio· cui consentit origenes· ⁊ videtur probabilior. Ait enim decem cortinas sibi mutuo iunctas vt dictum est a fronte tabernaculi sup introitum extendi p transuersuz: ⁊ tegere tabernaculum· ⁊ descēdere iuxta latus occidentis vsqz ad terram· introituz vo non tegi aliqua parte cortinarum· cū pprius haberet velum. Similiter ⁊ de sagis totum dicit operiri tabernaculum excepto introitu. sed quia duo cubiti sagorum supsunt cortinis ex vtraqz pte· dicit eos replicari sub' cortina· ne ventus intrās inter saga ⁊ cortinas totum concuteret opimentum· p quo ⁊ dictum putat· sextum sagum in fronte tecti duplices. sed etiam scdm hoc: speciosa plurimū pars extrinseca tabernaculi non videbatur· nec illud cortinarum quod circa tabernaculum defluebat. Frustra ergo tanti facta videbantur· quo circa: forte ex omni parte cortine· ⁊ saga funibus extendebantur circa tabernaculum. ⁊ paxillis ereis colligabantur funes· ⁊ quia paxillos habuisse tabernaculū infra moyses dicet· in modum tecti dependentis: circumquaqz attollebantur. vt ⁊ tabernaculū vndiqz videri posset. ⁊ circuiri ab ingredientib' sub cortinis.

De pellibus superpositis.

q

Uocūqz vero modo hec duo operimenta disposita fuissent. de reliqs duobus non est questio. Sane tertium erat opimentum de pellibus arietum rubricatis· que supiora tm̄ tegentes· ad latera non descendebant· funibus ⁊ paxillis ereis affixis terre circumligate. Quartū quoqz operimentum in eundem modum erat suppositum: de pellibus arietū iacintinis· supposita vero erant duo hec: pter estum ⁊ imbrium diffusionem. Multos itaqz vt ait iosephus stupor habebat a longe inspicientes nam colorem eius in nullo putabant differre a celo.

Et quid figurabant predicta.

In hac compositione tabernaculi: patet deū ⁊ non hominem sic disposuisse· quia vt ait iosephus singula hoz ad formam rerum facta reperiret· si qs absqz inuidia velit hec considerare· aditum enim quod soli pontifici puium erat: figurabat celum deo ⁊ angelis attributum· sanctuarium vero quod in duplo erat: terram ⁊ mare cūctis gressibilia· sicut ⁊ illa pars cōmunis erat sacerdotibus. Cortine· celum sidereum· saga: aquas q̄ sunt sup firmamentum· pelles rubricate· celū empireum: in quo sunt angeli. Jacinctine: celum supius· vbi deus sup omnia. Tamen in quattuor coloribus velorum dicit ioseph' signari quattuor elementa. p byssum: terrā. quia ⁊ de terra est· ⁊ pmo terreum· ⁊ viridē colorem habet· p purpuram mare· qz ex conchis marinis tinguitur· p iacinctum aerem. p coccum: ignem· quia in colore eis similantur· p mensam: temp' vl annum· p panes: duodecim menses· p coronam quattuor digitoz: annum solarem quattuor tempoz· p minorem: annum lunarem· p septem lucernas candelabri: septem planetas· p septuaginta partes eius: decamoniam planetarū: Forte quisqz planeta: habet decem dignitates vel potestates· qnqz naturales: ⁊ qnqz accidentales· in quibus armonice· idest· proportionabiliter se habent. In candelabro notatur· quia que sub eis sunt: ad ipsos tendūt idest· motus naturales ⁊ effectus ab eis habent· quod etiam notat amatus ⁊ es' ciphi· qui sunt vasa liquoris aquam· sperule: solū spericum· lilia: aerem· qui solus: vidat odoribus.

De altari holocaustorum.

p Recepit quoqꝫ dominus fieri altare de lignis sethim. Altare hoc dicebatur holocausti. vel holocaustoꝝ. vel holocaustomatum. ⁊ posset dici sacrificiorum. sed a digniori pte nomē accepit. Erat autem in lōgitudine ⁊ latitudine quinqꝫ cubitorum scilicet quadrū. ⁊ in altitudine triū. cui tanquā nimis alto: ad horam ministrationis aliquid apponebat. in quo staret minister: quod impleta ministratione tollebatur. Altare enim gradus habere alibi ꝓhibetur. eratqꝫ concauū. instar arche sine operimento. parietes lignei. sed operti erāt ere intus. ⁊ extra. licet vri non possent. sicut nec antitoꝛ. vel lignum paradisi quodlibet. qđ vrendo fit mundius. area cuius siue arula erea erat. tanquā fundus arche. sup quam fiebat ignis. qui p fenestram que erat in latere orientali imponebat. In quattuoꝛ angulis superioꝛib' erāt eī quattuoꝛ cornua recurua. in quibus quattuoꝛ cathene anulis inserebantur. de quibus pendens craticula erea i modum retis facta. vsqꝫ ad medium altaris intus descendebat. sup quā cremanda in odorem domino ponebantur. que ignis p oculos craticule ascendens de arula cōsumebat. Circa q̄tuoꝛ angulos inferioꝛes. quattuoꝛ erant anuli aurei in quibus vectes imponebantur de lignis sethim operti ere. ad portandū altare. De hoc tamen altari. ⁊ craticula eius. ambiguitas est. non solum inter nos: verū etiam inter hebreos p̄cipue. cum hebraica veritas a nostra translatiōe nihil discrepare videatur. Nos quidē sic habemus. Facies craticulam in modum retis eneam. p cuius quattuoꝛ angulos erūt quattuoꝛ anuli enei quos pones subtus arulā altaris. eritqꝫ craticula vsqꝫ ad altaris medium. Hebreus q̄̄ sic habet. Facies eis michar. facturam retis enei. ⁊ super rete quattuoꝛ anulos eneos. et dabis illam quasi fundū are de subt'. eritqꝫ rete vsqꝫ ad altaris medium. Josephus aūt sic. cui suberat craticula in modum retis facta. Suscipiebat enim terra ignem q̄ d̄ craticula ferebatur. quia bases non erant ei subiecte. Cassiodorus tamen senatoꝛ in pictura quam fecit. cuius in expositione psalmorum meminit quattuoꝛ pedes in vtroqꝫ altari fecit. Proinde videtur quibusdā non supponi craticule carnes assandas. sed dicunt craticulam fuisse vas quoddā. in quo sederet altare. cuius parietum altitudo altare ambiens. vsqꝫ ad mediū altaris eleuata esset. in cuius angulis sursum quattuoꝛ anuli pendebant. p quos vectibus insertis. altare ipsi insidēs portaretur. Altare enim nō legitur alios anulos habuisse. sed vtrū sepatum esset hoc vas reticulatum ab altari: ita vt amoueri posset altare ab eo cum vellent. ⁊ supimponi: an d̄ ipso altari: ope fusili ita fabrefactum esset. vt quasi appositum videretur. ambiguum est. Sup arulam q̄ altaris aquā in medio cū' positam. debent p fenestram ab oriente struem lignoꝝ ⁊. poni sup ligna carnes imponi assandas. Vel non erat ibi arula. sed super craticulam impositam fiebat ignis. qđ videtur velle iosephus in p̄dictis verbis. Aliis vidづetur nec opimentū nec fundum ipsum habuisse. sed parietes tm̄ terra repleri. scđm q̄ dominus dixit. altare de terra facietis mihi. in cui' area supioꝛi fiebat ignis. vbi cremanda imponebantur. ⁊ de craticula altari supposita: idem sentiunt. Arulam vero subter quam craticula posita legitur. hebreus areunculam vocat. vel sulcum. quem in medio parietum altaris fuisse dicit. vsqꝫ ad quē locum altitudo craticule ptingebat.

De situ altaris et vasis eius.

p Ositum erat altare ante tabernaculum sub diuo. non directe ante

introitum. sed aliquando ad meridiē descen dens. ita vt ante ipsum immolātes stantes ad aquilonem. in ipsum tabernaculum vsqȝ ad sancta sanctoꝝ inspicere possent. Et quia stabant ad aquilonem. ⁊ contra meridiem. quandoqȝ legitur eos sacrificasse ad aquilonem. quandoqȝ ad meridiē. Eratqȝ in vsus eius lebetes: ad colligendos cineres cū abundabant: ⁊ deportandos. qui in locum secretum ⁊ mundum reponebātur. ⁊ forcipes ad emundādum ignem altaris. ⁊ fuscinule q̄s grece creagras dicimus. quia inde de caldarijs cocte carnes proferebantur. ⁊ batilla. q̄si vatilla a vehendo. quib' prune ab hoc altari ad altare thimiamatis deferebantur. p̄ter cacabos ⁊ ollas ad carnes coquendas. q̄ tamen iuxta altare nō coquebantur. omnia vō enea erant. Hebreus sic habet. sic facies eius ollas. ⁊ eius palas. ⁊ eius pelues. ⁊ ei' vncinos. ⁊ eius ignīū receptacula.

De atrio circa tabernaculum.

e Rat autem atrium circa tabernaculum in latere meridiano centum cubitoꝝ. ⁊ in aquilonari centuȝ. in orientali vō q̄nquaginta. ⁊ totidem in occidentali. ⁊ sic quadrum erat. sed in forma altera parte longiori. erantqȝ in latere australi viginti columne alte quinqȝ cubitis. capita habentes argentea cum celaturis. cum basibus eneis. spacio quinqȝ cubitorum inter se distantes. sup quas anuli singulis inerant. pcingebantqȝ funes ab anulis: vsqȝ ad capita parillorum. qui erant magnitudine cubiti. ⁊ p singulas columnas in terram valide fixi. vt atrium immobile custodirent. Cortina vō de bysso mollissima. centum cubitorum in longum. ⁊ quinqȝ in latum. p columnas dependebat. a capite vsqȝ ad basem diffusa. vt nihil a pariete differre videretur. nisi forte pro aeris intemperie: quandoqȝ retro funibus ⁊ parillis traheretur. vt sub ea tanq̄ sub tecto populus reciperet. In eundem modum latus aquilonis viginti colūnas ⁊ cortinam habebat diffusam. Ab occidente vō decem columne. ⁊ cortina cubitoꝝ quinquaginta atrium cingebat. In ingressu vō ad orientē. tres columne hinc. et tres inde stabant. ⁊ cortine iuxta has diffuse. nihil a prioribus differentes. In medio vō lateris eius. quattuor erant columne in modum portarum. quibus appensum erat velum. de quattuor p̄ciosis coloribus contextū ope plumario. quod ad ingressum vel egressum de facili attolli vel deponi poterat. Notandum tamen in longioribus lateribus fuisse columnas viginti ⁊ vnam. inter quas erant viginti aperture centum cubitorum: ⁊ in duobus minoribus nouem. sed propter angulares que duobus lateribus cōmunes erant. dicūtur ibi viginti. hic vō decem.

De lucernis.

p Recepit etiam dominus offerri a filijs israel oleum oliuarum purissimum. piloqȝ tonsum. Hoc enim purius est: q̄ nuceum. q̄ lineum. q̄ mirtinum. vel rafaninū. vt semp luceret ex eo lucerna. in tabernaculo testimonij. q̄ accendebant aaron ⁊ filij eius vespe. ⁊ vsqȝ mane lucebant sup candelabrum septem lucerne coram dn̄o. in die vō: tres tm̄. lichnus lucerne papirceus erat. cincendela vō qu ā mergum dicimus: aurea.

De cōmunibus vestibus sacerdotum.

c Tem locutus est dominus ad moysen. Applica fratrem tuum aaron ad te cum filijs suis de medio filioꝝ israel. vt sacerdotio fungant mihi. faciesqȝ veste sanctā fratri tuo. i q̄ sanctificat' mihi ministret. De his sane vestib'.

quia confuse agit histõria: ad euidentiã con-
gruo ordine prosequemur. Quattuor erant
vestes tam minoribus sacerdotibus quos
cananeos vocabant: q̃ pncipi sacerdotum.
quem arabarchum appellabant: cõmunes.
et post illas alie quattuor. quib' solus ara-
barcus. i. pnceps sacerdotum vtebat. Qui-
bus scdm hunc ordinem induebantur. Pu-
rificatis pus manibus et pedibus aqua. sa-
cerdos induebat manachasim: quod cõstri-
ctorium sonat. quod grece bracce. latine femi
nalia dici potest. Eratqz de bysso retorta cõ-
textum. ingredientibusqz p ipsum pedibus:
ascendebat ad lumbos. ibiqz fortiter stringe
batur et vsqz ad genua tm̃ descendebat. No
ster aũt pontifex. quia iugem habet continen
tiam: tm̃ sandalijs pedes tegit. ac si dicatur
ei. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes
lauet. Secundo: bissina sindone duplici ve-
stiebatur. quod cethomone. i. lineum diceba
tur. quam nos lineam strictam siue camisi-
am dicimus. Vel subuculam. quã moyses
abanech appellauit. sz post: a babilonijs dis-
centes hebrei hemisaneam dixerunt. descen-
dens vsqz ad talos. et decenter corpi coapta-
ta. sed manicis brachia valde constringẽs:
nastulis hinc inde sup humeros capitium
stringentibus. Tertio: cingebatur balteo la
to quasi digitis quattuor. sic retitulato. vt q̃-
si pellis viperea: quã estate exuit. videret cõ-
texta floribus coccineis. purpureis. et iacinc-
tinis. Stamẽ do tm̃ bissinũ erat sumẽs ini
tium cingendi a pectore. circumductũ lateri
bus. iterum ad vmbilicũ redibat. ibiqz mo-
dice stringebatur. et vsqz ad tibias depende
bat ad decorem: dum sacerdos nihil opera-
batur. Cum aũt sacrificabat ne impediretur
pendentes sũmitates sup leuum humeruz
reflectebat. Unde et forte diaconus quãdoqz
casulam plicatam eidem humero superpo-
nit. Quarto simplicem tyaram gestabat in
capite. a cydari pontificali plurimum diffe-
rentem. erat enim in modũ parui calama n-
ti vel cassidis. modice medietatem verticis ex
cedens. dicebaturqz manephei. habens vit-
tas: que friuolute sepius nectebantur. ne fa-
cile laberetur. habens desuper aliud velamẽ
bissinum. vsqz ad inferiora barbe descẽdẽs.
celans pillei ligaturas. et totam capitis sup-
ficiem. Aptatumqz pfecte: ne laborante rue-
ret sacerdote.

De pontificali-bus indumentis.

Super hec ppaĩs quattuor vestib'
induebatur arabarcus. quarum p̃
ma tunica erat iacintina. poderis
vel hypodras dicta. i. talaris. quã hebreus
methir dicit. eratqz de duabus incisionibus
facta. consuta superhumeros. et p latera in
modum dalmatice facta. manicas eiusdem
coloris assutas habens. capitium habẽs nõ
ex transuerso super scapulas. sed in longum
fectionem habebat a pectore vsqz ad medias
scapulas. cui aperture nee ante et retro turpi
ter appareret: assuta erat vitta. que sup sca-
pulas hinc inde nastulis astringebat. ha-
bebat aũt pro fimbrijs septuagintaduo tin-
nabula aurea. quibus erant immixti totidẽ
nastuli. q̃si mala punica ex iacincto: et pur-
pura. et cocco bistincto. ita: vt post tintina-
bulum esset malogranatum. quasi interca-
lari modo posita. vt audiretur sonus cũ sa-
cerdos ingrederetur vel egrederetur sanctua
rium. et non moreretur. Sup hanc tunicam
videtur velle iosephus accingi pontificẽ cin-
gulo pdicto. quo alii sacerdotes super lineaz
tunicam. Alij nondum ipsum accingi dicũt.
sed sup ephot: vt sup omnia indumẽta ad
vltimum' cingeretur. Fuerunt qui dicerent
duas zonas habuisse pontificem. pmam ad
modũ sacerdotum. secundã sup ephot. que
due tamen p vno habebantur indumento.
Secunda vestis erat: ephot. similis superhu-
merali grecoꝝ de pdictis quattuor colorib'
auroqz cõtextũ. sine manicis ad modum co-
lobij. descendens vsqz ad renes. a deo. vt su-
percingi posset. superiorem partem tunice

iacinctine tegens· inferiorem relinquens in/
tactam. hore vero laterum · vncinis ⁊ anulis
aureis iungebantur· aperturam habēs in pe/
ctore quadram: ad magnitudinem palmi ·
in qua logion inferebatur· in cuius pte su/
periori sup vtrūq3 humerum infibulati erāt
auro duo lapides· onichini· smaragdini se/
cundū septuaginta· scđm iosephū sardoni/
ces· in qbus erant sculpta nomina filioꝝ isrł
prīncipalibus lřis· lingua hebrea· iuxta ordi
nem natiuitatis eoꝝ· sex nomina seniorum
in numero dextro· iunioꝝ in sinistro· ob re/
cordationem filioꝝ israel. Habebat aūt capi
tiū ex transuerso sup humeros· fortibus lori
bus contextum. Qđ legitur samuelem ⁊ da
uid· indutos ephot· aliud erat· ⁊ pprie epho
tar dicebatur· ⁊ erat lineum· istud vero mira
pulcritudine vermiculatum. Tercium vero
erat ornamentum quod hebreus essin· gre/
cus· logion· latinus rationale dicit· quadrā/
gulum ⁊ duplex· ne pondere gemmarū rum
peretur· mensuram palmi habens· sz aper/
turam suphumeralis implere sufficiens· ex
pdictis quattuor coloribus ⁊ auro contextū·
eodē scemate quo ⁊ suphumerale. Erantq3
in eo duodecim lapides· auro firmiter inclu
si p quattuor ordines: trini in singulis. In
pmo ordine sardius· topacius· smaragdus.
In secundo: carbunculus· saphirus· iaspis.
In tertio: ligurius· achates· ametistus. In
quarto: crisolitus· onichinus· berillus. In q/
bus erant sculpta nomina duodecim filioꝝ
israel· iuxta ordinem natiuitatis sue· singula
in singulis· vt gestaret sacerdos memoriale
filijs israel· ⁊ filioꝝ israel i humeris ⁊ pecto/
re ob recordationem trium· quoꝝ vnius po
pulus esset memor· ipse vero duoꝝ· vt scilicet
populus iudeus nomen patrum suoꝝ sata/
geret· ne a virtute patrum suorum degenera
ret. Sacerdos vero vitam ⁊ fidem patriar/
charū meminisset imitari · meminisset etiā
populū ex his patrib' ortū· sacrificijs ⁊ orati
onib' deo cōmēdare. Appellabat etiā ratio
nale iudicij· q2 scripta erāt i eo hec duo· iudi
ciū ⁊ veritas. vel doctria ⁊ veritas. Sane vbi
nos habemus· pones in rationali iudicij iu/
dicium ⁊ veritatem· hebreus habet purim·
⁊ tumim· vnde ⁊ sortes in quibus iudicium
veritatis solet inquiri: purim dicunt. Tra/
dunt autem in medio rationalis fuisse lapi
dem quadrum magnitudine duoꝝ digito/
rum: in quo scđm coloris mutationem ppē/
debant· vtrum deum placatum haberent: an
offensum. Josephus dicit sardonicem qui in
dextro humero gerebatur· cum sacrificium
pontificis deo placebat· tanto splendore mi/
care· q etiam procul positis: radius eius ap
pareret. Egressuris vero ad prelium: si de' cū
eis esset· tantus fulgor in lapidibus rationa
lis apparebat· vt omni fieret multitudini
manifestum· eoꝝ auxilio deum adesse· et ob
hoc rationale iudicij nuncupari. Asserit aūt
hunc fulgorem sardonicis ⁊ rationalis ces/
sasse annis ducentis· antequā ipse scripsisset
hec· cum deus moleste ferret trāsgressiones
legis. Erant enim in quattuor summitatib'
rationalis· quattuor anuli aurei· quoꝝ duo/
bus supmis inserte erant due cathene au/
ree· sibi inuicem coherentes· i· obliquate· ad
modum· x· littere sibi in medio cōiuncte. vel
potius facturā exprimit cathene· in qua ma/
cule maculis coherent· pro quo hebreus ha/
bet plectas opere plecto. Josephus dicit p fi/
stulas venientes. Juxta caldeum sonat ter/
minatas· i· ad quantitatem spacij in quo p
tendebantur factas· que sursum ferebantur
vsq3 ad scapulas pontificis· super quas in/
ferebantur duobus vncinis aureis· suphu/
merali firmiter insertis. Duobus vero inferi/
oribus anulis assute erant due vitte iacinti/
ne· que circa latera ducte· duobus anulis au
reis inter scapulas inserebant· q sub vtroq3
sardonice in ephot fixi stabant· in vtraq3 li/
gatura ephot ⁊ logion: sibi inuicem firmiter
coherent. Super hec dicit iosephus zonam
ex quattuor coloribus ⁊ auro consertam ex
vtroq3 latere circumductam· ⁊ iterum reuo/
lutam ante pectus· in vtraq3 summitate in/
fra pendentem· habentem ex aureis fistulis
fimbrias miro decore compositas.

v Ltimum erat capitis ornamentū. qđ cōmunius tyara vel mitra vel infula dici potest. specialius vo tyaris. Eratq; tyara ad modum pdicte facta q cōmunis erat sacerdotibus. super quā confuta erat altera tota iacinctina. que circumdabatur aureo circulo. tribus ordinibus facto. sup quem ab occipite stabant flores aurei. plantagini similes: a timpore ad timp' a fronte vo supra stabat flos aureus. similis herbe. quā greci iusqamos dicunt. magnitudine digiti vnius. in supiori vo planicie tyare. ex omni pte in circuitu vsq; ad sūmitatem eius. que in acutissimu; deficiebat cacumen. pticulatim ploca erant aurea malagranata. cum spinosis extremitatib' suis fabrefacta. Sup frontem vo: pendebat lamina aurea quā petalum dicunt. ad modū dimidie lune facta. que arcuatione; sursum habens. et in medio anulum aureum. vncino aureo inserebatur. quia tyare inseri' erat. in qua sculptum erat aioth. adonai. i. sanctū nomen dñi. scilicet tetragramaton. quod ineffabile dicitur. non quia dici non possit: sed quia rem ineffabilē significat. quod his lris scribitur. he. ioth. het. vau. que sonant: principium. vite. passionis. iste. quod est. p passionem huius. quem pfigurat hic sacerdos. renunciabitur vita pdita in adam. Ne vo cū moueretur pontifex. moueret et lamina sancta: sursum ligabatur vitta iacintina pspicua. celante vnctinū et anulū. que circūducta capiti. et ligata in occipite: dependētes sūmitates sup humerū vtrūq; diffundebat.

De tipo vestium.

b Is vestibus ornatus pōtifex. imaginem totius orbis sup se pferebat. Femininalia enim et linea stricta qrbissina erant terram figurabant. baltei vero quotquot erant. circumuolutione; occeani. tunica iacintina ipso colore aera preferebat. p tintinnabula: sonitus tonitruū. p malogranata: coruscationes figurabantur. ephot vero. sui varietate celū sydereum. Quod aurum coloribus intertextu; erat. significat q calor vitalis penetrat vniuersa. duo sardonices: solem et lunam. vel duo emisperia: duodecim gemme pectorales. duodecim signa i zodiaco. pulchre: quod in medio erat appellabatur rationale. ratione enim cuncta sunt plena. et terrena herent celestibus. Immo: ratio terrenorum et tempum. caloris et frigoris. et duplex inter vtrūq; tempies: ō celicursu et ratione descendit. cidaris: celum empireum lamina supposita: deum omnibus psidentem.

De altari incensi et loco eius.

p Ost vestium compositione;. locutus est dominus ad moysen: de modo consecrationis aaron et filiorum eius. quod: vsq; ad ipsam consecrationem distulimus. de altari aureo psequētes. Factū erat hoc altare de lignis sethim. habens cubitum longitudinis. et alterū latitudinis. i. quadrum et duos cubitos in altitudinem. vestitumq; erat auro purissimo. cornua habens. et craticulā aureā. et cathenas. et anolos. et vectes aureos: instar poris. vtrū vero arulam haberet. an cineres excipet terra: ambiguum est. Josephus dicit. per angulos singulos coronas fert ex auro purissimo habebat. quod singulariter forte in exodo dictum est ita. Faciesq; ei coronam auream p girum. Hoc altare dicebatur incensi. vel thimiamatis. quia singulis diebus mane et vespere ad consummandum iuge sacrificium. sup illud incendebatur thimiama sanctificatū dño. Fuerunt tamen qui dicerent. mane: solum incensum. i. thus supimponi. vespere vo. pro dignitate sacrificij vespertini: thimiama. Ceterum vtrū altare hoc esset intra sancta sanctorum. an in sanctuario cum candelabro. et mensa. sancti videntur dubitare. nec est putandum in dubium

venisse. q̃n esset in sanctuario. cum hebreus hoc dicat. Josephus plane. ⁊ prima positio tabernaculi facta a moyse. innuit. nisi quia paulus ad hebreos thuribulũ aureũ ponit intra sancta sanctoꝝ. Potuit sane esse. ꝙ in tẽplo vbi omnia ampliata fuerũt ⁊ multiplicata. ꝑter altare aureũ qđ erat extra velum. ad qđ bis in die necesse erat ingredi. erat superadditũ thuribulũ in adito. in quo sum⁹ sacerdos prunas ⁊ timiama q̃ secũ ferebat adoleret. quando ad interiora contingebat ipsum penetrare.

De compositione timiamatis.

[D]E cõpositione ṽo timiamatis sancti: locutus est dñs ad moysen dicens. Sume tibi aromata. stactẽ. ⁊ onicha. galbanũ boni odoris. ⁊ thus lucidissimũ. equalis ponderis erunt omnia. ⁊ in tenuissimũ puluerem contundes omnia. Onicha fertur esse ostreola paula. suaue redolens magnitudine humani vnguis. Vñ ⁊ onicha dicitur. quia onix grece: vnguis dicitur stacte est gummi. qđ fluit ꝺ mirra. qđ ⁊ mirra dicitur. Galbanũ ṽo succus est ferule. ⁊ nascitur in siria optimũ. cartilaginosum scꝫ: ⁊ minus lignosum. cuius odore serpentes fugantur. Ferula quoqꝫ que ⁊ feniculum: in gargano nascitur. cuius succus vilior. thus ṽo lucidissimũ optimũ. qđ masculũ dicit. quia instar humani testiculi rotũdũ est. Dicitur etiam libanũ a libano mõte arabie. i quo nascitur arbor thuris. ꝑplexo ⁊ intorto vimine. Ex his quattuor fiebat puluis timiamatis sancti. ꝓhibuitqꝫ dominus talem fieri compositionem in vsus hominum. ꝙ si quis simile faceret vt eius odore frueretur: periret de populis suis. Inde est: ꝙ ablato thure benedicto sup altare. si descendat thuribulum ad clericos in choro. vel ad laicos: aliud thus sine benedictiõe appositũ est: ⁊ hominibus offerendum.

De confectione sancte vnctionis.

[V]Nguentũ etiam sanctũ de q̃ttuor fiebat aromatibus. Aroma ṽo dicit quodlibet pinguentũ. qđ odore suo inficit aera. quasi aeroma. Sumebãtur enim q̃ngenti sicli virgultoꝝ ꝑme. i. ꝑcipue mirre. ⁊ est mirra arbor que grece smirna dicitur quinqꝫ cubitoꝝ que est in arabia. cui⁹ virgulta arabes exurunt. vt melius pullulet ⁊ fructificet. ex quoꝝ odore intollerabiles cõtraherent morbos. nisi fumo storacis occurrerent. Cinamomi. cc. q̃nquaginta sicli. ⁊ calami totidem. cassie ṽo q̃ngenti. ⁊ est cinamomũ virgultum indie vel ethiopie. duoꝝ cubitoꝝ. dictũ quasi canamomũ. quia i modum canne subtiles habet calamos. ⁊ replicatos. qui fracti: spiramentũ visibile reddũt. Calamus ṽo: species aromatica iuxta libanũ. Cassia: in aquosis nascitur. crescit in immensum. odorem reddit. hec redacta in puluerem cum oleo oliuarũ. sub mensura hin conficiebantur ope vnguentariĳ. ⁊ dicebant̃ sancti oleũ vł vnguẽtũ sctĩ. ꝺ cui⁹ vsu loco suo dicem⁹. Joseph⁹ etiã apponi dicit balsamũ.

De labio eneo.

[L]Ocutus est dñs iterũ ad moysen. Facies ⁊ labiũ eneum cũ basi sua: vas scꝫ lauatoriũ. qđ etiam luter dicitur. qđ erat inter tabernaculum ⁊ altare holocaustoꝝ in qua missa aqua lauabãt sacerdotes manus suas ⁊ pedes. vestes sanctas accepturi. vt sacrificarent similiter ingressuri tabernaculũ. ⁊ egressi qđ dicitur factũ ꝺ speculis mulierũ excubantiũ ad ingressum tabernaculi. forte: ꝺ sedibus speculoꝝ eneis factum fuit. vel potius eo facto: in circuitu labĳ suꝑmi circũposita fuerũt specula. in q̃bus sacerdos videre posset. si vspiã vł i veste vel in facie maculã haberet abluendam.

De redemptione numeratorum.

Ceruumqȝ dñs ad moysen: ait. Cum nume-
rabis filios israel. dabit quisqȝ preciū ꝓ ani-
ma sua. ne sit in eis plaga. dimidiū sicli iux-
ta mensuram scūarij. Siclus autem vigin
ti obolos habet. A vigiti annis et supra: da
bunt. ab eo enim tpe: ad nomē familie trāf-
ibat. Diues nō addet. ⁊ paup nihil minuet
⁊ hec pecunia advsus tabernaculi reponeba
tur. Hoc in dauid vindicatum est. quia ali
ter ꝙ deus iusserat fecit.

De electione artificum et datione tabularum.

Ocauit etiaȝ dñs ex nomine. i. no-
v minatim elegit huius opis sum-
mos artifices. beseleel filiū huri: de
tribu iude. ⁊ hooliab sociuȝ. sed minus pi-
tū filiū achisamech. de tribu dan. quos im-
pleuit spiritu dei. i. scientia ad excogitanduȝ
in omni ope fabrefaciendo. completisqȝ ser-
monib' his: dedit moysi duas tabulas la-
pideas digito dei scriptas. Nota ꝙ scđm
paralipomenon nō videtur beseleel habuisse
nisi duos annos ad plus.

De vitulo conflatili.

Idens populus ꝙ moyses morā
v faceret. dixit ad aaron. Fac nobis
deos qui pcedāt nos: moysi enim
nescimus qd acciderit. Excusant se hebrei di
centes. quia heloim. non tm̄ deos: sed etiam
dños sonat. ⁊ dicunt eos petisse duces itine-
ris. Aaron vo ⁊ hur restiterunt. sed indigna-
tus populus spuens in faciem hur: sputis vt
traditur eum suffocauit. Unde timens aa-
ron ait. Tollite inaures vxoꝝ ⁊ liberoꝝ. et
afferte ad me. hoc erat qđ pciosius ⁊ carius
habebant. putans ꝙ consulētes auaricie sue
nollent afferre. Quas cū accepisset: forma-
uit ex eis vitulū conflatilē ope fusorio. Forte
aliud nō recipent. quia bouem adorauerant
in egypto. Tradūt qdam: aaron piecisse in
ignem inaures. ⁊ inde ope demonis cōfla-
tum caput vituli tm̄. qđ tn̄ quandoqȝ vitu-
lus. quandoqȝ caput vituli vocatur. quia in
excusatione sui inferius legitur aaron dixisse
moysi. pieci illud in ignem. ⁊ egressus ē hic
vitulus. Et dixit populus. Hij sunt dij. tui
israel q te eduxerūt de terra egypti. Fecitqȝ aa
ron altare coraȝ eo. ⁊ in crastinū indixit sol-
lennitatē. maneqȝ surgētes obtulerūt hosti-
as. seditqȝ populus manducare ⁊ bibere. et
surrexerunt ludere. i. adorare. Tunc ait dñs
ad moysen. Descende. peccauit popul' tu'.
quasi diceret: iam nō me'. dimitte me vt de-
leam eos. faciamqȝ te in gentē magnā. Cui
moyses. Queso dñe: quiescat ira tua. ne di-
cant egypcij. callide eduxit eos vt interficeret
eos in montibus. impotēs eis dare terram
quā pmiserat. Recordare seruoꝝ tuoꝝ. qb'
iurasti dicens terrā hanc dabo semini vr̄o.
Placatoqȝ dño: descendit moyses. ferens ta
bulas scriptas ex vtraqȝ parte digito dei. Cui
occurrit iosue. qui forte singulis dieb' in oc-
cursum eius egrediebatur. Nō enim credibi
le est. cū moyse eū ieiunasse. Et ait ad moy-
sen. Ululatus pugne est in castris. Cui moy
ses. Imo vox est cantātiū. Et appropinqns
vidit vitulū ⁊ choros. ⁊ iratus piecit tabu-
las: ⁊ cōfracte sunt. Combussitqȝ vitulū. et
massam redegit in puluerē. quem sparsit in
aquā. ⁊ dedit ex eo potum filijs israel. Cūqȝ
accusaret aaron. quia populum audierat. ex
cusansqȝ aaron: dixit que supra dicta sunt. di
cens se timuisse populū. quia pnus erat ad
malū. Uidēs ergo moyses ꝙ nudatus esset
populus ornamētis scȝ vel auxilio dei. vel po

rius idolatriam quā longo tpe ante cōceperat tandem manifestauerat. vel forte videns sibi indicatos a deo sceleris auctores. p pulverem bibitum qui in barbis eoꝝ miraculo se apparuit. stans in porta castroꝝ. ⁊ aduocans leuitas: ait. Qui dñi est: iungatur mihi. ponat vir gladiū sup femur suum. trāsite p mediū castroꝝ. occidat quisqȝ amicū ⁊ fratrem suū. quem scȝ puluere signatū inuenerit ⁊. ceciderunt ea die quasi tria milia. Alia translatio habet vigintitria. De his omnibꝰ que dicta sunt de vitulo tacet iosephus. tantū opiniones eoꝝ de mora moysi narrat. Alij enim dicebant eum a bestijs comestū. alij a dño trāslatū. alij sane mentis cum dño philosophantem.

De prece moysi et minis domini.

Tercio die locutus est moyses ad
a populū. Peccastis peccatum maximū. Ascendam ad dñm. si quo modo
quivero eū deprecari p vobis. Et cū ascendisset ait. Obsecro dñe. aut dimitte eis hanc noxam. aut dele me de libro tuo quē scripsisti. qđ de impetu animi. nō de ratione dictum quidā dicunt. vel ex magna cōfidentia in deum. p impossibile dictum. q̄si diceret. sicut impossibile est vt me deleas. sic oro nō posse fieri q̄n dimittas. Augustinus dicit. e consequētibus ratiocinationem debere concludi. vt scȝ quod cōsequitur: p̄termittatur. sic aut dele me. aut dimitte eis. q̄ ponitur p equipollēte sua. q̄si si nō deles me: dimitte eis. disiūcta enim vertitur in cōiunctam: destructo ꝙ antecedit. ⁊ manente ꝙ cōsequitur. Scribi aūt vel deleri de libro vite dicit quis: dupliciter. vel scđm p̄scientiam. vel scđm p̄sentem iusticiam. Cui dñs. Qui peccauerit mihi delebo eū. Quasi diceret. non te: qui non peccasti. Vade duc populum istū. Angelus meus p̄cedet te. nō enim ascendam tecum. quia populus dure ceruicis est: ne forte disp̄dam te in via. Tradūnt hebrei: quia prius ipse deus custos eoꝝ erat. deinceps dedit eis michaelem custodē eoꝝ p̄prium. sicut cetere nationes. p̄prios sibi habent angelos. custodes. delegatos. Addidit etiam dñs. semel ascendam in medio tui ⁊ delebo te. ⁊ est cōminatio captiuitatis babilonice vel romane. ⁊ nota: ascensum dupliciter dici. vel ab inferioribus ad supiora. vel ab occultis ad manifesta. Et est sensus Manifestabo me tibi malo tuo.

De translatione prioris tabernaculi.

Audiens hec populus luxit. ⁊ nullꝰ
a indutus ē cultu suo. deposueruntqȝ
ornatū suū a mōte oreb. qđ cōmode de p̄ori tabernaculō intelligit. qđ sibi fecerant. vt ante ipsum iura tractarēt. qđ cū hucusqȝ fuerat in radice mōtis. vt p̄pinquiꝰ esset dño. voluit dñs illud a se amoueri. ⁊ tetēdit illud moyses ex altera pte castroꝝ. ⁊ longe a castris egrediebaturqȝ moyses ad illud. et plebs stabat in foribꝰ tabernaculoꝝ suoꝝ. ⁊ adorabat pcul. descendebatqȝ colūna nubis ⁊ loquebatur cū moyse cernētibus vniuersis facie ad faciē. sicut solet loqui homo ad amicum suū. i. manifeste.

Quod moyses vidit posteriora domini.

Rauitqȝ iterū moyses ad dñm. Re
o spice populū tuū gentē hāc. vis vt
educā populū. indica mihi quem missurus es mecū. Dixitqȝ deꝰ. Facies mea p̄cedet te. Ecce. iam maiꝰ impetrauerat moyses plus notatur in facie ꝙ in angelo. sed ꝙ

in facie intellexit moyses aliquem q̄ simillimū deo. pmitti: addidit. si tuipse nō pcedes nō educas nos d loco isto. Cui dñs. Et verbū qd locutus es faciā. teipsum noui ex nomine. i. ꝓprie. ⁊ specialiter mihi placuisti. vocabo in nomine dñi corā te. i. faciā me vocari deū ⁊ ducē vestrū ex miraculis q̄ faciaꝫ. et nō ob aliud. nisi quia volo. ⁊ miserebor cui voluero. Cui moyses. Ostende mihi faciem tuā. Cui dñs. Nō poteris videre faciē meā. Non enim videbit me homo ⁊ viuet. Stabis in cauerna petre. ⁊ transibit corā te gloria mea. Q uā quia nō sustineres: ponā manum meā corā te. Cūqꝫ ptransiero: tollā manum meam. ⁊ videbis posteriora mea. Q d ratione similitudinis dictū est. Sicut enim a tergo visus homo scitur ꝙ homo sit. sꝫ nō quis homo sit. ita: deū esse modo scimus. sꝫ quis sit nondū scimus. Et potuit esse ꝙ in tantā claritate ptransierit dñs. quā human⁹ nō sustinuisset aspectus. ⁊ opposita est nubes moysi. deinceps cū longius abesset. potuit a moyse videri. Ad lrām hebrei tradunt. eū vidisse posteriora hominis. ⁊ in occipite quasdam ligaturas.

De secundis tabulis et gloria vultus moysi.

Et ait dñs ad moysen. Precide tibi duas tabulas instar pop. ⁊ scribā sup eas verba q̄ habuerunt tabule quas fregisti. In deuteronomio etiā dicitur deus scripsisse. In sequētibus tñ dicit. Scribe tibi verba hec. ⁊ cetera. Et paulo post. Fuit moyses cum dño quadraginta dies ⁊c. ⁊ scripsit in tabulis verba federis decē. Potest dici ꝙ auctoritas scribēdi fuit in dño. ministeriū in moyse. Cūqꝫ excidisset moyses tabulas. de nocte cōsurgēs ascendit. ⁊ transeunte dño corā eo in turbine. pnus in terram adorans ait. Obsecro vt gradiaris nobiscū. auferas iniquitates nostras. ⁊ possideas nos. cui dñs breuiter memorauit quedā. que etiā pdixerat d tribus sollennitatibus de oblatione pmiciarum ⁊ pmogenitoꝝ. ⁊ addidit. ne cū gentibus terre pmissionis aliquod haberent pticipiū. Fuitqꝫ moyses cū dño q̄draginta dies ⁊ quadraginta noctes: panē nō comedit. aquā nō bibit. cūqꝫ descendisset de monte cū tabulis. apparuit facies eius cornuta. ⁊ ipse ignorabat. i. radij miri splendoris ferebātur d facie eius. q̄ reuerberabāt oculos intuentiū. quos gloriā vultus moysi appellat apls. posuitqꝫ velamen sup faciē suā. cū loqueret filijs israel. ⁊ locutus est omnia q̄ fuerant sibi impata. Q uantū aūt hec gloria durauerit. ⁊ vtrū semel vel pluries acciderit hoc: ignoram⁹. Tradunt hebrei. ꝙ adhuc tertio ascendit ad impetrandā eis venie certitudinē. ⁊ iterū fuit cum dño q̄draginta diebus ⁊ noctibus ieiunās. Cūqꝫ redisset cū certitudine venie: erat nona dies septimi mēsis. ⁊ i crastino sollennitatē agentes p venia data. affligerunt animas suas ieiunantes. ⁊ deinceps dicta est. decima dies mensis hui⁹ dies ꝓpiciationis. qd si verū est potest esse. ꝙ etiā ecclesia ob hoc tres in anno ꝓponit q̄dragenas. licet ob hoc institutū dicatur. q: tres trib⁹ legūtur ieiunasse. q̄dragenis. moyses. helias. iesus. Si vero fuerit siue non: post secundū reditū de cōstructione tabernaculi pcepit eis moyses scdm ꝙ a dño accepat. ⁊ pmisit de obseruatione sabbati. ne forte in hoc ope putarēt sibi licere opari sabbato.

De compositione thabernaculi et erectione.

Egressa omnis multitudo obtulit iuxta verbū moysi mente pmptissima quicqd pciosius habuit. ⁊ cum

tanta copia. ꝙ compulsi sunt artifices voce pconis clamare: ne quisq̈ vltra offerret. fecerūtqꝫ beseleel ⁊ ooliab. cūcta q̄ sibi fuerant ⁊ sicut fuerant impata. Et scd̄m iosephum omne tempus ad opus faciendū transiit in mensibus septē. Omne aurū qd̄ expensum est in ope sanctuarij. vigintinoueꝫ talentoꝝ fuit. ⁊ septingentoꝝ triginta sicloꝝ ad pondus sanctuarij. Fuerūt pterea ⁊ centū talenta argenti. ex q̇bus constrate sunt cētum bases sanctuarij. De mille aūt ⁊ septingentis ⁊ septuagintaquinqꝫ facta sunt capita colūnarū. que ⁊ vestite erant argento. Eris vero talenta septingenta ⁊ duo milia. ⁊ quadringenti sicli. Obtulerūt aūt a viginti annis et supra sexcenta tria milia: ⁊ quingenti q̇nquaginta. Igitur mense pmo anni secundi. in pma die mensis. erexit moyses tabernaculū. operuitqꝫ nubes tabernaculū cum lux serena esset ⁊. nō pcellosa. sed lucida. non tñ p quā transiret aspectus. qualē decebat dei psentiā ⁊ ad nebule huius eleuationē. deinceps mouerunt castra. ⁊ ad depositionē deposuerunt ⁊ dū stabat sup tabernaculū: ⁊ ipsi stabant eratqꝫ ignis in nocte.

Historia leuitici.

Ertia distinctio historie quam scripsit moyses. grece dicitur leuiticus. quia d̄ electione ⁊ ministerio leuitarū agit. latine offertori⁹. vel sacrificaticius. qz de sacrificijs ⁊ de his que offerebantur ex lege tractat. hebraice dō vagecra. qd̄ sonat vocauit aūt. mox hebreoꝝ: q̄ a pncipijs libroꝝ nominauit eos. sicut nos officia missaꝝ. vel euangelia videlicet cū dicim⁹ dn̄ica qua cātat Populus syon. vel legitur. Erūt signa in sole ⁊ luna. Inchoat enim sic liber iste. Uocauit aūt moysen. ⁊ locutus est ei dn̄s d̄ tabernaculo federis dicens. Homo qui obtulerit hostiam si fuerit holocaustum. ⁊ de armentis masculū offeret. p ante. habet in hebreo ⁊. va: enim sonant. ⁊. gecra vocauit.

Premittitur diuisio vtilis.

D videndū de doctrina ⁊ traditione sacrificioꝝ que sequitur quedam plibanda sunt. in hunc modum. Quinqꝫ consideranda sunt hic. sacrificia que deo offerūtur. psone: a q̇bus offerūtur. tpa qñ offerūt. loca: vbi offerūt. cause: p q̇b⁹ offerūtur. Triplex aūt coꝝ que rite offerebantur occurrit discretio. aut enim erat oblatio de animalibus. ⁊ sacrificiū dicebatur. nec ante octauū diem natiuitatis poterat offerri. nec eadē die mater ⁊ fetus eius. Aut de sicca materia vt de simila. pane. thure. ⁊ ꝓprie diceba tur oblatio. Aut de liquidis. vino ⁊ oleo. q̄ ꝓprie libamē. vel libatio dicebatur. licet his nominibus scriptura quādoqꝫ indifferenter vtatur. psone dō offerentiū due. anima. vel sinagoga. Animarum dō: alia sacerdos. alia pnceps. alia puata. de q̇bus suis locis dicet̄. Similiter de locis ⁊ tpibus: loco suo. Causarū etiam triplex erat differentia. offerebant enim quandoqꝫ necessario. quandoqꝫ sponte. quandoqꝫ casu. Necessario aūt: vel ex voto vel ex precepto. Sane ex precepto pmitias frugum. vuarum. fructuum. decimasqꝫ eorundem. ⁊ insup animaliū. Primogenita quoqꝫ animalium ⁊ liberorum. oblationes quoqꝫ trium sollemnitatū ⁊c. in hunc modum. Mel aūt ⁊ fermentum nunquā offerebantur domino tantum pmitie eorum temporibus suis offerebātur sacerdoti. sed nihil ex his sup altare ponebat̄. Cōmuniter autē a nullo sacrificio sal deesse debebat. ⁊ ideo dicebatur sal federis. quia nō erat fas hoc trāsgredi. porro scd̄m ordinem libri a sacrificijs inchoandum est.

De holocaustis et modo offerēdi

s Acrificioꝝ alia holocausta· alia sacrificia. ⁊ pmo de holocaustis videamus· holocausta dicebant̄ illa sacrificia· q̄ tota incendebantur· holon enim totū· cauma: incendiū dicitur. Fiebat aūt in tribus tm̄· armentis ⁊ pecudibus· sed tm̄ de ouibus ⁊ capris· in auibus: sed tantū turture ⁊ columba. De armētis ⁊ pecudibus sic. offerebatur tantū masculus ⁊ anniculus. i. vnius anni· vel circa· supra annū: non· vñ quandoqꝫ agnus· quandoqꝫ aries apellatur Bos enim supra annū poterat offerri· vt ait iosephus· erat quoqꝫ immaculatus· qḋ non de macula velleris· sed corpis intelligendū est· i· nō debile· aut fracto membro· aut papulas habens· aut scabiem· aut cecū· ⁊ huiusmodi· offerebaturqꝫ pmo sacerdoti: ad ostiū atrij· vt videretur si idoneus esset ad offerendum. Postea ad ostiū tabernaculi offerebatur dño· p manuū impositionem sup caput lotis pus manibus· quia pter mare sacerdotum: erant in atrio duo maria· vnum viroꝝ alterū mulierū. Unde: ⁊ a loco offerendi: ab hebreis hostia dicebatur. Gentiles enim ab hostibus vincendis hostiā· ⁊ a victis: victimam cōsueuerant appellare· victimā do: hebrei a vinciendo dixerūt· q2 vinctū adducebatur animal. Oblatā sic hostiā reducebat sacerdos ad altare holocaustoꝝ· ⁊ stans ad aquilonē: immolabat eam coram dño ad latus altaris· i· in conspectu sanctoꝝ. Fundebatqꝫ sanguinē eius circa crepidinē altaris in circūitu detractaqꝫ pelle hostie· que erat sacerdotis· artus in frusta cōscindebat· quib' lotis cū capite· pedibus ⁊ intestinis: adolebat omnia· sup altare in holocaustū ⁊ odorem suauem dño. Nō est credendū q in nidore carniū delectaretur dñs· sed potius in re significata ⁊ deuotione offerentiū· Siautē de auibus fieret holocaustū: fiebat sic· sed cū dño offerrent vt dictū ē· pmo homo de israel. postea sacerdos quomodo ab homine offerebatur auicula: tacet· forte: quia eodē modo quo ⁊ pecus· forte: tantū sacerdoti. Offerebatur aūt pullus turturis vel columbe· cui frāgebat sacerdos collū· sola manu· nō enim licebat leuare ferrū sup auem. Et retorto capite sub ascella· vngue cutem colli vbi fractum erat rumpebat· ⁊ fuso sanguine circa crepidinem altaris vesiculam gutturis ⁊ plumas piciebat ad orientē i loco secreto· vbi cineres effundebātur· cōfractisqꝫ ascellis manu adolebat eam sup altare in holocaustum· ⁊ hec erant minora ⁊ simplicia holocausta· q̄ voluntarie fiebant Erant enim quedā maiora· quadā necessitate facta· q̄ ⁊ sanctiora quodā modo· q2 totū incendebatur ⁊ pellis ⁊ fim' de q̄bus post dicetur· quodāmodo minus digna· quia sup altare nō cremabantur· nūc de sacrificijs partialibus psequamur· ⁊ voluntarijs.

e Orum quedā erant pacifica· quedam salutaria· que scilicet p salute danda· vel data· vel cōseruanda offerebantur· similiter ⁊ p pace: vel ad deuꝫ vel ad homines· vel quia ad modū pacis fiebant· cum cuiqꝫ quod suū erat dabatur· deo scilicet ⁊ sacerdoti. Fiebat autem cum erat d animalibus: de armento tantū· ⁊ de pecoribus pdictis· de auibus vero: non. Sanꝫ in modo offerendi ab homine vel sacerdote idē fiebat cum hostia holocausti· sed in hoc erat differentia· quia hic offerebatur: mascul' vel femina· ⁊ anniculus grandiora immaculata tamen· pars vero hostie offerebatur domino· pars erat sacerdotum· reliqua offerentiū De armento: hec offerebantur domino· omnis adeps que est pinguedo interior· pinguedo enim sup carnem· aruina vel lardus dicitur· que carni admixta: ppie pinguedo· que intestinis: adeps· est aūt triplex adeps· vitaliuꝫ· i· cordis ⁊ ventris· adeps: iecoris· i· epatis· quem reticulū dicimus· quia inuoluitur ad modū retis. Adeps renum· hos tres adipes· duosqꝫ renes· i· illa· ⁊ renūculos ad

olebat sacerdos sup altare. eadem ⁊ de capra domino offerebantur. si vero de ouibus erat oblatio preter pdicta. offerebatur de ea cauda integra. quam lumbum vocant septuaginta. Pellis vero erat sacerdotis: qui offerebat illud. armus vero dexter qui dicebatur separationis. ⁊ pectus quod dicitur eleuationis. ⁊ quare sic dicebantur infra dicetur: cedebant in vsus sacerdotum. ⁊ lingua cum faucibus vt tradunt. sed in textu nō memini me legisse. Forte pectori adherebant. ⁊ cū pectore ab animali tollebantur. Unde suffecit nominasse pectus. ⁊ his vescebatur sacerdotes in domibus suis cum vxoribus et liberis. ⁊ domo tota. mundis tantum. etiā qui in domib' immolabant. causa epuli vel religionis: pectus ⁊ armum dabant. reliqua erant offerentium. ⁊ epulabantur coram domino: i locis scilicet ad hoc deputatis. i ipso atrio vel iuxta. Licebat etiam ex his tam sacerdotibus q̄ aliis edere: duobus dieb'. Si quid superat in diem tertium: cremabatur. ⁊ nota quia nullum animal offerebatur. vel in holocaustum vel in sacrificiū sine libamētis suis. Sed de libamentis: propius infra erit tractatus.

De oblatione inanimatorum.

[s] I vero manus hominis animal inuenire non poterat. offerebat p salute vel pace. similam scilicet farinam delicatissimam. fundēs super eam oleum. ⁊ dicebatur simila oleata. vel oleo fermentata. ⁊ thus offerebat cū ea. Sacerdos autem totum thus. ⁊ pugillum plenum simile oleate adolebant sup altare memoriale. i. in memoriam offerētis. vt scilicet dominus memor esset eius. vel sacerdos ad deū. reliquū erat sacerdotum. Tradunt hebrei nō semper plenum pugillum offerri. sed p q̄ntitate similē minus poterat offerri. in tantū: q' etiam pusillo impleto omnes digitos poterat apire sacerdos. pter medicum. ⁊ illud tantillum quod remanebat inter illum digitum ⁊ volam: sufficiebat. Josephus dragmam vnam offerendam dicit. Si vero sacrificium de simila coctum: offerebat panes sine fermento conspersos oleo. coctos in clibano: vel in craticula. offerebat ⁊ lagana azima idest. latos panes ⁊ tenues. non conspersos sed litos oleo. Quidam tñ p lagana panem coctum in aqua intelligunt. vt sit terciū genus panis. a cocto in clibano. ⁊ cocto in craticula. si vero coctum in sartagine offerebat. conspersum oleo ⁊ sine fermento erat. ⁊ diuidebatur minutatim. Ex his oblatis sacerdos memoriale offerebat coram domino de panibus: vnum. ⁊ d' frustis: vnum. reliquū erat aaron ⁊ filiorꝫ eius: ad edendum cum omni domo sua. ⁊ equa sorte diuidebat eis. In hebreo: pter clibanū tria ponuntur. marchesilis. mahebath. michar. marchesilis. sonat cōsiliatrix. quod sartagini cōuenit pter stridorem ⁊ susurriū frixure. michar: rete vel cribrum. Mahebath potest esse patella: in q̄ coctio liquida fit. potest esse tertia species sacrificij. a salutari ⁊ pacifico: p gratiarū actione. vel p victoria scilicet. vel aliquo bono euētu inopinato. ⁊ potest dici fieri casu.

De hostia pro peccato.

[p] Ost hostias salutares. pcepit dominus de hostijs pro peccato ⁊ p delicto. dicitur autem peccatū grauius scilicet: quod ex industria factum. delictum leuius: scilicet: quod ex ignorantia. vl peccatum: cum sit quod faciendum non est. delictum: quasi derelictum. cum non fit: qd faciendum est. ⁊ iuxta psonas peccantium: erat diuersitas sacrificiorꝫ.

Pro peccato sacerdotis.

D Istinguūtur aūt hic: quasi quatuor psone. sacerdos. synagoga. i. populus. pnceps. anima. Si ergo sacerdos qui vnctus erat peccauerat. vel inquere faciens populum: faciebat que secunt. additum est qui vnctus. non. qn omnes inuncti essent. sed ad differentiam illoꝝ. qui cū essent ꝺ genere sacerdotali ꝓpter maculā corporis: nec inungi poterāt nec ministrare. qꝺ etiam additum est: faciens populū peccare. forte generale est. quia peccatum cuiuslibet sacerdotis. vel quodlibet: trahitur in exēplum. ⁊ est dictum ad exaggerationē peccati. vel specialiter dictum est cum scilicet verbo vel quo alio modo: populū ad peccandum prouocauerit. vel sane: sicut in hebreo habetur si sacerdos qui vnctus est peccauerit ad culpaꝫ populi. i. ita viliter ⁊ aperte quasi vnus ꝺ populo. Quod valde indecens est. tunc inquā offerebat ꝓ peccato suo p man⁹ impositionem ad ostium tabernaculi: vitulum immaculatum. ⁊ coram altari immolabat eum. Hauriensqꝫ de sanguine inferebat illū in tabernaculū. ⁊ intingens in eo digitum: aspergebat illum septies. contra velum sanctuarij ⁊ de eodem ponebat sup cornua altaris incensi. ⁊ egrediens. reliquū sanguinis fundebat circa crepidinē altaris holocausti. ⁊ omnem adipem cū renibus ⁊ renunculis adolebat sup altare. sicut ⁊ de vitulo hostie pacificoꝝ. Pellem ꝟo ⁊ omnes carnes cū fimo etiā offerebat extra castra in locū mundūꝫ. vbi cineres effundi solebant. ⁊ incēdebat super struem lignoꝝ.

Pro peccato synagoge.

q Uod si omnis turba p ignorantiā fecerat qꝺ contra mandatū dñi ē: offerebant seniores populi ad ostiū tabernaculi p manuū impositionem vitulū: ⁊ fiebat de hoc vitulo sicut ⁊ de ꝓori ꝓ peccato sacerdotis: ⁊ orante pro eis sacerdote: ꝓpitius erat eis dñs. In duobus tm̄ hic innuitur differentia inter peccatum sacerdotis ⁊ populi. quia scilicet sacerdos nō dicit peccare p ignorantiam. nō enim licet eis ignorare mandata dñi. iterum: nō legitur quis orare ꝓ sacerdote. quia si pcussus fuerit incantator a serpente. quis medebitur ei: Ecce patet differentia inter holocausta hec ⁊ ꝓdicta. quia ex his nihil erat sacerdotū. totum dño cremabatur. neqꝫ membra istoꝝ cum capite pedibus ⁊ intestinis lotis ponebantur sup altare. generalis enim erat regula. qꝛ ꝺ cuius sanguine inferebatur in sanctuariū: nihil ex eo licebat remanere. nec aliquid ex eo sup altare adolebatur. nisi adeps cum renibus et renunculis. in modo etiā offerendi ⁊ numero sacerdotū offerentiū erat differentia. ꝺ carnibus enim holocausti salutaris fiebant nouem ptes. quas sup altare ponebant nouē sacerdotes quisqꝫ suam. vnus ꝟo: quattuor simul offerebat. scilicet caput ⁊ pedes. iecur. ⁊ intestina lota aquā. duo ꝟo sanguinē offerebant. vt omnes simul essent duodecim.

Pro peccato principis.

s I peccauerit pnceps. qui ⁊ chiliarcus vel tribunus. p ignorantiam. ⁊ post intellexerit peccatum suū. p se vel p alium. offerat ad ostium tabernaculi p manus impositionem hircum immaculatum. quo immolato: tingebat sacerdos digitum in sanguine. qua tangebat cornua altaris holocausti. reliquū fundens ad basim eius. ⁊ adolebat adipem renes ⁊ renūculos reliqua erant sacerdotū. sed quia erat hostia ꝓ peccato. ⁊ de sanguine eius tincta cornua

altaris holocausti. carnes eius erant sancte. et sanctificabantur que eis erat tacta. sed nõ quodlibet. imo in genere suo. caro: carne. simi-la: similam. panis: panem. et nõ vescebatur eis nisi sacerdos unctus et mundus. et non nisi in loco sancto. et non nisi eadem die qua offerebantur. si quid residuũ esset igne comburebatur. si vestis polluebatur eius sangui-ne: abluebat. vt nullũ remaneret in ea sanguinis vestigiũ. Alioqñ: vrebatur. Uas teste-um in quo coquebatur caro. statim frangebatur. ereum: defricabatur. et lauabat aqua.

Pro peccato ani-me.

c Um aũt peccabat p ignorantiam anima d populo terre. offerebat capram immaculatã. eo modo quo alij. vel agnum. et fiebat de hostia eodẽ mo-do: quo et de hirco principis. si aũt nõ poterat manus eius inuenire pecus. offerebat duos pullos turturis: vel colũbe. quorũ alter offere-bat dño i holocaustũ. alter erat sacerdotũ. eius tñ sanguis ad fundamentũ altaris holocausti distillabatur. quia p peccato erat. qđ si nec auiculas poterat inuenire. offerebat similam. decimam ptem ephi. nec mittebat in eam oleum aut thus: quia p peccato erat. cui⁹ memoriale: sacerdos adolebat sup altare. reliquũ ipse habebat in munere.

De igne iugi et electione cinerũ.

Iterum locutus ẽ dñs ad moysen. Ignis semp in altari ardebit. quẽ nutriet sacerdos. subiciens mane ligna: p singulos dies. et erit ignis et eodem altari. i. non aliũde sumpt⁹: apponetur. Cum vo cineres supabundabãt induebatur sacerdos vestibus quattuor sacerdotalibus. quas pdiximus. et tollens cineres de altari reponebant in pduim iuxta altare. et depositis vestibus sanctis. indutusqꝫ alijs. forte ad hoc destinatis: vel suis ppijs. efferebat cineres extra castra. et in loco mundissimo vsqꝫ ad fauillã faciebat cõsumi. Hec de oblationibus dicta sufficiãt: hic In numeris de oblationibus septem festorum legalium legitur.

De esu adipis et esu prohibito.

b De addendo: qꝫ omnis adeps domini erat. qđ intelligit de animalibus oblatis. tamẽ pter illud ab omni adipe iudei abstinebant. Sed veri⁹: dñs adipem que debet offerri in esum eis p-hibuit. etiam nominatim. adipem ouis. bouis. et capre. Adipem vo morticini vel a bestia occisi. concessit eis in vsus varios scꝫ vel ad lucernas. vel vnctiões carinkeas. Quid ergo faciunt de adipe animalis mundi non oblati nec morticini. nec a bestia capti. si domini est: forte: piciũt vel dant alienigenis ad edendũ. Sed quomodo hoc vel illud faciunt de illo. si dñi est: phibuit etiam eis dñs omnẽ esum sanguinis. Joseph⁹ dicit. quia animã et spiritũ in eo esse. moyses putauit in quo esus suffocati tantũ: intelligitur phiberi. Tñ: in tantũ phibuit esum sanguinis. quia etiã auem vel ferã aucupio vel venatione captam: voluit fuso sanguine in terram et opto comedi. Et addidit. Omnis eñi anima: in sanguine est.

De consecratione summi sacerdotis et minorum.

Terum pcepit dñs moysi. vt iniciaret aaron et filios eius in sacerdotes. et tunc quidẽ omnes filij aaron consecrati sunt. sed nõ omnes

postea ꝺ genere ipsius. Cecus enim vel clau
dus. si grandi vel ꝑuo. aut tortuoso naso. si
gibbosus. aut herniosus. si iugem scabiem
habens vel impetiginē de semine aaron erat
nō poterat ministrare. nec intrare in sanctu/
arium. Vescebatur tamen panibus q̄ offe/
rebantur in sanctuario. Tulit ergo moyses
iuxta p̄ceptum dn̄i aaron ⁊ filios eius. ve/
stesq; sanctas. ⁊ vnctionis oleum. vitulum
quoq; ⁊ arietes duos. ⁊ canistrum cū trib'
generibus azimorum. torta scilicet panis. q̄
⁊ collirida dicit. lagano ⁊ crustulo. Est aūt
crustulum: panis qui fere in crustam indu
ratus est. ⁊ congregauit omnem multitudi
nem ad ostiū tabernaculi. In electione eni
pontificis: assensus desideratur plebis. Tra/
dit aūt iosephus. quia animas populi incli
nauit ad sacerdotium aaron in hunc modū
dixit enim quia ipse seipsum dignum sacer/
dotio iudicauerat. tum ꝓ familiaritate quā
habebat cum domino: tum quia plurimū
ꝓ populo laborauerat. tum quia quisq; na/
turaliter amicus sui est. sed dn̄s digniorem
aaron iudicauerat. cum ergo placuisset popu
lo. obtulit domino aaron ⁊ filios eius. Cūq;
lauisset eos aquis fontium. ⁊ aaron femina
lia induisset. vestiuit eū moyses septē alijs
vestibus quas p̄diximus. fundensq; sup ca/
put eius oleum vnctionis. vnxit caput eius
⁊ manus: ita q̄ ꝑ barbam stillauit oleum
vsq; in horam vestimenti eius. Filios autē
vestiuit lineis: ⁊ balteis cingens. imposuit
mitras. ⁊ manus eoꝝ oleo sanctificauit. li/
niuit quoq; tabernaculū oleo sancto cū om
ni suppellectili sua. Cūq; aspersisset vtrūq; al
tare septies aquis vnxit illud. ⁊ omnia vasa
eius. labiumq; cū basi sua. sanctificauit oleo.

De potestate offerendi eis data. et accipiendi partes suas.

Obtulerūtq; aaron ⁊ filii eius vitu/
lū ꝓ peccato suo sup caput ei' ma/
nus imponentes. Quē cū immo/
lasset moyses tinxit digitū i sanguinē. ⁊ teti
git ex eo cornua altaris ꝑ girū. ⁊ fecit ꝺ eo: q̄
ꝺ vitulo ꝓ peccato sacerdotis facienda p̄dixi/
mus. Obtulerūt ⁊ arietē in holocaustū. ho/
stiā sc; salutarē. Et fecit moyses ꝺ eo. sicut ꝺ
holocaustis salutarib' fieri p̄cepat dn̄s. obtu
lerūtq; ꝑ man' impositionē. arietē scd̄m ho
stiā sc; cōsecrationis ipsoꝝ. Quē cū immo/
lasset moyses sumēs de sanguine. tetigit ex/
tremū auricule dextre eoꝝ. ⁊ pollicē manus
dextre. similiter ⁊ pedis. reliquū sanguinē fu
dit sup altare ꝑ circuitū. adipem vo omnem
⁊ caudā: renes quoq; cū renūculis. ⁊ armū
dextrū sepauit. tollensq; ꝺ canistro colliridā
vnā. ⁊ laganū vnū. ⁊ crustulū vnū. omnia
simul tradidit aaron. ⁊ filijs eius. q̄ cum te/
nerēt ea in manus. supposuit omnib' moy/
ses pectusculū. vnde ⁊ pectusculū eleuatiōis
vocatū est. quia omnibus suppositū fuit.
In signū tamē q̄ supior est omniū sapien
tia. etiam ꝓ eleuatione offerentiū legitur: sic
vocatum. in pacificis enim ⁊ salutarib' ar/
mum ⁊ pectus p̄us eleuabant offerentes co/
ram dn̄o. ⁊ post tradebāt sacerdotib'. sicut
ptes ei' assignatas. Armus vo dexter diceba
tur sepationis. quia in sepatione membroꝝ
hostie p̄mus ab ea sepabatur. ⁊ quia in ꝑ/
tem sacerdotū separauit illum moyses: tan/
quā ceteris membris digniorem. Tradunt
enim quidam. q̄ formatio corporis anima/
lis in vtero matris ab humero dextro incho
atur. Tenentes ergo filij aaron omnia hec in
manibus. eleuauerunt ea coram dn̄o. ⁊ tra/
diderunt ea moysi. qui omnia adoleuit do/
mino sup altare. eo q̄ oblatio cōsecrationis
esset. assumensq; vnguentum. ⁊ ꝺ sanguine
qui erat in altari. admiscens aquas fontiū.
aspersit eos. ⁊ sup vestimenta eorum. Cūq;
sanctificati essent in hunc modum. reliquas

carnes arietis coxerūt ante fores tabernaculi. ⁊ ibi comederunt eas. cū panibus qui residui fuerāt in canistro. ⁊ quicq̄d supfuit ex eis: ignis assumpsit. In eundem modū iterauit singula que diximus. moyses septē diebus tantū nō vestiuit eos. quia semel induti septē diebus non deposuerunt vestes sanctas. neq; de atrio tabernaculi sunt egressi. Quidā tamen tradunt. pma die omnia vt diximus fuisse psecuta. sex diebus consecrationis sequentibus. oblationes quotidie iteratas. sed non inunctiones. Josephus dicit. omnia sicut in pma die sequētibus fuisse psecuta diebus.

De prima oblatione sacerdotum et igne dato de sublimi.

o Ctauo aūt die denūciauit moyses populo sollennitatem. in qua sacerdotes consecrati: offerre inchoarēt p se ⁊ p populo. in p̄cedentibus enim septē diebus: vicem sacerdotis habuerat moyses. ⁊ acceptat ab aaron ⁊ filijs eius. q̄ postea a populo illi erant accepturi. ⁊ ministrauerat altari. In die octauo aggressi sunt ipsi ministeriū ad qđ fuerāt ordinati. ⁊ moyses cessauit. ⁊ tradunt quidā diē hunc octauū: fuisse pmū diē anni secūdi qua egressi sunt. ⁊ cum obicitur eis. q pma die anni secūdi. dictuz ē supra tabernaculū erectū. aiunt. erectionē dici. consūmationē cōsecrationis eius. p̄cepitq; moyses ignem terrenum amoueri ab altari. quo vsus fuerat his diebus. q2 ea die appareret eis dn̄s. congregatisq; filijs israel: pmo obtulit aaron p pecato suo vitulū. cuiꝰ adipez. renes ⁊ renunculos imposuit altari. igne nō supposito. cetera cōbussit extra castra. Immolauit etiam p se hostiam salutarem. Arietem in holocaustū ⁊ imposuit altari. sed sine igne. deinceps oblaturꝰ p populo. Sūpsit ab eis hostias quinq;. vituluz p peccato populi. hircū p peccato p̄ncipis. agnū p peccato anime. bouem in holocaustū. arietē p pacificis. tn̄ immolatione. non nisi tria dicit immolasse. Hircū p peccato populi. ⁊ bouē ⁊ arietem p pacificis. Forte: quia pus ea numerauerat. p breuitate alia tacuit. ⁊ q2 separatim de peccato synagoge. p̄ncipis. ⁊ anime. nō agebat: vt pus. quodlibet triū p peccato populi potuit dici oblatū. Augustinus tamē improbat lr̄am que dicit. quinq; tm̄ sumpta ⁊ dicit cū illis quinq; sumptū agnū anniculum in holocarposim. qđ sonat holocaustuz fructuosum. dicebaturq; holocarposis holocaustum illud qđ dn̄s aliquo signo uisibili ostendebatꝰ sibi gratū esse. cū aūt imposuisset ex his aaron sup altare que adolenda erant dn̄o. separauit de pacificis ptem suaz. armos dextros ⁊ pectora. ⁊ extendens manū benedixit populo. Et ingressi moyses ⁊ aaron tabernaculū ⁊ egressi. iterum benedixerunt populo: ⁊ cum essent oblata sup altare. ⁊ etiā cū eis sacrificium iuge matutinum. egressus ignis a dn̄o. deuorauit que erant sup altare. ⁊ seruatus est ignis iste ppetuus vsq; ad trāsmigrationem babilonis. nec licuit deinceps ignem in altari apponere alienum.

De morte nadab et abiu.

e Adem die nadab ⁊ abiu arreptis thuribulis: ignem imposuerūt alienum. desup incensum offerentes. egressusq; ignis a dn̄o. vel ille qui iam erat in altari. vel alius iterum veniens de sublimi. ⁊ deuorauit. i. extinxit eos. Et ait moyses ad aaron. Hoc est quod dixit dn̄s. sanctificabor in his qui appropinquant mihi. i. etiam in his qui mihi ministrāt. apparebo sanctus. nō p̄cens peccatis eoꝝ. Uocauitq; misadē ⁊ elisaphā cognatos eoꝝ. ⁊ ait eis.

Tollite fratres vestros extra castra. et exportauerunt eos sicut induti erant lineis et tyaris. et sepelierũt eos. Ita et ministri altaris sepeliũtur indutis vestibus ministerij sui. Cum aaron et reliqui duo filij eius plangere vellent fratres suos more solito. prohibuit moyses dicens. Oleum sanctum est super vos. nolite capita vestra nudare: vestes nolite scindere. ne forte moriamini. non exibitis fores tabernaculi. Tamen iosephus aliter dicit. quia dum portarent hostias super aram. quas nõ preceperat dñs. sed qbus pmit' vtebantur. subito inflãmati sunt. nec valuit quisquã eos extinguere. iussitq; moyses patrem eorum et fratres portantes corpa extra castra congruo honore sepelire. Dixit moyses aaron et filijs eius. vt tollerent ptes suas de hostijs salutarib'. et oblata p peccato. quorum sanguis non erat illatus in tabernaculum. et comederent ea. Et cum quererent hircũ oblatum p peccato pncipis. exustus inuetus est. Cũq; sup hoc irat' moyses argueret aaron et filios eius. excusauit se aaron dicens. mihi accidit qd vides. q̃si ex turbatione animi factum est hoc.

De discretione ciborum.

p Recepit dñs moysi et aaron. vt traderent filijs israel legem de discretione ciborum. Ad lram enim dñs cibos homini cõcessos eis artauit pter castrimargiam eorum. cuius summa sic compbendi potest. Animaliũ; alia viuunt in terra alia in aquis. alia in aere. Item q̃ in terra. alia reptilia. que omnia immũda. alia latetia: vt talpa. q̃ ex luto nascitur. et hec oĩa immunda. alia gradientia sup terrã. de his generalis ẽ regula. Mundũ est tm̃: qd ruminat. et findit vngulã. de piscibus quoq; generalis ẽ regula. mundus ẽ tm̃: habẽs squamas et pinnulas. de auibus nominatim expssit. q̃ mũde q̃ immũde essent. et hoc tantũ de auibus generaliter dictũ est. Volatile qd gradit super quattuor pedes immũdũ est. nisi crura habuerit retro longiora: q̃ saliat. Tangẽs morticina eorum. lauabit vestimẽta sua. et immundus erit vsq; ad vespam. etiam si necesse fuerit. vt portet quippiam eorum mortuũ. sup qd ceciderit quicq̃ de morticinis eorum. polluetur tam vas ligneũ. q̃ quodlibet vestimentum ad vespum aqua mũdabuntur. Vas fictile intra qd ceciderit: frangetur. clibani vel cicropedes quos strapas dicimus: destruentur. Fontes vo et cisterne. et quelibet maria: et sementis scilicet. nõdum seminatũ granum. tactu eorum: nõ polluentur.

De purificatione puerpere.

a Ddidit quoq; dñs legẽ purificationis mulierũ. talẽ. si peperit mulier masculũ: immunda erit septẽ dieb' iuxta dies sepationis mẽstrue. i. eiusdẽ immundicie iudicabitur. cuius ẽ cũ sepatur a mundis quãdo patit mẽstruũ. in tantũ enĩ immũda est. q2 quicqd tangit reddit immũdũ. cibũ. lectũ. vestẽ. sedẽ. Vñ nõ licet alicui cõmunicare ei nec in cibo. nec in lecto. Octauo die: circũcidebatur puer. post septẽ dies inquinationis manebat trigintatres dies in sanguine purificationis sue. vt ita omnes dies purificationis fierent quadraginta. q2 tot diebus dicunt phisici carnem masculi formari in vtero. In purificatione vero: triginta trium dierum. licebat ei surgere. in domo deambulare. sed non egredi et operari. et tangẽdo non polluebat. et licebat alijs cõmunicare ei: in sede et cibo. Accedere vero ad tabernaculũ non poterat. nisi expletis q̃draginta diebus. Si vo pareret feminã: duplicabãt pus dies inquinatiõis. et postea dies purificatiõis. vt simul fierent septuaginta. q2 tot dieb' format femina i vtero. expletis vo dieb' purificatiõis: offerebat p filio vel filia agnũm anniculũ in holocaustũ. et pulluz columbe vel

turturem ꝑ peccato suo. quia in libidine cō/
cepat. ⁊ erat sacerdotis. Quod si nō poterat
manus eius inuenire agnum. offerebat du/
os turtures. vel duos pullos columbe. alte/
rum in holocaustū ꝑ puero. alterū ꝑ pecca
to suo. vel ꝑ originali filie. quia filio in circū
cisione dimissum erat. Hebrei tñ puulos nō
habere peccatū tradūt. ꝑter hec dicit ioseph᷒
ꝑmogenitū redimi quinqꝫ siclis.

De cognitione leprarum.

Egem quoqꝫ lepre tradidit eis dñs
l Sunt aūt quattuor genera lepre. in
cute. in capillis. in veste. in domo
Lepra cutis cognoscitur. si fuerit in ea albor
idest. pallida albedo. vel pustule. vel cicatrix.
maxime si fuerit alba vel subrufa. ita q̇dē si
locus lepre humilior sit carne reliqua. vel si
mutati fuerint capilli in candorem. ⁊ solito
tenuiores. Lepra vo in capillis: allopicia di
citur. fluentib᷒ sane capillis. si in caluicio vel
recaluatione albus vel rufus color inuētus
fuerit plaga lepre est. Adducto itaqꝫ leproso
ad sacerdotem. sine cuius arbitrio nō exclu/
debatur. si lepra nōdū ei ꝑspicua fuerat: reclu
debat eū in domo septē dieb᷒. q̇bus expletis.
si nō creuerat lepra. iterū recludebat eū alijs
septē. ꝙ si nec tunc lepra creuerat. mundabat
eū q2 scabies erat. ⁊ lauabat homo vestimē
ta sua ⁊ mūdus erat. cū vo ꝑspicua erat le/
pra. aperabat ad arbitriū sacerdotis. ⁊ habe/
bat vestimēta dissuta. i. facilia ad induēdū:
vel exuendū. vel solā vestem extrinsecā. vt sic
cognosceret. ⁊ caput nudū. vt posset agnosci.
⁊ os veste cōtextū. ne fetorē loquēdo diffun/
deret. ⁊ habitabat solus extra castra. ita vt
a mortuo nihil differre videret. Patet: dicit
iosephus eos irrisibiles. q̇ dixerūt moysen le
pra fatigatū. ⁊ similiū electoꝝ factū ducem.
venisse in chananeā cū eis. cū ita quasi im/
misericors circa leprosos habitus sit: q̇ tunc
misericordia maxime indigēt. Lepra vo ve/
stis lanee vel linee. vel pellis. erat macula al
bida vel rufa. humilior superficie reliqua. quia
corrosiua est. Que cū apparebat: considera/
bat eā sacerdos. si ꝑspicua erat lepra: cōbu/
rebatur vestis. si dubia: recludebat septē die/
bus. si creuerat macula: adiudicabat lepre. si
nō creuerat: abluebatur vestis. ⁊ recludebat
alijs septē diebus. si adhuc dubia erat. rūpe/
bat illud a solido. si tñ iterū alibi macula ap/
parebat: lepra volatilis erat. ⁊ cōburebat ve/
stis. Si vo similis macula corrosiua appare
bat in domo: ꝑus ꝑcipiebat sacerdos oīa de
domo efferri. cōsiderансqꝫ mauculas in pa/
riete pallore vel rubore deformes. ⁊ humilio
res superficie reliqua. claudebat ostiū domus
septē diebus. post quos si inueniret creuisse
lepram. iubebat erui lapides leprosos. ⁊ ꝓ/
ici extra ciuitatē. ⁊ domum radi intus ꝑ cir
cuitum. ⁊ puluerē rasure spargi extra vrbē.
in loco immūdo. ⁊ alios lapides substitui i
domo. ⁊ luto alio liniri domū. Q̄d si iterū
redierit macula: lepra vo ꝑseuerans est. ⁊ de
struetur dom᷒. ⁊ ligna. ⁊ lapides. ⁊ puluis
extra opidum ꝓicientur in locū immūdū.

De purificatione leprosi.

Uod si leprosus mundabat. reuo/
q cabat ad cōmunē habitationē sic.
Ueniebat vsqꝫ ad introitū castro/
rū vel oppidi. habēs secū duos passeres vi/
uos q̇bus licitū erat vesci. lignūqꝫ cedrinū.
⁊ ysopū. ⁊ vermiculū filū. scꝫ coccineum. et
aquas viuentes in vase fictili. ⁊ occurrens ei
sacerdos. immolabat passerem viuum. stil/
lans sanguinē sup aquas. aliumqꝫ viuum
ligans filo coccineo cum ysopo in sūmitate
ligni cedrini. quasi faciens aspersorium. tin/
gebat illum in aquis rubricatis. aspergens
hominem septies. dimittebatqꝫ passerem vi
uum: volare in agrum. Cūqꝫ lauisset homo
vestimēta sua. radebat omnes pilos corpis.
⁊ lotus aqua ingrediebatur castra. ita dum

rarat vt maneret extra ꝓprium tabernaculū ſeptem diebus. Itēq3 die ſeptimo raſis omnibus pilis corpis. etiā ſupcilijs. lotiſq3 veſtibus ⁊ corpe. die octauo tollebat duos agnos immaculatos. ⁊ ouem anniculā. ⁊ tres decimas ſimile conſperſe oleo. ⁊ olei ſextariū. ⁊ offerebat omnia ad oſtium tabernaculi. Tunc ſacerdos immolabat agnum vnū ꝓ delicto. ⁊ ſumens de ſanguine ponebat ſuper extremū auricule dextre hominis. ⁊ ſup pollicem manus dextre ⁊ pedis. ⁊ ð olei ſextario mittens in manum ſuā ſiniſtram. ⁊ tingēs pollicem dextrū in eo. aſpergebat ſepties contra tabernaculum: reliquū olei qð erat in ſiniſtra. fūdebat ſup extremū auricule dextre hominis. ⁊ ſup pollices man' ⁊ pedis dextri. i. ſup ſanguinem quem prius infuderat. ⁊ ſup caput eius. ⁊ rogabat ſacerdos ꝓ eo. faciens aliquam ſpecialem inſtitutā ad hoc orationem. ⁊ faciebat poſt ſacrificium ꝓ peccato. ⁊ poſt immolabat holocauſtum cum libamentis ſuis. ponens illud in altari. Et nota ꝙ hic ꝓprie diſtinguitur ſacrificium ꝓ delicto. cuius ſanguine linitus eſt homo. et ſacrificium ꝓ peccato. de quo nil ei factū eſt. vnde ⁊ moyſes dixit hic: quaſi diſtinguens. ita ptinere ad ſacerdotem hoſtiam pro delicto. ſicut ⁊ ꝓ peccato. Cum aūt diſtinxiſſet agnum ꝓ delicto. nec diſtinxit qð aliorum ꝓ peccato. ⁊ qð holocauſtū fieret. innuit in arbitrio eſſe ſacerdotis de agno ⁊ oue. vt alterum ꝓ peccato. alterum holocauſtum faceret quod vellet. Qð ſi manus eius hec inuenire non poſſet. agnus tamen ꝓ delicto. ⁊ olei ſextarium non minuebatur. quia ex his purificabatur homo vt prius. ſed pro oue et agno reliquo. offerebat par turturū. aut duos pullos columbarum. quorū vnus ꝓ peccato. alter in holocauſtum fiebat. ⁊ decimam ſimile oleate in ſacrificium.

De viro ſperma tico et muliere.

d Einceps addidit dñs de viro patiente fluxum ſeminis. qui tūc iudicatur huic vicio ſubiacere. ſi p' momenta adheſerit carni. ⁊ cōcreuerit ſed' humor ſeminis. qð licet nolēs. effundit ex corruptione. Talis immūdus: immūdū reddebat ꝙ tangebat lectū ſuū. veſtē ſuā. ſedem. etiā ſagma ſup qð ſedebat. i. ſtraturā aſini. Uas fictile qð tangebat: frangebat. ligneū lauabatur. q̇ tangebat lectū ei'. veſtē aut ſedē. vel ſup quē ipſe ſaliuā iacebat. lauabat veſtimēta ſua. ⁊ erat immund' vſq3 ad veſperū. Cum aūt ſanatus fuerat. numerabat ſeptē dies poſt mundationē ſui. ⁊ lotis veſtibus ⁊ corpe in aquis viuentibus mundus erat. Die aūt octauo: offerebat par turturū aut duos pullos columbarum. ⁊ faciebat ſacerdos alterum ꝓ peccato. ⁊ alterum in holocauſtum. eadem lex erat immūdicie. ⁊ purificationis: de muliere patiente fluxum ſanguinis ex morbo. Similiter eiuſdem immūdicie erat mulier menſtruata. ſed non purificabatur ſollenniter. Sufficiebat enim ipſam cum veſtibus ablui. Morbide enim immundicie ꝓ peccato ſolent accidere. ⁊ ideo ꝓ eis: ⁊ ꝓ peccato ⁊ ſalutare offerebatur. ⁊ non ꝓ mēſtruo. q2 naturale eſt. Et nota. q2 accedētem ad menſtruatā: dicit hic immūdū: ſeptem diebus. ⁊ purificationē ei cōcedit. qð de ignorantier accedente intelligendū eſt. Infra vtrūq3 pimendū dicit. qð dictum eſt ſi fiat ex induſtria nec mirū. quia etiam legitime cognoſcentem vxorem. voluit dñs lauare veſtem. ⁊ omne corpus. ⁊ eſſe immundū vſq3 ad veſpum. ⁊ de vxore eodem modo.

De vitula rufa et hirco apopeio et cineribus aſperſionis.

Tem locutus est dominus ad moysen. Lo-
quere ad aaron. ne omni tempe egrediatur
sanctuariū. quod est intra velum: ne moria-
tur. quia in nube apparebo sup oraculum:
nisi fecerit hec que secuntur. Non est intelli-
gendū vt quotiens vellet intrare faceret hec
⁊ intraret. sed tantū decimo die septembris
intraturus: ꝓus tamen hec faceret. Hec di-
es sollennis erat in israel. ⁊ dicebatur propi-
ciationis ꝓpter causam predictam. vel quia
agebatur ea die dnīs expiationis. sicut dies
iouis sancta. quia sanctum crisma conficitur
⁊ pro peccatis totius anni cōmunibus. vel
ignoratis ea die fiebat oblatio. Dicebat etiaꝫ
afflictionis. quia ea die ieiunabāt homines
⁊ iumenta. etiam pueri septennes. ⁊ ageba-
tur ea die memoria mortuorum. Dicebatur
etiam dies expiationis. quia ea die purifica-
batur tabernaculum totum. ⁊ altaria p san-
guinis aspersionem. a contagijs que cōtra-
xerant p annum ex peccatis ministrantium.
Ea die tollebat summus sacerdos de ꝓprio
vitulam rufam. trimam immaculatam. que
non traxerat iugum. Nec turbemur. si quā-
doqꝫ vitulus nominatur. quia in feminino
genere tantū intelligendum est. quia p pec-
catis offerebat. sumebatqꝫ ab vniuersa mul-
titudine duos hircos p peccato. ⁊ arietem
vnum in holocaustum. Cūqꝫ lauisset se. in-
duebatur lineis tantum. scd̄m ritum minō-
rum sacerdotum. oblatisqꝫ animalibus. fac-
taqꝫ oratione ꝓpria pro se ⁊ domo sua. sta-
tuebat duos hircos ī ostio tabernaculi. mit-
tebatqꝫ sortem sup vtrūqꝫ. qua sciretur quis
domini. ⁊ quis populi fieret. Nec est credē-
dum quibusdam qui dixerunt ideo mitti sor-
tes. vt sciretur quis domino immolandus
esset. ⁊ quis diabolo. mittendus ei in solitu-
dinem cum peccatis. Lex enim immolare
nisi deo non admittit. Sane: cuius sors exi-
bat domino. offerebat illum pro peccato po-
puli. ⁊ forte hic dicebatur ꝓprie pro peccato.
cuius sors exibat populo: reseruabat viuen-
tem. immolabatqꝫ vitulam p peccato suo.

⁊ domus sue. tollebatqꝫ de sanguine hirci ⁊
vitule. ⁊ thuribulum plenum prunis mul-
tumqꝫ tollens thimiamatis: intrabat vltra
velum. tantumqꝫ imponebat thimiamatis
vt nebula ⁊ vapor operiret oraculum. ne for-
te visa maiestate domini moreretur. asperge-
batqꝫ septies digito de sanguine. coram ꝓpi-
ciatorio ad orientem. eodem etiam numero
aspergebat pauimentum. simili quoqꝫ asper-
sione septena: expiabat sanctuarium exteri⁹.
⁊ pauimentum. fundebatqꝫ de eodem san-
guine sup cornua altaris aurei. ⁊ asperge-
bat illum septies digito. expians ita totū ta-
bernaculum. ⁊ altare ab immundicijs filio-
rum israel. ⁊ a cunctis ꝓuaricationib⁹ eo-
rum. i. a contagio. quod contraxerat. positū
in medio peccantium. nullusqꝫ erat cum eo
in tabernaculo: cum ipsuꝫ expiabat. In quē
modum etiam semel in anno lauamus vi-
no. Et nota ꝙ hic legitur sacerdotem egre-
di de oraculo ad altare. ⁊ sic patet. quia erat
extra. nec potest dici eum egressum ad alta-
re: coram tabernaculo. cum dicatur hic ad
altare. quod est coram domino. Post hanc
expiationem: egrediebatur sacerdos ad hir-
cum viuentem. ponensqꝫ vtramqꝫ manum
sup caput eius. confitebatur generaliter om-
nes iniquitates filiorum israel imprecās eas
capiti eius. ponens etiam vt tradunt quidā
cartam inscriptam. peccatis populi super ca-
put eius mittebat eum in desertum p homi-
nem ad hoc paratum. i. succinctum ⁊ expe-
ditum. Tradunt tamen hebrei quorundam
paruulos ad hoc parari tribualiter medi-
cinaliter. eis plene subtracto. vt sic expiatus
esset populus a peccatis illius anni. que per
ignorantiam vel fragilitatem contraxerat. q̄
secum ferebat hircus. qui quia emittebatur
non rediturus. a popeius grece dicebatur.
latine emissarius. Cum autem deduxerat
aaron hominem cum hirco extra castra.
redibat ad tabernaculum testimonij. depo-
sitisqꝫ vestibus lineis. in quibus expiaue-
rat sanctuarium. ⁊ emiserat hircuꝫ. lauabat

carnē suā in loco sancto. ⁊ induebat vestib⁹ suis. scilicet pontificalibus ⁊ p̄ciosis. ⁊ offerebat arietem in holocaustum. ⁊ adipes vituli ⁊ hirci p̄ peccato. renesq; cū renunculis. In hunc modum pontifex euangelicus in aspersione basilice quā dedicat. quasi in expiatiōe. lineis ⁊ minoribus vtitur indumētis. etiā in sabbato baptismali. in consecratione fontium. ⁊ in mersione catecuminoꝝ. cum scʒ transferuntur peccata coꝝ similibus vtit indumentis. Cū aūt his pactis ad ministrationem accedit altaris. pontifificalibus ⁊ p̄ciosis vestibus infulatur. vitulum aūt ⁊ hircum de quoꝝ sanguine facta est expiatio: ferebant extra castra. ⁊ comburebant igni. tā pelles. q̄ carnes coꝝ ⁊ fimū. p̄iciebatq; sacerdos in ignem qui illa vorabat. mutatis p̄us vestibus. ⁊ resumptis ꝓp̄ijs. lignū cedrinū. ysopum. ⁊ coccum bistinctum. quia hec in purificationibus valebant. ⁊ tunc rediens. lotis vestibus ⁊ carne sua ingrediebatur castra. ⁊ immundus erat vsq; ad vesp̄ū sed ⁊ ille sacerdos qui remanebat ad ignem. vt consumi faceret omnia vsq; ad cinerem non nisi lotis vestibus ⁊ corp̄e intrabat castra. ⁊ immundus erat vsq; ad vesp̄am.

Hic patet quia ꝓp̄ie erant vestes. Sed ⁊ terti⁹ sacerdos qui colligebat cineres reseruandos ad aquā aspersionis. non nisi lotus intrabat castra. ⁊ immundus erat vsq; ad vesp̄um. Ex his cineribus fiebat aqua aspersionis. qua p̄ totum annū purificabant immundi. Unde difficile est inuenire. cum hic cinis fieret ad purificandos immundos. cur illi qui eum tractabant vt dictū est immundi erant. cum etiam dominus hoc sacramētum quasi sanctissimum: religionem victime appellet. sed ⁊ qui caprum dimiserat in desertum. similiter immundus. de quo tamen facile est inuenire rationem. ⁊ est verisimile hos cineres factos annuatim. vt modo fit crisma. quidam tñ hebrei dicunt eos valuisse ⁊ durasse p̄ plures annos. nec factos. nisi cum deficiebant.

De purificatione immundorum.

His cineribus purificabantur immundi in hunc modū. Si q̄s tangebat cadauer hominis mortui in tabernaculo vel in agro occisi. aut p̄ se mortui. vel sepulchrum eius. immund⁹ erat septem diebus tabernaculū in quo mortuus ē homo. ⁊ vniuersa que ibi erant vasa. immūda erant septem diebus. Tollebatq; vir mūdus cineres combustionis. mittensq; super eos aquas viuas. tingebatq; ex eis ysopū. ⁊ aspergebat ex eo. die tercio: ⁊ septimo. tentorium. ⁊ omnē suppellectilem. ⁊ homines huius contagione pollutos. ⁊ lotis vestibus ⁊ corp̄e mundi erant. Si die tertio non fuerat asp̄sus immūd⁹: die septimo nō mūdabat. Si q̄s aūt sic nō expiabatur: p̄ibat ō medio ecclesie. quia polluebat sanctuarium. i. ⁊ anima eius p̄ibat de israel. quia peccabat. ⁊ arcebatur ab ingressu loci sancti. sed ⁊ ille qui purificabat immundum aqua huiusmodi: quia tetigerat cineres. lauabat vestimenta sua. ⁊ immundus erat vsq; ad vesperum. De immundicijs quibus erat immundus homo p̄ diem tantū. vt p̄ illusionē nocturnam. vel quia dormierat cum vxore. nō credimus hominem his cineribus expiatum. sed ad minus de immundicia septem dierum. quia die tertio ⁊ septimo legitur facienda expiatio talis. De expiationibus que fiebant cum muneribus oblatis. vt supra de leproso dictū est. ⁊ de viro spermatico ⁊ muliere sanguinaria. quia legitur eos numerare septem dies. ⁊ octauo purificari credim⁹. die tertio ⁊ septimo his aquis expiatos.

Cathalogus quorūdā preceptorū.

r Redidit etiam dñs filiis isrl' multitudinem pceptoꝝ. recapitulando p dicta. ⁊ supaddendo noua. de qb' nõ nisi illa pstrinximus. que ad intelligētiā lectionis sacre scripture sunt necessaria. Sane ꝓ hibuit dñs. ne homo ad domesticā carnis sue accederet. nec reuelaret turpitudinē eius. i. discoopiret. ⁊ intraret pudenda ipsi'. In pori qdem parentum cõiugio ꝓpter hominū raritatem. soluꝫ duas psonas exclusit dñs a cõiugio dicēs. ꝓpter hoc: relinquet homo patrē ⁊ matrē. i. nec filius matri. nec patri filia copulabitur. sub lege vo plures excepit. que sunt fere duodecim. mater. nouerca. soror. neptis. amita. matertera. vxor patrui. nurus. vxor fratris. Sed hec: determinatiōnē recipit. puigna. filia puigni. vel puigne. soror vxoris. Paucas tunc exclusit. vt multiplicarētur homines: ⁊ replerent terram. Sub gratia: plurime excludūtur. vbi cōtinencia locuꝫ habet. ⁊ hec est ꝓhibitio coniugii. A fornicatione enim omnis mulier excluditur.

De personis exclusis a matrimonio.

c Coitum quoqꝫ cū masculo ⁊ iumēto sub intermminatione ꝓhibuit. ne etiā colligerent spicas vel racemos remanentes. nec grana decidentia: sed relinquerent ea paupibus terre. nec opus mercennarii retinere vsqꝫ mane. nec accipe psonas. diligi amicū sicut seipsum pcepit. vbi septuaginta pimū ponunt. Somnia. auguria. diuinationes. obseruari ꝓhibuit. nec agrum seri diuerso semine. nec iumenta diuersi generis coire. nec veste ex duob' texta indui. nec comam in rotundū tonderi. nec barbam radi. nec carnes suas sup mortuo incidi. nec figuras aliq̄s aut stigmata in carne sua fieri. in qbus: ⁊ similibus: ad literam subintelligendum est. scdm ritum gentiuꝫ. ⁊ maxime egyptioꝝ. cum qbus habitauerant. Nam ⁊ dauid mulam legitur habuisse. sup quā positus est salomon. ⁊ delatus ad fontem gion ad inungendū. sed ⁊ egyptius omnigenum venerans mõstra deoꝝ. in honore diuersoꝝ deoꝝ quos putabat talibus pesse. diuersa semina in agro. diuersas materias in veste sociabat. diuersos etiā cicerinos capitis diuersis diis sacrabat. Unde ⁊ in pncipio horum pceptoꝝ dixit dñs. iuxta cõsuetudinem terre egypti i qua habitatis. nõ facietis. iuxta morem regionis ad quā introducam vos non agetis. Addidit ⁊ speciale pceptum. cū intrarent terrā ꝓmissionis. vt auferrent pputia arboꝝ quas plantarent. qd quasi exponens subdit. poma que germinant immūda erūt vobis. Hoc tñ nõ est in hebreo. ⁊ videt velle ꝙ fructus triū pmoꝝ annoꝝ. immundus esset ⁊ abiciendus. fructus quarti anni. sanctus dño. ⁊ cõmunis paupibus. sed in qnto anno deinceps. dñi sui essent. ⁊ esibiles.

De tribus generibus panum.

a Ad euidentiam quoqꝫ eoꝝ que in leuitico tradūtur. sciendū est sacerdotes habuisse tria genera panū. panes scilicet sacerdotales. leuiticos. laicos. Sacerdotales erant panes ꝓpositionis. qui de publico sumptu fiebant. quos nõ licebat edere nisi solis sacerdotibus. panes leuitici. qui ⁊ offertorii. qbus soli de genere leui vescebantur. etiam qui ꝓpter maculam non poterant ministrare. ⁊ filiafamilias. sed nõ vxorata vel vidua. vel repudiata. nisi necessitate rediret ad domum patris. vt esset quasi filiafamilias. his non vescebantur aduena. inquilinus. mercenarius sacerdotis. verna tñ vel empticius ipsius. vesci poterat. Laici. i. cõmunes: quibus quicūqꝫ poterat vesci.

De sanctimonia sacerdotum.

E sanctimonia quoqꝫ sacerdotum d agens dñs. ꝑmo de minoribus sacerdotibus tradidit. ne cõtaminarentur in mortibus ciuiũ suoꝝ. nec etiaꝫ ꝑncipis populi. nisi tantũ sup matre ⁊ patre. filio ⁊ filia. fratre ⁊ soror virgine. ne scꝫ lauarent. vel sepelirent. vel plangendo tangerent mortuos suos. nec tamen aliis ꝓhibitas eis interdixit vxores. sed nec habere concubinas nec in vxorem ducere scortum nec ancillam. nec captiuam. nec viduam. aut repudiatam. nec eas que de cauponibus. ⁊ pandocibus. idest. apothecis venalibus vitam agũt. pontificem vo ad nullũ omnino mortuũ ingredi voluit. vnde ⁊ dñs papa nullus interesse exequiis dicitur. nec vxorem nisi virginem ducere. ⁊ tñ de populo suo. sed nec parrochia dñi pape muros vrbis excedit. i cõmune vo ꝑcepit ne sacerdos in diebus vicis sue cõministrare deberet. vinũ biberet. aut omne qḋ inebriare potest. vt sciret discernere inter sanctum ⁊ ꝓphanũ. mundũ ⁊ immundũ. ⁊ doceret filios israel legitima. q̇ locutus erat dñs ⁊ ne sacerdos dũ quandoqꝫ immũdus esset accederet etiam ad tangenda ea que offerebant filii israel. Patet si sacerdos euangelic' quotidie ministrat assiduã debet habere mũdiciam. addidit quoqꝫ dñs de sollennitatibus legalibus. sed quia de eis plenius in libro numeri diffinitur. ⁊ nos ibidẽ de eis ꝓsequemur.

De pena blasphemi.

Cce aũt egressus filius mulieris ise raelitis quẽ pepererat de viro egyptio. iurgatus cum viro israhelita blasphemauit nomen dei israel: maledixitqꝫ ei. quẽm moyses reclusit in carcerem: donec sup hoc consuluisset dñm. Qui ait ad moysen. Qui maledixerit deo suo. omnes q̇ audierint manus ponent sup caput eius. quasi contra ipsum testificantes. ⁊ eductum extra castra lapidabit eũ omnis multitudo. siue ciuis fuerit siue aduena.

De talione legis.

Ub intulit quoqꝫ dñs de talione. s vt qui lederet hominẽ: in eũ modũ lederetur quo leserat euꝫ. vt scilicet redderet animã ꝓ anima. oculum ꝓ oculo. dentem ꝓ dente. fracturam ꝓ fractura. liuorem ꝓ liuore. adustionẽ ꝓ adustione. Nota quia talio nõ erat in iniuriis rerum. sed tñ in lesione corporum. qꝛ furta restituebãtur in duplũ. vel quadruplũ. determinabaturqꝫ talio: ꝑ necessitatẽ. vt ledẽs virũ mulier in virilibus: puniebatur manu. qꝛ virilia nõ habꝫ. ⁊ vir ledẽs ꝑgnantẽ: vt faceret abortiuũ. non dũ animatũ. mulctabat̃ pecunia. Incertuꝫ est aũt vtrũ talio extẽderetur vsqꝫ ad iudicẽ vel circa iniuriatũ tantũ haberet locum. Qđ vo iniuriatus sine iudice posset vlcisci: forte inde haberi potest. qꝛ ad ciuitates refugii fugiebat homicida. nõ volens. ne interficeretur a ꝓximis occisi.

De obseruantia iubilei.

Ddidit etiam dñs ḋ obseruatione a iubilei. q̇ septimanã ebdomadarũ annoꝝ sequebatur. ad cui' ꝓsignificationẽ septem annis ꝑcedẽtibus. vt tradũt q̇dam in singulis neomeniis clangebãt tubis. ⁊ septẽ dieb' cõtinuis ante ipsum sollennizabãt: clangẽtes tubis. In libro tñ legit̃: qꝛ clangerẽt tubis mẽse septimo decima die in vniuersa terra. In hoc anno omnes detractiones rerũ ad ꝓstinos redibãt possessores. ꝑter domos q̇ erãt in vrbibus muratis.

quas tamen p̄mo anno venditionis vēditori redimere licebat. exceptis domibus leuitarum. que in quocūq; essent loco: i iubileo redibant. eodē anno reqescebat terra. eodē anno liberi serui dimittebantur. nam licet essent cōtribules. tñ eos voluit dñs seruicij scemate castigare. ꝑpter transgressiones legū. Josephus dicit. quia in iubileo cōueniebat venditor agri ⁊ emptor. ⁊ reputantes fructus ⁊ expensas in agrū factas. fructibus exuberasse cōputis. venditor recipiebat agrū. Si vo expense transcenderent. Hoc qđ deerat recipiebat ēptor. ⁊ a possessione discedebat. Hāc cōputationē tamē fieri infra annū iubileū. ne dum in ipso venditoi ꝑus vellet reuocare qđ vendidit. Littera leuitici velle videtur. cum iuxta numerū annoꝝ vsq; ad iubileū maiori minoriue p̄cio iubeat agrū vendi ne vēditor grauaretur. si modico venderet. ⁊ plurimi āni supessent. vsq; dū reciperet qđ vendiderat. ⁊ ne grauaret emptor si multum emeret. qđ i primo amissur⁹ erat. Determinata quoq; reputatione fructuū. ⁊ expensarū infra iubileum. addit. qđ si venditor qđ superit expensarū reddere nō poterit. habeat emptor agrū vsq; ad iubileū. In ipso enim omnis venditio redibit ad p̄stinū possessorē. Terram aūt sic voluit dñs vendi ab eis sub cōditione recipiendi. quia sua erat. ⁊ nō ipsoꝝ. Alienigenas tamen seruos voluit eos imperpetuum possidere.

De benedictionibus et maledictionibus.

Alium p̄ceptoꝝ obseruatoribus. p̄misit dñs benedictiones suas dicens. Dabo vobis pluuias temporibus suis ⁊c. Ubi triginta dausule p̄missum inueniūtur. transgressoribus vo: longe plures ingeminat maledictiones.

De decimis et votiuis.

In decimatione animaliū. qđ decimū veniebat. vel nascendo vel numerando sanctificabatur dño. nec mutari licebat in melius vel deterius. similiter animal qđ vouebatur domino nō licebat immutari. Si qs vouerat immutaret. ⁊ votiuū ⁊ immutatū dñi erat. Sed distinguendū est de huiusmodi votis. Aliquando enim sic ex voto aliqd sanctificabatur dño. qđ anathematizabatur illud. nec poterat vendi a sacerdotib⁹. vel alienari quādoq;. nō sic obligabantur votiua. sed poterāt a sacerdotibus vēdi determinato p̄cio. scđm vtilitatē q̄ ex his poterat prouenire. siue esset animal vel fundus. q tñ voto dederat. si volebat illud emere. supra estimationē ꝑ quo aliū daretur. adderet q̇ntam eius p̄tē. Qđ ideo statutū est ne q̄ nouerat: ad recipiēdū qđ nouerat aspiraret. q̄si penitentia ductus. ne etiā dignior ē aliis se putaret. in emptione eius rei: quia eam dederat.

Historia numerorum.

Quarta huius historie distinctio hebraice dicitur: vagedaber. qđ sonat: ⁊ locutus est. Apud nos tñ: ⁊ nō habetur. Nomē grecum nō habemus. Latinū est. liber numeri: vel numeroꝝ. vel dicit quādoq; numeri: pluraliter. Unū ⁊ dici solet. legitur hoc in numeris. Merito aūt hoc nomine censet. q2 q̄ttuor hic p̄ncipaliter numerant de omni populo. viri apti ad arma ferenda p̄mogeniti. leuite q etiā bis numerant. Mansiones p quas ꝑfecti sunt. sed nec mulieres. nec minores. viginti annoꝝ. nec vulgus pro-

miſcuum. nec debiles ad bella numerantur.
Ad hanc partem hiſtorie ſic tranſit ioſephus
moyſes predictā conſtitucionem legum duȝ
ſub ſina moraretur a deo cognouit. ⁊ hebre-
is ſcriptam contradidit. cūq3 circa legis latio
nem hoc ſufficere putaret. Ad exercitū milita
ris iura cōuerſus ē. ⁊ numerauit populū. ca-
pita pugnare valentiū. Moyſes dicit dūm ſu
per hoc ſibi locutū fuiſſe dicens. Locutus ē
dn̄s ad moyſen in deſerto ſynai in taberna-
culo federis. pma die menſis ſecundi. anno
ſecōdo egreſſionis ex egypto. Et nota. quia
ꝑtermittit hic quedā que facta fuerunt in po
menſe āni ſecūdi. ſcȝ oblationē duodecim pn
cipū quā fecerūt ſinguli ſingulis diebus in
dedicatione tabernaculi. ⁊ ſollennitatē pha-
ſe que ꝓprio nomine dicitur paſca in deſerto.
⁊ forte de ſanctificatione leuitaꝝ. De his tñ
infra aget ꝑ recapitulationē. Proſequentes
ergo ordinē libri. dicim⁹ qꝫ moyſes ⁊ aaron.
⁊ duodecim pncipes tribuum ex ꝑcepto dn̄i.
anno ſecūdo. menſe ſecūdo. die pma menſis
numerauerūt viros ꝑter tribum leui. A vice
ſimo anno ⁊ ſupra. Joſeph⁹ certū terminuȝ
ponit ſcȝ. vſq3 ad qnquageſimū annū. ⁊ nu-
merati ſunt ꝑ generaciones. ⁊ familias. ⁊ do
mos. ⁊ noīa ⁊ capita ſingulorꝫ. Hec autem
qnq3 ad inculcationem tantū quidaȝ poſita
tradūt. ⁊ hic ⁊ in ioſue. ſed cōgrue diſtingui
poſſunt generationes. vel cognatiōes vocat
hic. tribus ipſas duodecim familias. que ex
ipſis filijs patriarcharum pmo deſcenderūt.
Uerbi gratia. In vna tribu leui. fuerūt tres
familie. caathite. gerſonite. merarite. Una-
queq3 familia multas habebat domos. in q̄
bus ꝓpꝛij patresfamilias erant. qđ additur.
nomina ⁊ capita intranſitiue legendū ē. i. cap
tū nomina ſcȝ ſinguli hoīes in eadē domo.
Fuerūt aūt in ſūma ſcripta tria milia. qngē
ti quinquaginta.

De excubiis cir ca tabernaculū.

p

Recepit etiam dn̄s. vt ſemꝑ pone-
retur tabernaculū in medio caſtro
rum. ⁊ filij iſrael ꝑ girū excubarent
ꝑ turmas ⁊ cuneos. qđ ꝓ eodem hic accipit
Turma enim ꝓprie triginta militū ē. ⁊ dicit
cuneus. quaſi couneas. multitudo. Excubare
etiaȝ hic large accipitur. Excubie enim ꝓprie
dici. vigilie noctis. trine tribus. ꝑ quattuor
ptes tabernaculi. ita tamen remoti. vt mari
mas in medio plateas haberent. Eratq3 or-
natus quaſi fori rerū venalium. ſingulis in
ordine conſtitutis. opifices etiā artiū in ſta-
tionibus ſuis erant. ita vt vrbi competenter
edificate caſtra corꝫ ſimillima viderētur. Ju-
das itaq3 iſachar. ⁊ zabulon. caſtrametabā-
tur ad orientē. Ruben. ſymeon. ⁊ gad. ad me
ridiē. effraim. beniamin. ⁊ manaſſes ad occi
dentē. dan. aſer. ⁊ neptalim. ad aquilonem.
Inter tabernaculū dō ⁊ caſtra. excubabant
leuite in tabernaculis ſuis. ꝓpinquiores ta-
bernaculo q̄ caſtris. ⁊ excubabant ſimiliter
ꝑ quattuor plagas moyſes ⁊ aaron. cū ſu-
is ad orientē. reliqui ab his caathite. ad me-
ridiem. ſub cuſtodia eleaȝar filij aaron. Ger
ſonite ad occidentem. merarite ad ſeptentrio
nem. ⁊ erāt vtriq3 ſub cuſtodia ithamar.

De cōmutatione primogenitorum pro leuitis.

ſ

Eparauit ſibi dn̄s tribū leui. ꝓ p-
mogenitis que tūc habebant. ⁊ iu
menta leuitarū ꝓ pmogenitis iu-
mentorꝫ. quaſi cōmutationē faciens cum po
pulo. pmogenita enī omnia ſpiritaliter tūc
erant ſua. quia cū occideret pmogenita egyp
ti. pepcit pmogenitis eorꝫ. reſeruans eū ſibi.
Deinceps tamen ꝓpter idipſū omnia pmo-
genita eorꝫ. ſibi ſanctificauit in ꝑpetuum. et
maxime. quia pmitie quorūlibet fructuū do-
mino debentur. Pro his ergo pmogenitis q̄

tunc habebant. tulit sibi tribū leui. ⁊ iumenta. ⁊ populus. ꝑmogenita illa habuit ꝓ leuitis ⁊ iumētis eoꝝ. ⁊ ne duodenarius numerus tribuū minueretur. tribum manasse q̄si ꝓ leuitis instituit. effraim ꝟo pro ioseph. ne aūt maior videretur numerus leuitarū ꝙ ꝑmogenitorum. ⁊ ita iniqua esset cōmutatio. Ait dn̄s ad moysen. Numera filios leui masculos ab vno mense ⁊ supra. ⁊ cum numerati essent: inuēti sunt vigintiduo milia. Nota tamen: ꝙ si diligenter attēdas in libro numerū eoꝝ ꝑ familias: inuenies vigintiduo milia ⁊ trecentos. Dicit hebreus. quia trecēti in eis erant ꝑmogeniti. ⁊ ita iam erāt domini. Iterum ait dn̄s ad moysen. Numera ꝑmogenitos masculos a mēse vno ⁊ supra. ⁊ inuenti sunt vigintiduo milia ducenti. et septuagintatres. Tulit aūt moyses in p̄cio ducentorū septuagintatriū. qui superant per singula capita: quinq; siclos ad mensuram sanctuarij. ⁊ dedit eos aaron ⁊ filijs suis: iuxta verbum dn̄i.

De etate ministrātiū in tabernaculo. et de differētia ministeriorum.

Temq; dn̄s ad moysen. Numera leuitas a tricesimo anno vsq; ad q̄nquagesimū. vt seruiant mihi in duob' hij in tabernaculo portando ⁊ collocando. emeriti: in seruādo. Et cum numerati essent. inuēti sunt octo milia q̄ngenti: octoginta. Septuaginta tamē dicunt a vicesimoquinto anno. Quem numerum annoꝝ in ordinatione sacerdotum nos obseruamus. Isti deferebant tabernaculū in hunc modum. quia nō licebat ea que erāt vltra velum nuda videri: ꝑmo intrabant sacerdotes ⁊ inuoluebant archam ꝓpiciatoriū ⁊ cherubin. ꝑus velo quod ante appēdebat. ⁊ post pallio iacinctino. Etiam candelabrū aureum. altare. ⁊ mensam cum vtensilibus suis. pallijs inuoluebant. Tunc intrātes caathite ꝓprijs humeris omnia hec inuoluta deferebant. Similiter ⁊ altare holocausti cū vtensilibus suis: vt quibusdā videtur. Gersonite. vt breuiter dicamus. deponētes tectū tabernaculi. mollia ferebant in curribus scz: cortinas. saga. pelles rubricatas. ⁊ iacinctinas. tentorium quod erat ante tabernaculū cortinas atrij. ⁊ funes. ⁊ vasa ministerij. que ad altare ereum ꝑtinebant. De altari holocausti tacet liber. a quo ferebatur. Potest dici. quia vasa eius ferebant gersonite. vt in libro habetur: ipsū altare caathite ꝓprijs humeris. Merarite. vt breuiter dicamus omnia tabernaculi ⁊ atrij que dura erant. tabulas. bases. vectes. columnas. paxillos. ⁊ ferebāt ea curribus. Emeriti leuite. nō seruiebant sic in opere. sed post tabernaculum sedebant custodes.

De quodā modo reddendi rem alienam.

t

Unc precepit dominus eici ꝑ manus sacerdotum a castris leprosos ⁊ semine fluentes. ⁊ factum ē ita. Addidit quoq; de redditione rei aliene: vt fieret cum quinta capitis. Sed quia in exodo videtur dicere contrarium scilicet: vt in quadruplū redderetur. ideo hucusq; distulim': vt hic solueremus. ⁊ dicimus quia aliene rei possessio. aliquando fiebat ex industria. furto vel rapina. aliquando ꝑ negligentiam. aliquando ꝑ ignorantiā. De re sublata scienter In exodo dicitur: quod restituatur in quadruplum: si pierat res. Quod si extabat. in duplū. Sed ibi legis quinq; boues ꝓ vno: alia est translatio. ⁊ quod in quadruplum. verius dicatur: ex verbis zachei probatur.

De sublata p̄ ignorantiā: agitur hic. vt reddderetur caput. ⁊ quinta pars desup̄. Si ꝟo non esset qui reciperet. redderetur domino. et esset sacerdotis. ꝓ peccato ꝟo furti vel negligentie. fiebat aliqua oblatio. scḋm quantitatem rei. Josephus dicit aurum ⁊ argentum reddi in duplum. Jumenta: in quadruplū solum bouem: in q̇ntuplum. quia quanto possidetur ceteris vtilius. tāto amittit damnosius.

De iudicio zelotipie.

a Addidit quoq; dominus de lege zelotipie. Zelus ꝓprie dicit. amor viri in vxorem. ꝑ quo: sustinere nō potest vt alij misceatur. vnde vir dicitur zelotes Zelotipia quandoq; dicitur mechia. ⁊ zelotipus: adulter. Solet quoq; zelotipia dici: sola adulterij suspicio. de qua legit hic in hūc modum. Si spiritus zelotipie cōcitauerit virum: contra vxorem suam q̄ polluta est sed ꝓbari non potest. vel que falsa suspicione appetitur. adducet eam ad sacerdotem. ⁊ offerret ꝓ ea assarium farine ordeacee. quod ē decima pars sati. non fundet oleum. nec thus imponet. sacerdos autem statuet eam coraz domino. ⁊ ponet in manibus eius in vase fictili aquas viuas. ⁊ oblationem farine. pugillum cuius incendet sup̄ altare. ⁊ mittet in aquam parillum pulueris de paulmento tabernaculi. ⁊ nudabit caput eius. Scribetq; in membrana vt dicit iosephus dei vocabulum. facietq; eam iurare. ꝙ nihil viro suo nocuerit in his que sibi obiciūtur. quod si hoc viro non sufficiet. subdet sacerdos maledictiones. etiam scriptas in membrana. et dicet Si polluta non es deserto viri thoro. nō te noceant aque iste amarissime. Sin aūt declinasti a viro. ingrediantur aque maledicte ventrem tuum. ⁊ ipsum tumescere faciāt. ⁊ putrescat femur tuum dextrū. ⁊ dicet mulier amen. amen. ⁊ delebit sacerdos omnem membrane scripturā: in aquis. ⁊ dabit ei bibere. ⁊ tunc tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotipie. ⁊ eleuabit illud coram domino. ⁊ ponet illḋ sup̄ altare. Qḋ si rea erit adulterij mulier. putrescet femur eius. ⁊ vterus tumebit in hydropisim. non tamen statim. sed vsq; ad decem menses. Qḋ si polluta non erit. innoxia erit ei aqua. imo sepe concipiet ⁊ pariet masculum mense decimo. hee aque dicebantur sancte ꝓpter nomen domini dilutum in eis. ⁊ dicebant maledicte. ꝓpter maledicta congesta in eis. ⁊ amarissime ꝓpter effectum qui quandoq; sequebatur. Hec aūt lex introducta fuit ad duriciaz cordis eorum. sicut ꝑmissus est libellus repudij. quia ꝓmpti erant ad effundendū sanguinē.

De sanctimonia nazareorum.

l Locutus est dominus ad moysen de lege nazareoꝝ. Nazareus sonat sanctus. vel florens. vel germinās Dicebanturq; nazarei quidam. qui ex voto obligabant se sanctimonie. vsq; ad certū tempus. vel iugiter vt samuel. qui ⁊ consecrabāt se domino. ⁊ quasi seꝑabant a cōmuni vita hominū. sicut quis modo p̄ annum vel duos ex voto seruit in hospitali ierusalem. Sanctitatis eoꝝ: lex erat hec. Omni tempore separationis sue. nouacula non transibat sup̄ caput eius. Unde forte quidam pingūt apostolos ⁊ christum crinitos non iure. sed ꝓ sanctitate. Nihil quod inebriare poterat bibebat. nō edebat aliquid quod esset ex vinea. ab vua passa vsq; ad acinum. Ad nullum mortuum ingrediebatur. Qḋ si mortuus esset subito quispiam coram eo. polluebatur caput consecrationis sue. ⁊ ilico radebat caput suū. ⁊ rursum die septimo. offerebat par turturum. aut duos pullos columbarum. quoꝝ vnum sacerdos faciebat pro peccato. alterum in holocaustum. diesq; quos fecerat pro infectis erāt. ⁊ voti sui sanctimoniā

iterum incipiebat. forte: nõ ꝓ quolibet mor-
tuo. sed pro occiso coram eo: polluebat. Cõ-
pletis autem diebus voti sui. offerebat agnũ
anniculum in holocaustum ouem anniculam
pro peccato arietem. hostiam pacificã.
Et nota cum ita simpliciter ponitur aries.
quod hebreus dicit. ad minus annorum du-
orum eum debere esse. Canistrum quoqꝫ di-
uersorum panum azimorꝝ. exceptis his que
sponte offerebat. iuxta ꝑfectionem sanctita-
tis sue. que oblatio dicebatur corban. i. mu-
nus. ⁊ offerebat mulier triginta siclos si po-
terat. vir quinquaginta. Sin autem: ad ar-
bitrium sacerdotis pauper offerebat. Cumqꝫ
immolauerat hostias sacerdos ritu suo. ra-
debatur nazareus ad ostium tabernaculi.
ponebatqꝫ sacerdos crines eius in ignem sa-
crificij. ⁊ sic ad cõmunem vitam hominum
redire poterat.

De benedictionibus super populum.

Terum locutus est dominus ad moysen: ⁊
Aaron ⁊ filij eius inuocabunt nomen meũ
sup filios israel: ⁊ ego benedicam eis. Inuo-
cabunt autem sic. benedicat tibi dñs ⁊ custo-
diat te. det tibi pacem. ⁊ ostendat tibi faciẽ
suam.

De oblationibus duodecim dierũ in dedicatione tabernaculi.

Actum est aũt in die q̃ vnxit moy-
f ses tabernaculum: ⁊ sanctificauit
illud. obtulerunt duodecim ꝑncipes tribuũ
in altaris strenatione vt hebreus habet sex
plaustra tecta cum duodecim bobus. singu
li bouem vnum. ⁊ bini plaustrum vnum.
⁊ data sunt duo plaustra gersonitis. ad fer-
enda onera eorꝫ. de quibus diximus. ⁊ q̃ttuor
sunt data meraritis. postea singuli singulis
diebus obtulerũt vasa altari necessaria. Du
odecim enim diebus sollennitas dedicatio-
nis ꝓtelata est prima die obtulit naason de
tribu iuda acceptabulum argenteum centũ
triginta siclorꝫ. hebreus habet scutellam fia
lamqꝫ argenteam septuaginta siclorꝫ. vtrũqꝫ
plenum simila. In fiala thus ponebat. mor
tariolum quoqꝫ aureum decem siclorꝫ plenũ
incenso. in hoc vase aromata terebantur. He
breus habet coclear. quo scilicet thus in thu
ribulo ponebatur. Bouem quoqꝫ ⁊ arietem.
⁊ agnum anniculum in holocaustum. hir-
cumqꝫ pro peccato. ⁊ in sacrificio pacificorꝫ.
boues duos. arietes quinqꝫ. hircos quinqꝫ.
agnos ãniculos quinqꝫ. eiusdẽ modi vasa.
et easdẽ hostias: obtulerũt alij ꝑncipes. q̃sqꝫ
die suo. ⁊ sic terminata est dedicatio duode-
cim diebus. Patet. q̄ ꝑ recapitulationẽ hoc
dici. octaua enim die mensis ꝑmi. scdm qd
littera videtur sonare. inchoata est dedica-
tio. septem enim ꝑcedentibus eiusdem men-
sis consecrati sunt sacerdotes. Si vo ita est
tunc consecratio sacerdotum: ⁊ dedicatio ta-
bernaculi ꝓtelate sunt decem ⁊ nouem die-
bus. Itaqꝫ non fecerunt phase eo anno tem
pore suo scilicet die quartadecima. quod ta-
men ꝑceptũ fuit eis a dño: ꝑma die eiusdẽ
anni. Ideo quidam dixerunt vt prediximus
septem dies consecrationis sacerdotum fuisse
terminales: ꝑmi anni. ⁊ ꝑma die secũdi. vn
ctum tabernaculum duodecimo die. finitã
dedicationem. Quartadecima: celebratum
phase. Potest tamen dici hanc oblationem
duodecim dierum factam: secundo mẽse an-
ni secundi. nec ꝑ recapitulationem hoc dici.
Qd vo legitur ea die inchoatã: quo vnctum
est tabernaculũ. eadem dicitur ꝓ consimili.
quia sicut octaua die ꝑmi mensis vnctũ est

tabernaculum. ita ⁊ octaua die secundi men sis. inchoata est hec oblatio. ⁊ sic octo pmis diebus anni: tm̄ sacerdotes ⁊ templum con secrata sunt.

De consecratio ne leuitarum.

Iterum locutus est dn̄s ad moysen. Tolle leuitas de medio filiorum israel. ⁊ sanctificabis eos mihi. Itaqz scd̄m pceptum domini. le uite pus aspersi aqua lustrationis. rasisqz om nibus pilis carnis sue. vbi non induuntur capilli. lotis etiā indumentis steterunt coram dn̄o ad ostiū tabernaculi. Conuocata omni multitudine. ponentesqz manus suas sup eos filij israel obtulerunt eos aaron munus dn̄o. vt seruirent in ministerio eius. obtule runtqz leuite boues duos. quorum alterū fecit aaron p peccato. alterum in holocaustum. ⁊ sic sepati fuerunt a dn̄o a filijs israel Ei inde habuerunt in vsus suos ea que dn̄i erāt. de decimis enim viuebāt. ⁊ his cōtenti erāt. Sacerdotū vo sacrificia erant. pmitie. pmo genita. vota. qbus omnibus vescebātur cū domo sua. mundi tn̄ pter oblata p peccato quia sacerdotes soli peccata populi comede bant. decimam decimarum suarum dabant leui te summo sacerdoti. ⁊ de melioribus dabant. ideo forte nō habuerūt in terra. qȝ indiꝰ eis cesserat. Tūc enim tm̄ duodecimā ptem bo norum terre haberēt. modo habebāt decimā.

De his qui non possūt facere pha se primo mense vt faciant secundo.

Locutusqz est dn̄s ad moysen. An no secūdo mense pmo. Hic plane determinatur p recapitulationem hoc dici. Faciant filij israel phase tpe suo qr tadecima die mensis huiꝰ ad vesperum. ⁊ fe cerūt phase. Erant aūt quidā immundi sup anima hominis. i. sup homine qui anima dicitur. cuius cadauer tetigerant. qui nō po terāt facere phase. ⁊ dixerūt ad moysen. Qua re fraudamur. ne valeamus offerre inter fili os israel. forte indignātes. quia talis immū dicia necessaria est quādoqz. Et cōsuluit moy ses sup hoc dn̄m. Qui respondit. Homo d̄ gente vestra q̄ fuerit immūdus sup anima hominis. siue in via pcul. faciat phase men se secūdo. quartadecima die: omnē ritū pha se obseruans. Si vo sine huiusmodi causis tpe suo non fecerit phase: exterminabit ani ma eius de populis suis. Peregrinꝰ quoqz ⁊ aduena si fuerit apud vos. faciet phase dn̄i Si queratur. si iterū in mense secundo pter immundiciā nō poterit facere phase quid fa ceret. potest dici. quia tertio faceret. quia qd̄ in vno dictū est. similiter d̄ alijs datur intel ligi. Uel forte. si deinceps eo anno nō faceret non peccaret.

De tubis argen teis et modo clan gendi in eis.

Iterū locutus ē dn̄s ad moysen. Fac tibi du as tubas argēteas ductiles. qbus conuoca bis multitudinē. ad mouēda castra. ad bel la. ad festa. Et erat vt dicit iosephꝰ tuba. fi stula cantatoria pene magnitudine cubiti. calamo capatior. pbens in pncipio: latitudi nē. q̄ cōuenit ori. ad susceptionē spūs. que he braice dicit asora. In cōuocatione vo multi tudinis aliq̄ erat diuersitas ad cōuocandum omnē populū. vtraqz simul clangebant sim pliciter. Ad cōuocandos solos pncipes: semel

clangebant. qd dupliciter intelligitur. i. vna tm̃ ⁊ vno impulsu. etiã vt addit iosephus. semel clangebant. si pncipes populũ suũ qsq3 in ecclesia sua cõuocare volebat. vel moyses populũ p ecclesias. Ad castra vo mouenda. nõ simpliciter sed cõcise. ⁊ plirius tubis clãgebant. ⁊ in po sonitu: mouebãt castra: tres tribus q erãt ad oriẽtẽ. in secũdo: q ad meridiẽ. in tertio: q ad occidentẽ. in quarto: que ad aquilonẽ. Modus vo clangendi in bellis nõ distinguitur. q2 forte sicut apud alias nationes fiebat apud eos. Quãdo etiam habebant sollenne epulum ⁊ dies festos ⁊ calendas: clangebant. sed nõ est determinat9 modus. Sacerdotes aũt clangebant.

De recessu israel a monte sinai.

Anno secũdo. mẽse secũdo. vicesima a die mensis eleuata ẽ nubes de tabernaculo federis. ⁊ pfecti sunt de monte dñi via triũ dierũ. Dicũt hebrei q archa pcedebat eos trib9 dietis. sup quã nube stãte qsi ad certũ locũ cõueniebãt paulatim. qdam cicius: qdã tardius. sed melius ẽ vt de hoc itinere tm̃ dicamus. qñ egressi sunt de syna. ⁊ pcessit eos nubes. nec qeuit p tres dies ⁊ noctes. Uñ statim murmurauerũt p labore itineris. quia nec noctib9 castra posuerãt. ⁊ tũc recubuit nubes in solitudine pharan. i. in pma mansione quã fecerunt in pharan. Est enim pharan maxima solitudo quã modo sarraceni inhabitãt. Quia ergo anno pmo mẽse tertio. pma die mẽsis venerũt ad montẽ dñi. ⁊ ab eodẽ egressi sunt anno secundo. vicesimo die mẽsis secũdi: patet q i hac mansione q ⁊ duodecima fuit. sedere fere p annũ. Et dicit hieo. q2 p annum ⁊ quattuor dies ibi fuerũt. qd difficilime ẽ inuenire. nisi forte fuerit ann9 embolismalis. Potest tñ dici. q eadẽ die q legẽ accepant reuoluto anno naturali recesserũt. Cũ ergo venissent pridie kalendas iunij ad mõtẽ. ⁊ tertio die iunij legẽ accepissent. si eadẽ die tertia reuoluto anno recesserũt. patet. q2 qttuor dieb9 ⁊ anno. sedert ad montẽ. ⁊ ita tertio mẽse anni legitimi. die tertia recesserũt. Tñ nihilomin9 verũ ẽ q secũdo mense secundi anni vicesima die egressi sunt. Tripliciter eni accipit ann9 ab eis. preter naturalẽ. ann9 vsualis a ianuario. quem habẽt cõmunẽ nobiscũ. ⁊ contractib9 suis ⁊ negocijs cõmunib9 agẽdis. quoto aũt mẽse hui9 anni. quota die egressi sunt nõ legit. est ⁊ apud eos ann9 legitim9. quo vtũtur in legitimis q agũt huius vt dixim9 tertio mẽse ⁊ die tertia egressi sunt. Est ⁊ apud eos ann9 emergẽs. In memoriã eni liberationis sue ceperunt annos suos numerare. ab exitu de egypto. sicut greci ab olimpiade pma. romani ab vrbe cõdita. christi ab incarnatiõe dñi ⁊ hui9 anni secũdo mẽse vicesima die egressi sunt. Jam eni vn9 a phase. vsq3 in phase annus trãsierat. ⁊ de secũdo: a phase sc3. fluxerũt qnquaginta dies. ergo mẽsis vn9 triginta dierũ. Et secũdus iam fecerat viginti dies. hec aũt annorũ distinctio in multis locis necessaria est. In hac mansione media ps exodi. ⁊ totus leuiticus ⁊ numerorũ pcepta nõ modica descripta sunt. Duxit aũt moyses secũ obad fratrẽ vxoris sue. q nouerat in qbus locis p desertũ castra cõmode poni poterãt. pmittens ei de optimis q traderet ei dñs. Sane cũ eleuabat archa. dicebat moyses. Surge dñe. ⁊ dissipent inimici tui. ⁊ fugiãt q oderũt te a facie tua. Cũ deponeretur aiebat. Reuertere dñe ad multitudinẽ exercitus israel.

De electione septuagita seniorũ.

Factũ est aũt murmur populi cõtra o dñm. dolẽtis p labore. ⁊ accensus ignis i ira dñi: deuorauit extremã ptem castrorũ. illos sc3 q longe retro erant. Orauitq3 moyses ad dñm. ⁊ absortus ẽ ignis. Uocauitq3 nomẽ loci illi9 incẽsio. tñ nõ fuit hoc nomẽ mãsionis. In eadem quoq3

mansione vulgus pmiscuu qd ascederat cu eis. i. serui et ancille egyptij et multi de isrl. pariter cu eis flagrabat desiderio carnium. carniu noie no solas carnes. sed aliorum ciborum etia abudantia intelligim'. Vn nec in querela eorum de carnibus legit. Cu dixerut. Recordamur piscium quos comedebam' in egypto gratis: in mente nobis veniut cucumeres. et pepones. porriq. et cepe. et allia. anima nra arida e. nihil videt oculi nri nisi manna. Audiuitq moyses populu flente. et intolerabilis res visa est ei. qr et ab eo escas petebant. Et ait ad dnm. Cur imposuisti pond' hui' sup me: Nunqd ergo cocepi et genui multitudine omne hac: Obsecro. Aut aliter puideas: aut interficias me. Cui dns. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus israel. quos meliores nosti ad ostiu tabernaculi. et auferam de tuo spiritu. tradamq eis. vt sustetent onus populi tecu. et populo dices. Cras dabo vobis carnes. vsq ad mensem dierum. etiam vsq ad nausea. Et dicit large: nausea p vomitu. Proprie eni est vomitus ille: q excitat fetore sentine. Ablatio qdem spus moysi et traditio alijs. no est intelligeda diuisio spus ei' p ptes. vel imminutio. sed illuminatio alioru ad regedu populu. p eande spiritale gram p qua et moyses illuminatus erat. sicut de igne vni' lucerne multe illuminant sine sui diminutione. Electos igit septuaginta viros duxit moyses ad ostiu tabernaculi. pter duos q in castris remanserut. no ex cotemptu: sed qr se reputabat indignos. quorum vn' vocabat heldad. et alter merdad. et erat vt aiut hebrei fres moysi ex matre. s no ex patre. Descenditq dns p nube. et requieuit spus in eis q stabat cu moyse. et pphetabat. sed et duo q remanserat in castris pphetauerut. nec post siluerut. i. semp deinceps vocati sut pphete. et redijt moyses cu illis ad castra.

De datioe carniu et ira dei super eos

v Entus do egrediens a dno. arreptas trans mare in insulis ortigijs coturnices detulit in castra. et per circuitu castrorum itinere diei vni'. volabatq a terra altitudine duorum cubitorum. Surgensq populus cogregauit sibi coturnices duobus dieb'. et siccauit eas. Qui paru: dece choros habuit. Et fuerut hee coturnices vt tradunt. no modice q apud nos sunt. sed ille maiores q regie aues dicunt. qs curlcios a currendo vocamus. Nec du defecerat cib'. et furor dni pcussit populu: plaga magna nimis. Mod' do plage no determinat hic. sed in psalmis videt: q fuerit ignis. Sepultusq e ibi populus q carnes desiderauerat. Vn et ille loc' vocatus e scabroth. qd sonat desideriu sepulture. vel sepulchra concupiscentie.

De lepra marie et causa lepre.

e Gressi aut de sepulchris concupiscentie. venerunt in asseroth: ibiq iurgati sunt maria et aaron contra moysen: pter vxore ei' ethiopissam. qsi rixantes cu eo. improperauerut ei q regina ethiopie in vxore duxerat. vel ducta dimiserat. vel poti' pter vxore ei' sephoram. q rixata fuerat contra maria. Madianite enim quonda vocati sunt ethiopes. vt legitur in paralipomenon. et indignando dixerunt. Nonne et nobis sicut et moysi locut' e dns: Ac si diceret. Quare vult moyses pesse nobis. quia locutus est ei dns: Et iratus dns dixit eis. Egredimini vos tres tantum ad tabernaculum. Cuq starent ibi: descendit dominus in columna nubis. vocansq aaron et mariam: ait. Si quis fuerit inter vos ppheta. loquar ei in visione vel p somnium. vel p enigmata. et figuras. Seruo do meo moysi qui in omni domo mea fidelissimus est ore ad os loquar. Vt quid ergo detraxistis ei: Vos ei quasi parificantes: Et recessit nubes. et ecce apparuit maria leprosa. Et ait aaron ad

moysen. Obsecro dñe ne iponas nobis hoc peccatum. Orauitq; moyses ad dñm. De' obsecro sana eam. Cui dñs. Si pater ei' spu isset in faciem ipsius. nonne deberet saltē sep tem dierum rubore confundi? Separet sep- tem diebus extra castra. Quasi diceret. si pa ter suus vilificasset eā p aliquo crimine suo. nōne deberet aliquo tpe verecundari? Exclu- sa est itaq; maria extra castra septem dieb'. nec populus ē mot' donec reuocata est.

De duodecim exploratoribus.

Gressus aūt populus de asseroth: fixit tentoria in deserto pharan. nō est pharan nomen mansionis. sed solitudinis. plures mansiones cōtinentis. vt in cathalogo mansionū manifestabitur. oēs enim cōtinet mansiones ab asseroth que fuit quartadecima. vsq; ad asion gaber q̄ fuit tri cesimasecūda. p quas omnes transierunt in anno secundo. de asiongaber misit moyses duodecim viros singules de singulis tribu- bus. qui considerarent terrā quam possessu- ri erant. quorū pcipui fuerunt. caleph filius ie fone. de iuda. ⁊ osee filius nun. de effraim. Vocauitq; moises osee iosue. hic ē minister moysi. Unde quidā dicūt q dict' est supra iosue. p anticipationē dictum esse. quia nūc pmum impositum est ei hoc nomē. Potest etiam dici. quia moyses curam ⁊ salutē alio rum vndecim illi cōmisit. Cūq; vocaret osee vel iosue que nomina saluatorē sonant. tunc po hec nomina ei. appropriauit. cum salua torem aliorū instituit. Precepitq; ei moyses vt cōsiderarent qualitatē terre ⁊ hominuz et vrbiū. ⁊ afferrent de fructib' terre. Eratq; tē- pus. qn̄ precoque vue comedi possunt. Qui ascendētes explorauerūt terrā. ⁊ venientes in ebron. viderunt tres de genere enach vel ena chim. i. de semine giganteo. quales etiam vi- derant in thani ciuitate egypti. qui ⁊ athai mi titanes dicti sunt. Fuit aūt hebron septez annis edificata ante vrbem thanin. Unde ⁊ ab ebron semen gigantū in egyptū descen disse creditur. descendentesq; ad torrentem et vallem vberrimā. tulerunt de malis grana- tis. ⁊ de ficis loci illius. Palmitē quoq; cū vua absciderunt. quem p magnitudine tule- rūt in vecte duo viri. Ob hoc appellatus ē locus ille neel escol. i. torrens botri.

De murmure populi proquo per quadraginta annos perierūt in deserto.

Euersiq; post dies q̄draginta ve- nerunt ad populum suū in cades. de tricesima enim secūda mansiōe interim egressus erat populus. ⁊ morabatur in tricesima tertia. tamen q̄dam tradūt. q ō cades missi sunt exploratores. ⁊ ibi eos expe- ctauit popul'. Hāc mansionē vocat ioseph' cōuallē iuxta chonaneorū terminos existētē. ⁊ ad habitandū difficilē. ⁊ cōmēdantes terrā viri quā viderāt. addiderūt. sed cultores for- tissimos habet. vrbes grandes ⁊ muratas. stirpē enach vidim' ibi. q̄bus nos cōparati. q̄si locuste videbamur. Terra quā lustraui- mus deuorat habitatores suos. qō sic expo- nit hebre'. terra infirma ē. nec habere viua- ces homines potest. vel q nulli gēti licebat diu habitare in ea pter frequētes impugna tiones superuenientiū. Un̄ pheta cū securita tē pmanēdi illi terre pollicetur. hoc opprobri- um ab ea auferenduz dicit. qō nō vocabitur terra cultores suos deuorans. Potest tamē ⁊ in cōmēdatione terre dici q adeo bona sit. vt nullus ex ea velit pegrinari. sed qui in ea nascitur: moritur in eadem. Audiens igi-

tur hec omnis turba fleuit dicens. Utinam mortui essemus in egypto. Nonne melius ē reuerti in egyptum ꝙ cadam' gladio. ⁊ vxores ⁊ liberi trahantur captiui: Constituam' nobis ducem: ⁊ reuertamur in egyptū. At vo iosue ⁊ caleph sciderunt vestimenta sua dicentes. Nolite rebelles esse contra dn̄m. i. eum in ꝓmisso mendacem iudicare. qꝛ sicut panem populum terre huius deuorabimus. Cūqꝫ clamarent in eos. alij decem qui terruerant populum ⁊ omnis multitudo lapidibus eos vellet opprimere. apparuit gloria domini sup̄ tectum federis. Et ait domin' ad moysen. Quousqꝫ non credet mihi populus hic: ꝑferiam eos. ⁊ faciam te in gentem maiorem. Cui moyses. Obsecro dn̄e: ne fiat hoc. ne forte insultent tibi egyptij. ⁊ dicant. Non potuit inducere populum in terram quā ꝓmiserat. Cui dn̄s. Juxta verbum tuū dimisi. Attamen viuo ego. nullus eoꝝ qui vidērt signa que feci i egypto. numerati scilicet a triginta annis ⁊ supra. ⁊ iam p̄ decē vices. i. multociens temptauerunt me: Uidebit terram ꝓ qua iuraui patribus eoꝝ. p̄ter iosue ⁊ caleph. ⁊ qm̄ amalechites ⁊ chananeus habitant iuxta vos. ne supueniāt. vos cras mouete castra. ⁊ redite in solitudinem: iuxta numerum quadraginta dierum quibus terraꝫ considerastis quadraginta annis recipietis iniquitates vestras. Locutusqꝫ est moyses omnia verba hec ad eos. ⁊ luxit populus nimis. ⁊ ecce mane surgentes dixerunt ad moysen. Peccauimus. desperantes. Parati sum' ascendere ad locū quē ꝓmisit dn̄s. Et moyses ad eos. Nolite ascendere. Non enim dominus vobiscum est. At illi contenebrati sine deo scilicet posse vincere putantes: ascenderunt archa cum moyse. ⁊ leuitis remanēte in castris: ꝑsecutusqꝫ est eos amalechites ⁊ chananeus. ꝑcutiens vsqꝫ ad locum qui ob hoc vocatus est horma. i. anathema. ⁊ reuerterunt ad solitudinem.

De lapidatione hominis colligentis ligna in sabbato.

f Actuꝫ est cum essent in solitudine inuenerunt hominē colligentē ligna in sabbato. quem reclusit moyses donec consuleret dn̄m. de quo dixit dn̄s. Moriatur homo iste extra castra: lapidibus obruetur. Et factū est ita. Quidā putant hūc fuisse salphaar. quia ⁊ filie eius postea dixerūt. Pater noster in deserto in peccato suo mortuus est. Jbidem etiā p̄cepit eis dn̄s. vt per quattuor angulos palliorū fimbrias ponerent iacinctinas. ob recordationem etiā minimoꝝ p̄ceptoꝝ dn̄i. ad obseruandum has magnificauerūt pharisei in tantū. vt etiam spinas in eis ligarent. vt frequēti eaꝝ pūctione. ad memoriā iugem p̄ceptoꝝ dn̄i excitarentur. q̄dratis tūc vtebant iudei pallijs. ⁊ adhuc in angulis vestis quadrate in synagogis suis habēt fimbrias iacinctinas. ob recordationē legis de celo date. Tūc aūt faciebāt vt a ceteris gentib' etiā habitu discernerent.

De scismate chore dathan et abyron et plaga eorū

e Cce aūt chore filius ysuhar fratris amram. cum vidisset fratrueles suos honoratos. alterum sacerdotio alterum ducatu populi: inuidit. et murmurans contra moysen ⁊ aaron. complices secum habuit ducentos. quinquaginta de leuitis maioribus. quos etiam dignos sacerdocio ꝑferebat. Adiunxeratqꝫ sibi dathan et abyron: potiores rubenitarum. qbus principatum populi deberi dicebat. quia fuerant

de ruben p̄mogenito. Quibus moyses ait. Tollat quisq; vestrum thuribulum suum. ⁊ cras hausto igne supponat thimiama. et aaron vobiscum. ⁊ quem elegerit dominus: ipse sit sanctus. Misit ergo moyses mane. vt reuocaret dathan ⁊ abyron. Qui dixerunt. Non venimus. Et conuocata omni multitudine. dixit moyses ad chore ⁊ ducentos q̄nquaginta. tollite thuribula vestra. ⁊ ponite thimiama sup̄ ea. ⁊ state coram domino. Illis autem sic stantibus. descendit moyses cum seniorib' populi ad dathan ⁊ abyron vt eos vocaret. Nam et abyron vt dicit iosephus ex parte leuita erat. Illi autem stabant cum vxorib' ⁊ liberis. ⁊ omni frequentia domus sue in introitu papilionum suoꝝ parati potius ad resistendum si vim inferre vellet moyses: q̄ ad obediendum. Quod videns moyses: orauit dominum vt insolita morte perirent. ⁊ sic planum fieret q̄ domin' ipsum miserat. Quo orante ⁊ flente tremuit terra. expauitq; populus grandiq; strepitu p̄ illoꝝ tabernaculo excitato. scissa est terra sub pedibus eoꝝ. ⁊ aperiens os suum deuorauit eos cum omni substantia eoꝝ. descenderunt in infernum. i. in patulum terre hiatum. Et reducta est terra: quasi nihil horū factum esse videretur. sed ⁊ ignis egressus ē de thuribulis chore ⁊ concilij eius tant'. q̄ntus nec de terra p̄latus. vel concursione fluctuum. aut violentia spirituū. visus ē vnquā exilire. ⁊ deuorauit eos aaron illeso stante. tulitq; eleazar thuribula eoꝝ ex p̄cepto domini. igne huc illucq; disperso. ⁊ p̄duxit ea in laminas. formansq; ex eis coronulas. affixit eas altari eneo. ad cōmonendum filios israel: ne quis nisi de semine aaron accederet ad offerendum incensum domino. ne similia pateretur. tamen ⁊ sic fabrefacte erant. q̄ ibi stabant ad decorem.

De exultatione populi extinctam per aaron.

a T tamen sequenti die murmurauit omnis multitudo contra moysen ⁊ aaron dicēs. Vos interfecitis populum domini. Cūq; vellent eos obruere lapidibus. fugerunt ad tabernaculum: ⁊ operuit eos nubes. Apparuitq; gloria domini. ⁊ egressus ignis a domino deuorabat populum. Dixitq; moyses ad aaron. Tolle thuribulum. ⁊ hausto igne de altari. ponēsq; thimiama. perge cito ad populum vt roges p̄ eis. Accelerans aaron cum thuribulo. stāsq; inter viuos ⁊ mortuos: orauit dominum. et plaga cessauit. Fuerunt p̄cussi. duodecim milia: ⁊ septuaginta.

De virga aaron que nocte vna frōduit. et floruit. et peperit nuces.

e T tamen nondū cessauerat tumultus sup̄ sacerdotio aaron. dicebant enim quia ⁊ si non predictos leuitas elegerit dominus. poterat esse q̄ aliqui d̄ aliqua tribuum reliquarum digni essent sacerdotio. ⁊ forte de omnibus tribubus aliquot vellet domin' sacerdotes. ne tanta ministerij dignitas vni domui ⁊ tam paucis crederetur ministris. accusabantq; moysen de deserti inopia. eo q̄ eorum negociaretur inopiam. vt semper eius viderentur egere auxilio. Tulit igitur moyses ex precepto domini virgas duodecim principum. et scripsit in vnaquaq; nomen tribus sue. Leui scripsit in virga aaron. Et preter has tredecim sumpsit vnam seorsum: cunctas familias continentem. in qua probaretur: vtrum de omnibus tribubus vellet deus habere sa-

cerdotes. Quas cum posuisset in tabernaculo coram domino. sequenti die regressus inuenit germinasse virgam aaron et folijs dilatatis amigdala protulisse. sane hoc tertio ordināte deo. aaron sacerdotiū firmissime possedit. Nam et in signum rebellium. precepit dñs virgam aaron seruari in tabernaculo in posterum.

De reditu in cades quadragesimo anno.

f Uerunt itaq; filij israel longo tempore in solitudine. multo tempore sederunt in cades barne. et diu circuierunt montem seir. et redierunt fere vsq; ad mare rubrum. et circa fines sinay. et pstrata sunt cadauera eo4 in deserto. Tandem post multos labores. et annos triginta octo redierunt ad cades. vnde miserant exploratores. vel in qua redierunt ad eos vt dictum est. q est in deserto syn. nec est illud desertū ad qd venerunt octaua mansione vt dicit hieronymus. prior enim syn: scribit p samech. et interptatur rubus vel odium. Sin vo in quo cades vel que est et cades. scribitur p sade. et interptatur mandatum vel sancta. et est vt quidam volunt pars deserti pharan. In fine. igit tricesiminoni ānī. a finib' sinai venerūt in cades vndecim diebus. et potuit esse q tm irent vndecim diebus concito gradu. qntū fuerāt. viginti vna mansionibus tardo. vel p aliam viam. Redierunt ergo filij israel quadragesimo anno mense pmo in deserto sin. et mansit populus in cades. et sic quadraginta due mansiones filio4 israel qbus legūtur pfecti ab egypto vsq; ad campestria moab: iuxta iordanem. tres annis tm complete fuerunt duodecim ab egypto vsq; ad montem sinay anno pmo. et a quartadecima die mensis pmi. vsq; ad pmam diem mensis tertij. deinde anno secundo vicesima die mensis pmi profecti a sina vsq; ad cades. vicesimam et vnam mansiones expleuerunt: infra annum secundum. sed tamen quotto spacio anni nō est determinatum: sicut in pmo. p triginta octo annos post errātes et prostrati. quadragesimo anno redierunt ad eandem cades. eo anno reliquas nouem mansiones transegerunt. Quod si inueneris decem huius anni fuisse mansiones. scito quia inter has iterum numeratur cades repetita.

De morte marie et aquis contradictionis.

m Ortua est maria in cades. dū quadragesimum vt dicit iosephus cōplesset annum. qua egyptum dereliquit. in initio mensis xantici. qui et nisan scd̄m lunam. et sepelierunt eam in montem qui vocatur sin. transactisq; triginta diebus fletus. moyses populum purgauit hoc modo. vitulam triniam totam rubeam extra castra combussit. et psequitur hic iosephus ordinem cinerum lustrationis. quem domin' decima die septimi mensis fieri pcepit. et videtur velle. nunc pmo huiusmodi combustionem a moyse factam. Unde etiam subdidit Hoc etiam venturos seruare pcepit. et potuit esse q impediti vsq; huc distulerunt. quia nec pasca interim celebrasse leguntur. Cum aūt intrauerunt terram promissam scd̄m pcepta domini. legitima sua prosecuti sunt. etiam hic dicit iosephus antequā rediret in cades eos venisse ad terminos idumee. et misisse nuncios ad edom pro libertate transitus p terram suam. quod cum prohibuisset moyses recessit p desertū iter faciēs. Historia numeri dicit post mortē marie misisse ad edom. nec ē liqdū vtrū ioseph' p anticipationem, an liber numeri p recapitulationem hoc

dixerit. Nos vero sequentes historie ordinem dicimus. quia mortua maria indiguit populus aqua. Factaqz seditione in populo contra moysen et aaron: orauerunt ambo ad dominum. quibus dominus ait. Tolle virgam. et congrega populum ad petram. et percussa: dabit vobis aquaz. Utrum virga que fronduerat an alia visus est moyses hic: est dubium. Et congregata multitudine ante petram: dixit moyses. Audite rebelles et increduli. Nunquid de petra hac poterimus vobis aquam eicere: Hoc autem cum in aliis fiducialiter egissent moyses et aaron: turbati murmurante populo: diffidenter egerunt. quod domino manifestante cognitum est. Non enim ex ope eorum aliquo vel verbo hoc perpendi potuisset. nisi forte quia moyses quasi dubitans dixit. Nunquid poterimus etc: quia inde sensus affectionis poterat elici. quasi poterimus. vel negationis. quasi non poterimus. Cum ergo prius percussisset virga silicem. quia desperabat: non manauerunt aque. Secundo vero ictu: egresse sunt ita largissime. vt biberet populus et iumenta. Et dixit dominus moysi et aaron: quia non credidistis mihi. non introducetis populos hos. in terraz eorum. hec est aqua contradictionis. quia etiam electi desipauerunt de promissis et potentia dei. quasi contradicentes promittenti.

De circuitu idumee.

Misit moyses nuncios de cades: ad regem edom: dicentes. Frater tuus iacob mandat tibi hec. Obsecro vt liceat nobis transire per terram tuam. non ibimus per loca culta. via publica gradiemur. non declinabimus ad dextram neqz ad sinistram. si biberimus aquas tuas. quod iustum erit dabimus. Et respondit. non transibitis per me. Tamen timens ne transirent: egressus est obuiam in manu forti. Quamobrem diuertit israel ab eo maxime. quia deus preceperat ei. non pugnabis aduersus fratrem tuum. Circuiuitqz idumeam egrediens de cades. incedensqz per desertum arabie. et preter transiens archim metropolim arabum. que nunc petra dicitur. venit ad montem hor. qui est in finibus terre edom.

De morte aaron.

Ibi locutus est dominus ad moysen. Pergat inquit aaron ad populum suum. non intrabit terram promissionis. eo quod incredulus fuit ori meo Tolle aaron. et filium eius cum eo. et duces eos coram omni populo. super montem hor. Cum nudaueris patrem stola pontificali. indues ea eleazarum. cui pontificatus per etatem accessit. et fecit moyses quod preceperat ei dominus. et mortuus est aaron in monte hor. In deuteronomio dicitur mustera. locus sepulture aaron. qui vsqz hodie monstratur in montis vertice. Populus vero fleuit eum triginta diebus. Mortuus est autem quadragesimo anno egressionis. cum esset centum vigintitrium annorum. eodem anno quo et maria. mense quinto. qui apud hebreos dicitur sedebath. apud romanos augustus. prima die mensis secundum lunam.

De victoria post votum anathematis.

Cumqz audisset chananeus qui habitabat ad meridiem. venisse illuc israel. pugnauit cum eo. et obtinuit: et duxit ex eo predam. Israel autem vouit domino. quod si traderet eum dominus in manus suas. ciuitates eius anathematizaret. quod fecit et vocauit nomen loci illius horma. i. anathema. forte: hic est locus. qui supra per anticipationem vocatus est horma. anathema dicitur: a nathime. i. sursum ponere. quod est deuotare. idest voto deorsum ab vsu nostro separare. cum scilicet res vota et reddita.

sursum in templis ponebatur. Et nota quia olim generaliter populus terre pmissionis dictus e chananeus. vn̄ et hic nomine generali vocat eos q̄ erant ad meridiē. Tunc enī septem populi ppriis vocabātur nominibus in ea. et ille pprie dicebatur chananeus. qui habitabat maritimam.

De serpente eneo cōtra ignitos serpentes.

P Rofecti de monte hor: venerunt in salmona. vbi cepit poplm̄ tedere itineris et laboris. dū circuirent terraȝ edom. et murmurauit contra moysen. ideo immisit dn̄s in populū serpentes ignitos. q̄ dicebant igniti. quia minimi et veloces erāt ad modū scintillarū. vel vt alij tradūt. tactum veneno inflāmabant. vsq3 ad tumorem et ruborem igneum. rogaueruntq3 moysen. vt oraret p eis. Cui dn̄s ait. Fac serpentē eneū. et pone in ptica. eminentē in medio populi. et quicūq3 pcussus fuerit a serpente. respiciat eum et viuet. Et factum est ita. hunc secuȝ habuerūt semp filij israel. et magnifice repositus est in ierusalem. Tandem ob cultum supstitionis. quē popul' ei exhibebat. cōminuit eū in puluerem rex in iuda.

De scopulis torrencium qui gesti erunt.

Inde profecti p aliquas māsiones. venerūt ad torrentem zareth. quem transierunt siccis pedibus vt mare rubrum. quem relinquentes castrametati sunt contra arnon. q̄ vt ait iosephus. fluuius est a mōtibus arabie descendens. et p desertum fluens. in stagnum alphantem erumpit. diuidens moabitidem et amorream. quidam volunt ciuitateȝ esse. que est in deserto. et pminet in finib' amorrei. De hoc transitu israel p terram illam. psequitur leuiticus in hūc modum. Unde dicitur in libro bellorum domini. sicut fecit in mari rubro. sic faciet in torrentibus arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt vel gesti erunt. vt requiescerent in arnon. et recumberent in finibus moabitarum. hunc locum sufficienter expositū non memini me legisse. Augustinus dicit forte fuisse librum sic vocatum apud chaldeos. vnde egressus erat abraham. vel apud egyptios. apud quos sapientiā didicerat moyses. in quo de hoc trāsitu prophetatum fuerat. vt autem fines inter duas gentes ibi constituerentur. bello actum fuisse putat. quod propter magnitudinem sui. bellum domini vocatum est. quod bellum liber iste conscripsit. Quidam dicūt historiā totam de filijs isrl̄ dici librum bellorum domini. in qua frequenter dicitur dominus pro eis pugnasse. et maxime dicunt hebrei in terra illa amorreos manu potenti hebreorum fuisse deletos. et isti legunt dicitur pro dicetur. quia etiam in hebreo ita est. et super hoc dicetur in retratationibus bellorum domini. et legunt sic. Unde. i. de arnon dicitur. i. dicetur. et fiet memoria. in libro bellorum domini. i. in historia ista cum legetur a posteris. Fiet autem mencio de ea: talis. Sicut fecit dominus in mari rubro perdendo egyptios. sic faciet in torrentibus arnon: perdendo amorreos. Moyses dixit futurum faciet. nos dicimus preteritum. sic fecit. Quod etiam sequitur. Scopuli inclinati sunt &c. Similiter ambigue exponitur. Tradunt hebrei innumeram multitudinem amorreoȝ. in conuallibus torrentium. et scopulorum arnon. posuisse insidias israelitis. vt transeuntes pimerent incautos. dominum vo latitantes oppressisse. rupib' hinc inde inclinatis. ita vt labentia scopuloȝ cederent in arnon. ibiq3 requiesceret. i. finiret. fuerit q̄ diceret, describi situm arnon. q2 cū scopuli prerupti

⁊ altiſſimi ſint in deſerto. paulatim inclinantur humiliando. donec requieſcant. i. finiantur iuxta arnon. Potuit eſſe vt aliq̄ ſcopuli mōtium minoꝝ corā iſrahelitis inclinati ſunt. vt ꝺ facili tranſirent qꝺ forte erat ꝑdictū in benedictione ioſeph ibi. donec veniret deſideriū colliū eternoꝝ. ⁊ forte de eodem dixit dauid. Montes exultauerūt ſicut arietes.

De cantico ad puteum.

e Ex eo loco apparuit eis puteus. i. ex hoc loco venerunt ad alium locum. vbi monſtrante dn̄o foderūt puteum. Unde ſubditur. quia hūc puteum foderūt ꝑncipes duces multitudinis in datore legis. i. in deo. Hoc tamē in hebreo nō legitur. Et aſcendit aqua de puteo: donec ſupra redundaret. forte in ſignū q̄ exinde pugnarent ⁊ hoſtes in hunc modū ſuggrederētur: ⁊ obruerent. Quo viſo cecinit iſrael carmen iſtud. Aſcendat puteus ⁊c.

De morte ſeon regis amoꝛ. et og. regis baſan.

e Egreſſus inde populus ꝑ aliquas māſiones ꝑuenit vſq̄ i bamoth. nec eſt hoc nomen manſionis: ſed eſt vallis in regionē moab. in vertice phaſga. i. iuxta montem illum. vel forte mons ille adeo magnus eſt. q̄ etiā in vertice habet colles ⁊ valles. Inde miſit iſrael nuncios ſuos ad ſeon regem amorreoꝝ. vt ei trāſitū ꝑ terrā ſuam concederet. Qui noluit. īmo cū exercitu eſt egreſſus ei obuiam in deſertum. ⁊ pugnauit cū iſrael. ⁊ ꝑcuſſus eſt i ore gladij. i. in inſtantia. Joſeph' dicit. plurimos ex his ſiti ꝑijſſe. alios ruentes ad fluuiū. iaculis terre confixos. fugientes ad menia ſitibundi hularijs ꝑuentos. occiſus eſt ſeon. Tulitq̄ iſrael omnes eius ciuitates. ab arnon vſq̄ iaboc. inter q̄s caput regni erat eſebon. ⁊ habitauit in eis. Dicit ioſephus hanc terrā inter tria flumina ſitam. quaſi naturā inſule habentem. ⁊ opulentiſſimā. arnon fluit a meridie. iaboc a ſeptentrione. qui in iordanem deſcendit. cui ⁊ nomen tradit. Jordanis: ab occidente. Cūq̄ tranſiſſet iſrael fluuiū iaboc. ⁊ aſcenderet ꝑ viā baſan. occurrit ei og rex baſan. medrai. Quem ꝑcuſſerunt cum populo ſuo vſq̄ ad internectionem. ⁊ poſſederūt terram eius. tamen terra hec quā habuerūt vltra iordanem: nō fuit ꝺ terra ꝑmiſſionis. qꝺ patet quia moyſes hāc intrauit. ꝑfectiq̄ caſtrametati ſunt in campeſtribus moab: vbi trans iordanem iericho ſita eſt.

De itinere balaan cum locuta eſt ei aſina.

v Videns balac filius ſephoꝛ qui tūc rex erat in moab qꝺ fecerant amorreo timuit. ⁊ aſcitos ſeniores madian. qui ꝑmi regno eius ⁊ amici erant: cōſuluit quid facto opus eſſet. dicens populus hic delebit nos. ſicut bos ſolet herbas vſq̄ ad radices carpe. miſitq̄ eoꝝ conſilio ad balaam filiū beoꝛ ariolum. qui habitabat ſuꝑ flumen amonitarū. vt veniret ⁊ malediceret populo huic. Audierant enim q̄ bn̄dict' erat cui benedicebat balaam. ⁊ maledict' cui maledicebat. Audierāt enim q̄ iſrael nō vincebat in arcu ⁊ gladio. ſed oratione fuſa ad deum ſuū. viſumq̄ eſt cōmodū execrationibus contra orationes dimicare. Cūq̄ veniſſent ad balaam ſeniores moab ⁊ madian. ferentes munera diuinationis in manibus. cauſamq̄ vie expoſuiſſent: dixit eis balaam. Manete hic nocte. vt videā qd dixerit mihi

dñs. Dñi enim se ꝓphetam mentiebatur. licet in sacrificando cõsuleret demones. Forte: demonẽ qui sibi loquebatur dñm vocauit. Dixitq; ei dñs in nocte. curam populi sui gerens. Non eas cum eis. nõ maledices populo: quia benedictus est. Mane surgens balaam. dixit se ꝓhibitum a dño. Rursum misit ad eum balac viros plures ⁊ honoratiores. ⁊ munera maiora ⁊ ampliora ꝓmisit: si malediceret populo. Quibus ait balaã. Si dederit mihi balac domũ suam plenam auri: non potero mutare verbuz dñi. Obsecro: manete hic etiam hac nocte. Et ait dñs ad eum nocte. Surge vade cũ eis. ita dũtaxat. vt qđ ꝑcepo tibi facias. Mane. strata asina ꝓfectus est cum eis. ⁊ iratus est dñs. Stetitq; angel⁹ dñi gladio euaginato in via cõtra balaam mutauerat enim ꝓpositũ. ⁊ captus cupiditate ꝓmissoꝝ. disponebat quõ populõ malediceret. licet prohiberet dñs. Josephus videtur velle quia dñs iratus q̃si ironice dixerat ei. vade cum eis. qđ quia iste nõ intellexerat: obstitit ei angelus. Cũ aũt asina vidisset angelũ. quẽ tamẽ nõ videbat balaam. timens deuiauit in agrum. quã cum verberibus reduxisset balaam ad semitã. iterum stetit angelus in angustijs maceriaruz q̇bus vinee cingebantur. timensq; asina iunxit se parieti. ⁊ attriuit pedem sedentis At ille verberabat eam. Iterum stetit angelus in loco angusto. vbi nec ad dextram nec ad sinistram poterat declinari. timensq; asina: cecidit sub pedibus sedentis. Qui cum vehementius fuste cederet latera. aperuit dñs os asine ⁊ ait. Cur ꝑcutis me ecce iam tertio? Qui respondit. Illusisti mihi. Utinã haberem gladiũ vt ꝑcuterem te. Assuetus iste mõstris. ad vocem asine non expauit. Protinus aperuit dñs oculos balaam. viditq; angelũ stantem in via cũ gladio. ⁊ adorauit eũ. Cui angelus. Peruersa ẽ mihi via tua. ⁊ nisi asina declinasset: occidissem te. Cui balaã. Peccaui. Et nunc si via mea est tibi cõtraria: reuertar. Cui angelus. Vade. sed caue ne aliud q̃ ꝑcepero tibi loquaris.

De ariolathesi balaã et eius prophetia.

[C]um ergo iret occurrit ei balac in extremis finibus moabitaꝝ. magnificeq; suscipiens eũ dedit ei munera. cui cõtestatus balaam ait. Nõ potero loqui nisi que dñs posuerit in ore meo. Ascenderũtq; pariter excelsa mõtis. vnde extremaz ꝑtem populi intuebantur. Aberãt aũt ab exercitu dñi stadijs sexaginta. Dixitq; balaã ad balac. Edifica hic septem aras. ⁊ para totidẽ vitulos. ⁊ eiusdẽ numeri arietes. Cumq; imposuissent ambo vitulũ ⁊ arietẽ sup arã: dixit balaam regi. Sta iuxta holocaustum. Vadam. si forte occurrat mihi dñs. ⁊ quod iusserit loquar tibi. Cũq; abisset. posuit dñs verba in ore eius. Qui rediẽs corã omnib⁹ assumpta parabola vel inceptatione sua: vt habet hebreus ait. Quomodo maledicã populo cui bñdixit dñs? Habitabit inter gentes ⁊ nõ reputabitur. i. singularis erit p̃ omnibus innumerabilis. Moriat̃ anima mea morte istoꝝ. ⁊ fiãt nouissima mea hoꝝ similia. Contristatus balac ait Quid ẽ qđ agis? Duxitq; illum ad aliũ locũ excelsum mõtis phasga vnde aliã ꝑtem populi videre posset. scđm errorem gentiliũ putans omnia locis inesse ⁊ tempibus. ⁊ deũ sicut hominẽ mutari posse. Cũq; iuxta modũ ꝑdictum statuissent ibi septẽ aras. ⁊ imposuissent holocaustum. iterum posuit dñs verba in ore eius. ⁊ reuertens ait. Non est idolũ in iacob. nec simulachrũ in isrł. dñs deus eius cum eo est. Non est auguriũ in iacob. nec diuinatio in isrł. Surget vt leena ⁊ quasi leo nõ accubabit: donec deuoret ꝑdam. i. terram chananeoꝝ. Tũc ait balac. Saltem. nec benedicas eis nec maledicas. Iterumq; eduxit eũ sup montem phogor. statutisq; septem aris. im-

positisq; holocaustis p singulas. nō abijt balaam sicut ante vt augurium quereret. sed eleuans oculos: vidit israel cōmorantē in tentorijs p tribus suas. et irruentem in se spiritū dei: ait. loquens de se dixit. homo cui' obturatus est ocul' auditor sermonū dei. quā pulchra tabernacula tua iacob. Hebreus habet et translatio origenis: cuius oculus reuelatus est. tamen idem est sensus. quia dum dormiret in somnis vidit hec que dicebat. vnde et obturatus erat oculus carnis: et reuelatus oculus mentis. vnde sequitur. q̄ cadit. et apiuntur oculi eius. hebreus plenius habet qui ponit. i. collocat se in lecto. Addidit etiam aptam de saule in prophetiā dicens Tolletur propter agad rex eius. et auferetur regnum illius. quod factū est sauli: quia pepcit agad regi amalechitarū. Et post dixerit verba ad populum. Qui benedixerit tibi. erit et ipse benedictus. Qui maledixerit: in maledictionem reputabitur. Cūq; irasceretur balac: dixit q̄ in decessu suo daret ei cōsiliū: qd faceret aduersus populū hunc. Iterūq; assūpta parabola: ait. Orietur stella ex iacob. et consurget virga. i. maria ex israel. et pcutiet duces moab. et vastabit omnes filios seth. q̄si diceret. Vastabit omne gen' humanū. quia sc; carnale in bonis conteret. et malos pdet De seth enim totū gen' humanū est. de quo fuit noe. filij eni cayn diluuio pierūt. Scdm hoc vaticiniū: dicitur magos venisse in iudeam vise stella. et tūc extitisse apud eos scripta balaā sup hac re. Prophetauit quoq; q̄ israel idumeos et amalech. q fuit pncipium gentiū pugnantiū contra eos: subiceret sibi. Prophetauit etiā q̄ assyrij terrā vastarent. etiā cineos q erant de fortissimo genere sc; de ietro. Addiditq;. Venient in trieribus de italia. et supabunt assyrios. vastabūtq; hebreos. et ad extremū ipsi pibunt. Monarchiam pdixit hic romanorū. Et in fine tempum: destructionem eorundem. Dicit iosephus eū prophetasse. Adhuc totū orbem futurū eorū: habitaculū in eternū. etiā insulas. Et cū pars prophetie sit ipleta: reliquū p certo implēdū.

Quod amore muliercularum iniciatus est israel beelphegor.

Reuersus est balaam vt rediret in locū suū. Cūq; in finibus madian vale diceret balac et suis. consiliū: dedit eis. vt virgines quarū specie castitas illudi posset: circa tentoria israel cum exenijs venalibus mitterent. que iuuenes ad se declinantes i tantū allicere sibi laborarēt: vt eos trāsgredi leges patrias facerent. et deos colerent alienos. vt sic deo suo eis irato. vel ad modicum tempus humiliarentur. Deo enim eis ppicio. nec bella. nec pestis aliqua eos corriperent. Feceruntq; ita madianite. Tamen et de moabitis virginibus misse sunt: sed pauce. quia naturaliter sūt deformes. Eo tpe morabatur israel in sethim: et fornicatus ē cum filiabus moab. Que vocauerunt eos ad sacrificia sua. et comederunt idolatita. et adorauerunt deos eorū. et iniciatus est. i. consecratus est israel beelphegor idolo madiamitarū. idolo sc; tentiginis. quem grecia papum dixit. Iratusq; domin' ad moysen dixit. Tolle cunctos pncipes populi. et suspēde eos cōtra solē in patibulis. vt auertatur furor meus ab israel. forte: quia subditos nō corripiebant: duces tribuū voluit suspendi. Vel potius pncipes. i. auctores huius idolatrie. vnde et statim subdit. Dixit moyses ad iudices israel. Occidat vnusquisq; proximos suos: qui iniciati sunt beelphegor.

De zelo phinees

Radit iosephus q̄ pnceps in tribu symeon zambri: filiam cuiusdā potentis madiamitarū duxerat. que

que dicebatur cozbi. Qui uxore subitte in quodam sollemnitate cum aliis ducibus deo nõ imolauit. Quamobrem cum moyses ecclesiam congregasset. et eos culparet. non nominatim tamẽ quia turba erat in causa: ille coram omnibus pfessus est se alienigenã duxisse. idola colere. nec tyrannicis legib' quas ipse sibi moyses posuerat obnoxium esse. quibus sub figmento legum. et dei grauiori seruitute populum pmebat. quam egyptii. cui ipsi um auferebat uiuendi arbitrium. et discedens coram omni turba que stabat ante fores tabernaculi: intrauit tabernaculum uxoris. Mirabantur aũt omnes: quod mortuus non fuerat. Surgensque finees filius eleazari de medio multitudinis. et arrepto pugione ingressus est post illum in lupanar. Et cum inuenisset coeuntes: pfodit ambos in locis genitalibus. cessauitque plaga: et occisi sunt uigintiquattuor milia. Forte a dño p plagã aliquam pcedentem: que tũc cessauit. Sed iosephus uidetur uelle. quod plurimi iuuenes zelo finees accensi. multa milia populi pcusserunt. Locutusque est dñs ad moysen. Hostes uos sentiant madianite. pcutite eos. Hoc factũ est postea cum moyses misit exercitũ. et percussit madianitas. uel forte: sicut pcussi fuerant filii israel. uoluit dñs etiam tunc mulieres occidi. que subuerterant eos.

Secũdus numerus bellatorum.

Ostquã ho noxiorũ sanguis effusus est. dixit dominus ad moysen et eleazarum. Numerate summã filiorũ israel a uiginti annis et supra: per domos et cognationes suas. et cunctos qui ad bella possunt pcedere. feceruntque ita. Et inuenti sunt sexcenta milia. et mille septingenti: et triginta. inter quos nullus fuit eorũ qui numerati fuerant a moyse et aaron: preter iosue et caleph. Et ait dominus. Istis diuidetur terra. pluribus maiorem partem dabis et paucioribus minorem. Quod non est intelligendum de tribubus et familiis: sed de domibus. Terra enim eque diuisa scdm sortes data est tribubus: etiam quelibet tribus sorte partes equales dedit familiis. Familie ho iuxta numerũ capitum domibus diuiserunt: minores et maiores portiones. Numerati quoque sunt leuite a mense uno et supra: uiginti tria milia generis masculini.

De iure successionis hereditarie.

Omus autem salphaat. que non reliquerat filium. non est numerata. Audientes aũt quinque filie ipsi' quod numeratis daretur terra: steterũt ad ostium tabernaculi coram moyse et eleazaro. et tota multitudine: et dixerunt. Pater noster mortuus est: nec habuit mares filios. Cur tollitur nomen eius de familia: Date nobis possessionem inter cognatos nostros. Quarum causam retulit moyses ad dñm. Qui ait. Iustam rem postulãt filie salphaat. Ad filios autem israel loqueris. Homo si mortuus fuerit absque filio: ad filium transibit hereditas. Quod si nec filiam habuerit: transibit ad patruos. Qui si nec hos habuerit: ad eos qui pximi sunt.

De substitutione iosue.

Ixit quoque dominus ad moysen. Ascende in montem abarim. et contemplare terram quã daturus sum filiis israel. et post ibis ad populum tuũ. Nõ enim intrabis eam. Cui moyses. Prouideat dominus deus spirituũ omnis carnis. hominem qui sit sup multitudinem hanc. ne sit populus domini sicut oues sine pastore. Cui dominus. Tolle iosue. et stante coram eleazaro et omni multitudine impone manus

tuas sup caput. vt audiat eu omnis synagoga filiorum israel. Fecitq; moyses vt dñs imperauerat. Cognouitq; vniuersa multitudo. q̄ iosue post mortem moysi antecederet eos Utrum aūt tunc vel post ascēdit moyses vt videret terram certum non est. Sed certum est quia ascendit. et ptem terre videre potuit. Quod si totam vidit: miraculose factum est.

De libaminibus.

p Recepit quoq; dominus moysi de iugi sacrificio. et de sacrificijs legalium sollennitatum. Sed quia non offerebatur hostia sine libamentis suis: de eis breuiter pmittendum est. libamen vel libamentum. erat simila oleo glutinata. et vinum. que cum hostia adolebantur. vt quasi panis et vinum et caro domini offerrentur. Cuiq; vero hostie ppium libamē determinatum erat. p agno: simile. decima pars ephi. Uini: quinta pars hin. Erant autem ephi et chorus. mensure aridorum. hin et batus liquidorum. p vitulo: de simila tres decime. de vino media pars hin. Et forte erant tres integre decime: de tribus ephi. vel de vno ephi: prius tollebatur decima. Iterum nouē partes decimabantur. et tercio: reliquū decimabatur. et sic erant tres decime vnius ephi. p ariete de simila due decime. de vino tertia ps hin Eadem erant libamenta hirci. Si quādoq; legas p agno dari de simila decimam decime intelligendum est de cōsueta decima decimandi. quasi decimā decimationis. vel decimam decimantem.

De iugi sacrificio

p Rius autem de iugi sacrificio videamus. Iuge sacrificium vel indeficiens: quottidie fiebat de sumptu publico. Mane offerebatur agnus agniculus in holocaustum. cum libamentis suis. vt tota die cremaretur in odorem suauem domino. Quo imposito sup altare. sacerdos cum prunis et thimiamate: et lotus intrabat tabernaculum. ponebatq; prunas cum thimiamate: sup altare incensi. et hoc vocabatur: consūmatio sacrificij. Tunc etiam quattuor de septem lucernis mortificabat. In vespere similiter ponebatur alius agnus in eundem modum. Et intrans cum thimiamate sacerdos: accendebat omnes lucernas. Et sic tota nocte in altari erat odor suauis domino. Uespertinum tamen sacrificium melius erat et pinguius matutino. quia sepe in die preter illud plura imponebantur. et inde dicebatur illud gratius domino: q2 pinguius nos dicimus gratius: quia mortē domini in vespere factam figurabat. Hos agnos quidam tradunt de sumptu tradi sacerdotum: iosephus vero de publico. Qui etiam quottidianam de sumptu sacerdotum: oblationem determinat. Offerebat enim sacerdos in diebus vicis sue. assarium farine oleo mixte. et modica decoctione durate. medietatem mane: et medietatē meridie sup altare. In hunc modum ecclesia mane et vespere offert domino: laudes et completorium. vel potius in pma et completorio: offert confessionē ad mutuo orandū tāquā iuge sacrificiū q2 sacrificiū nostrū deo est spirit' contrit' et humiliatus.

De sabbato et oblatiōibus eius

s Ollennitates legales: erant septem. Sabbatum. Neomenia. phase. pentecoste. festum clangoris. festum ppitiationis. cenofhegia. Sabbatum: interpretatur quies. et potest dici festum domini. Quia cum alia festa instituta et nominata fuerint ab aliquo euentu. vel ope eorum. hoc dicitur sabbatum: quia deus in eo quieuit. Inde est forte: quia puilegiatum est in duobus. quia in eo nec etiam licet cibum parare. nec vltra mille passus ire. Dicit aūt hoc festum legale. non: qn et ante legē. etiam ab exteris quibusdam nationibus obseruatum fuerit sabbatum. sed quia sub lege pmo

obseruatum est. ex precepto. Ea die: preter iu ge sacrificium. offerebatur duo agniculi immaculati cũ libamẽtis suis in holocaustũ.

De neomenia.

n Eomenie: sonat innouatio lune. Neos enim nouum. mene: luna interpretatur. Quia ergo iudei in legitimis suis: lunationes p mensibus habebant ex lege: diem noue lune vocabant kalendas legales. et erat dies ferialis apud eos. Ea die offerebãt vitulos duos. arietẽ vnũ. agnos anniculos. septem cum libamentis suis p singulos. Hircum quoqз p declinatione peccati. cũ libamentis suis omnia hec: in holocaustum.

De phase.

q Uartadecima die pmi mensis ad vesperum: comedebant agnum pascalẽ. et nox illa: dicebatur phase. i. transitus. ppter causas supius dictas. Eadem dicebatur pasca. i. immolatio. Sequenti die: inchoabat festum azimoꝝ. quod protelabatur septem diebus. quoꝝ dies prima et vltima sollẽnis erat. et ferialis ab omni ope seruili. Qđ ezechiel addit de festo prime dici aprilis. et alij de decima die qua tollebatur agnus. Unde et pmus mensis solet comparari septimo in sollennitatibus. forte: moyses causa breuitatis ptransijt. vel multa ad ampliandum cultum dei supaddita sunt. q̄ ezechiel psequitur. Sicut in sabbato đ portarum apptione. et prece pncipis. Post pmam diem sollẽnem: i. sextadecima luna: torrebãt igni spicas recentes. et grana manibus confricata offerebant domino assarium vnum. Cuius pugillum vel dragmam vnam: adolebat sacerdos super altare. reliquũ erat eius. Pro hac oblatiõne quidam putauerunt hoc festum non solum azimoꝝ dici: sed etiam festum nouoꝝ. errantes quia legunt nisan qn doqз vocari mensem nouorum. Ab hac sexta decima die dicit iosephus numerari septẽ ebdomadas. post quas statim erat pentecoste. Alij dicunt eas numerari ab altera die sabbati: q̄ erat in diebus azimorum. Quia littera historie si videtur sonare. Alij ab ipsa prima die azimoꝝ. ne plures q̄ quinquaginta dies inter pasca et pentecosten inueniantur. In his diebus septem per singulos dies in holocaustum eedem hostie. que et in neomenia cũ libamentis suis offerebantur.

De pentecoste.

p Entecoste: sonat quinquagesimus. Pentacon enim. quinquaginta. hebraice asartha. vel pentecoste: ipsa quinquagena dierum. quibus cõpletis. imminens dies. dicebatur pentecostes. i. cõsecutiuus. vel completiuus quinquaginta dieꝝ. Fiebat aũt in memoriam date legis. que qnquagesima die ab exitu de egypto data est. Eadem sollennitas: dicebatur festum ebdomadarum. quia supputatio vt dictum ẽ septem ebdomadibus ab altera die sabbati azimorũ fiebat. Qđ si volumus sequi iosephũ. sabbatum dicemus hic: pmam diem sollennem azimoꝝ. Dicebatur etiam pmitiuorũ. quia tunc de nouis frugibus offerebant duo panes: duoꝝ asariorum. de alphita siccata facti scđm iosephum: et fermẽtati. et ideo nihil ex his ponebatur sup altare. et cum eis agne duo: in esum tantũ sacerdotuз. et nihil ex his in crastinum relinqui pmittebatur. Erat et hoc festum septem dierum. p singulos offerebatur omnes hostie que et in neomenia et in diebus azimorum cum libamẽtis suis. Tamen videtur velle iosephus: tunc immolari vitulos tres. arietes duos. agnos quatuordecim.

De festo tubarũ.

p Rima die mensis septimi: duplex erat sollennitas. neomenia: et festũ clangoris. vel tubarũ. Unde: buccinate in neomenia tuba. In quo: buccinabãt cornibus pecorinis. Quia ea die libera-

tus est ysaac ne immolaretur: pecore substituto pro eo. Dicebatur etiam festum septimorum. vel sabbatum mensium. quia hic mensis septimus. fere: totus erat sollennis. Ea die. preter oblationes neomenie: offerebatur in holocaustum. vitulus unus. aries unus. agni anniculi septem. hircus pro peccato cum libamentis suis. Traditur. quia sub introductum est a iudeis de cereis. ut per ignem. etiam immolationem ysaac paratam significarent. Iterum a modernioribus translati sunt cerei ad decimam diem que est pro mortuis. forte: pro spe resurrectionis.

De festo propitiationis.

d

Ecima die eiusdem mensis: erat festum propitiationis. Quia ea die redijt moyses ad eos. referens deum eis placatum: super offensa vituli conflatilis. Ea die: ieiunabant homines et iumenta. a vespera usque ad vesperam: pro memoria mortuorum. Unde: et dicebatur etiam dies afflictionis. dicebatur quoque dies expiationis. quia ea die: sanguine vitule rufe expiabatur tabernaculum et altare: ut predictum est: . et fiebat cinis. ad expiationem immundorum. et ipsi expiabantur a peccatis illius anni. per emissionem hirci a popompeij. Erat autem oblatio diei illius: vitulus unus. aries unus. agni anniculi septem. hircus pro peccato: cum libamentis suis.

De scenophegia.

q

Uintadecima die mensis eiusdem: erat scenophegia. quod sonat: fixio tabernaculorum. In qua: per septem dies habitabant sub umbraculis: in memoria quadraginta annorum in quibus fuerunt in deserto: sub tabernaculis. Unde et festum tabernaculorum dici solet. Protelabatur autem septem diebus. quarum prima et ultima: erant solennes. Octauus etiam dies erat sollennis. non: quia esset de scenophegia. sed quia ea die conueniebant ad faciendam collectam. Forte in usus pauperum. vel in alios usus communes. Unde: et scenophegia quandoque legitur esse festum octo dierum. sed patres illi non seruierunt ebdoadi. Traditur quoque in quattuor diebus interpositis. a die decima usque ad hanc: hebrees obseruare ieiunia. Tradit iosephus quod in his octo diebus ferebant in manibus ramos mirre et salicis. et summitates palmarum. et virgulas mali persici: Fiebatque de cunctis fructibus terre oblatio domino. in gratiarum actionem. Oblatio vero septem dierum hec erat. Prima die offerebantur in holocaustum vituli tredecim arietes. duo. agni anniculi quattuordecim. et hircus pro peccato: cum libamentis eorum. Eadem oblatio arietum et agnorum et hirci. fiebat per singulos dies sequentes. sed de numero vitulorum unus subtrahebatur in dies. in prima quattuordecim. in secunda: duodecim. in tertia: undecim. in quarta: decem. in quinta: nouem. in sexta: octo. in septima: septem. In octaua que erat sollennis: offerebatur vitulus unus. aries unus. agni anniculi septem. et hircus pro peccato: cum libamentis eorum. Forte in septem diebus facta est subtractio vitulorum: ut in summa fierent septuaginta in memoriam. quia in septuaginta animabus intrauerunt egyptum. Hec sunt oblationes holocaustorum in septem sollennitatibus. et fiebant de publico. nec propterhoc cessabat indesinens sacrificium. nec hostie spontanee. vel necessarie. Et nota: quod ille tres sollennitates que septem diebus protelabantur. precipue dicebantur. et sabbatum quod interueniebat in illis diebus. dicebatur sabbatum sabbatorum: quasi sabbatum festorum. Alias festiuitates adiecerunt his hebrei: propter varios euentus. sicut encenia. et purim. i. festum hester. sed non dicuntur legales. i. non sunt in lege institute. Nota sollennitates dictas cerimonias. a cereis. i. luminaribus. vel a scarie et mene. quia tunc debent in nobis sor

des deficere. quasi scarimenie. vel a carendo muniis .i. officiis seruilibus.

De votis.

a Uouit quoq; dominus: de votis mulierū. Uidua. vel repudiata qc-
quid vouerint. vel in quo iuramen
to se obstrinxerint: implebunt. Filia familias
vel vxor tenentur ex voto. vel iuramento. nisi
pater aut vir contradixerit: statim vt audie-
rit. Si enim contradixerit: irrite sunt pollici-
tationes earū. ipse vero peccatum portabit: q̄
contradixit. Uir autem omne votum aut iu-
ramentum implebit: nisi forte de cōtinētia.

De destructione madian et prede diuisione.

Terum locutus est dn̄s ad moysen. Ulcisce
re filios israel de madianitis. & sic collige-
ris ad populum tuū. Armauit ergo moyses
de singulis tribubus mille viros. electos scz
duodecim milia. Prefecitq; moyses eis phi-
nees filiū eleazari. Uasa quoq; sancta .i. tu-
bas ad clangendum tradidit eis. Qui pro-
fecti. hostes vicerunt. Quinq; reges eorū et
omnes viros occiderunt: vrbes. viculos. &
castella: flamma consumpsit. Balaā quoq;
interfecerunt gladio. Mulieres & paruulos
pecora & omnē suppellectilem in p̄dam du-
xerunt. Dum aūt redirent moyses & eleazar
& omnes principes synagoge egressi sunt in oc
cursum eorū extra castra. visisq; mulieribus.
iratus moyses dixit ad eos. Cur feminas re
seruastis: Nonne ipse sunt que deceperunt
filios israel: Interficite omnes que nouerūt
viros. & omnem masculum: virgines tantū
reseruate. Feceruntq; ita. Et reseruate sūt vir
gines: trigintaduo milia. Et ait moyses. q̄
peccastis eritis immundi. quia occidistis et
tetigistis mortuos extra castra septem die-
bus. & purificabimini tertia & septima die
aqua aspersionis. Preda etiam quam tuli
stis: purificabitur aurū & quicquid p̄ ignē trāsi
re potest igne purificabit. Quod aūt ignem nō
potest sustinere: aqua expiationis purgabit.
Dixitq; dn̄s ad moysen. Tolle summam eo-
rum que capta sunt ab homine vsq; ad pe-
cus. & diuides predam ex equo. inter eos qui
pugnauerunt: & reliquam multitudinē. De
parte vero eorū qui pugnauerūt. separabis do-
mino. vnam animā de quingentis. & dabis
eam eleazaro. Ex media vero parte multitudi
nis accipies quinquagesimū caput. & dabis
leuitis. Quo facto: principes exercitus accesse-
runt ad moysen. & dixerunt. Recensuimus nu
merum pugnatorū quos dedisti nobis. & nec
vnus quidem defuit. Quamobrem offerimus
in donariis domini. quod in preda auri po-
tuimus inuenire. periscelides. armillas. anu-
los. dextralia. murenulas. vt depreceris domi-
num pro nobis. Susceperunt aurum moy-
ses & eleazar: & intulerunt illud in taberna-
culum.

De sorte tribuū duarū et dimidie

Filii autē ruben & gad & dimidia
f tribus menasse: habebāt pecora mul
ta nimis. & videntes amorream.
[illegible] & galaad. aptas pecoribus alendis.
rogauerunt moysen vt terram hanc eis con-
traderet. Existimans autē moyses ob timo-
rem pugne. & laboris hec eos quesisse malig-
nos eos appellauit. eo q̄ fratribus in erum-
na consistentibus ipsi vellent otiari. Ipsi
vero polliciti sunt. q̄ mulieres & paruulos in
tutis locis ordinarent. caulas ouibus & iu-
mentis stabula fabricarent. ipsi vero armati p̄
cederent fratres suos: donec eos introducerēt
ad loca sua. Sub hac itaq; conditione ter-
ram seon regis amorreorum. & og regis ba-
san susceperunt. Porro filii machir. filii ma
nasse: obtinuerunt galaad. Jair vero filius

manasse: occupauit vicos eius. et vocauit eos auoth iair.i.villas iair.

Cathalogus quadragintaduarum mansionum.

p Onitur hic cathalogus mansionū ab exitu de egypto. Fuerunt autem ante transitum maris rubri quatuor. Ramesse. socoth. ethan. phiaroth. A mari rubro vsq3 ad syna: decem. mara. helim. iā suph. quod sonat mare rubrum. vel scirpeū. Jam enim mare suph. rubrum. vel scirpus interpretatur. ⁊ potuit esse lacus scirpeus. quia hebrei quamlibet aquarū congregationem: vocant mare. Post iam suph desertuz sin. de feca. aluus. raphidim. solitudo synai A monte syna vsq3 ad cades. viginti vnum sepulcra concupiscentie. asseroth. rethma. remonphares. lembna. ressa. seel atha. mons sepher. arada. maccloth. thaath. thaare. methca. esimosa. moseroth. banciacham. mons galgath. iethebatha. ebrona. asiongaber. cades. A cades vsq3 ad campestria moab. nouem. mons hor. salmona. phinon. oboth. ieabarim. dibongar. helmon. deblathaim. mōtes abarim. campestria moab.

De vrbibus leuitarum et suburbanis.

Terum locutus est dominus ad moysen. ⁊ ⁊ distinxit terminos terre promissionis. ab ortu ⁊ occasu. meridie ⁊ aquilone. ⁊ nominauit pncipes tribuum: qui transito iordane cum iosue ⁊ eleazaro terram diuiderēt. Precepitq3 leuitas in omnibus tribubus dispsos habere quadraginta ⁊ octo ciuitates ad inhabitandum: ⁊ a muris forinsecus p circuitum. terram mille passuum obtinere. in qua suburbana essent ad pecora eorū alenda. Ex quibus ciuitatibus sex essent refugij. tres vltra iordanem: ⁊ tres citra. de quib' in deuteronomio dicetur.

De matrimonio contribulum.

a Ccesserunt autem filij machir. filij manasse ad moysen: ⁊ dixerunt. filie salphaat fratris nostri nobiscuz habent sortem ex precepto domini. Si ergo nupserint tribus viris alterius. quia filij eaꝝ sequentur tribū patris. minuetur hereditas nostra. ⁊ sortium distributio cōfundetur in iubileo. Occasione ergo filiarum salphaath: lex hec a domino pmulgata est. p moysen. omnes viri ducent vxores de tribu ⁊ cognatione sua. vt hereditas pmaneat in familijs ne cōmisceantur tribus sed maneant vt a domino sepate sunt.

Historia deuteronomii.

q Uinta ⁊ vltima hui' historie distinctio: hebraice dicitur helleddebarim. qd sonat: hec sunt verba grece dicitur: deuteronomius.i. secunda lex. deuteron enim scdm. nomia lex. Ex hoc nomine qdā errantes dixerunt: duas esse leges. vnā datā a deo. que in pcedentibus libris continetur. alteram datā a moyse: q in hoc libro. Addētes in assertionē sui erroris. qd de illa lege legitur. supra locutus ē dns moysi. d ista dicitur: locutus moyses ad omnē israel. Ad hoc dicebant q multa hic leguntur. que non supra. imo quedam quasi contraria. Quod nō

fieret. si hec esset predictorum repeticio.

v Erius sentiendũ est quia hic penta teucus non est nisi lex vna. q̃ etiã ab apostolo ⁊ aliis sepius vocatur lex moysi: q̃ lex dei. Hebreus etiã vocat hos quinq; libros: thorath. i. legem. Nec ob aliud dicitur liber hic: lex secunda. nisi quia p̃dicta hic iterantur quasi lex iterata. Iterant̃ aũt hic tria. ⁊ tribus de causis. p̃cepta. ⁊ cerimonie. ad cõmendationem memorie: ⁊ ipsorũ confirmationem. Beneficia dei: ad roborandam dilectionẽ dei in illis. flagella que sustinuerunt murmurantes: ad timorem incutiendum. Si vero in hac iteratione videtur aliqua p̃dictis inesse contrarietas in superficie verborũ: in intellectu tamen nulla est. fuerunt etiam qui dicerent hoc librum factum a Iosue transito iordane: quia legitur in p̃ncipio. hec sunt verba que locut' ẽ moyses trãs iordanem. Pro situ enim terre p̃mus: scriptura sacra dicere consueuit: vltra iordanẽ vel citra. Dicitur tamen liber moysi q: q̃d moyses verbo tradidit: iosue redegit in scripto. vi detur etiam hieronym' velle: q̃ iosue magnam huius libri scripserit p̃tem: Uerius videtur esse: q̃ scriptus sit a moyse. sed hoc in p̃ncipio apposuit esdras sic ⁊ in fine de morte moysi. Presertim: cum circa finem libri legatur. scripsit moyses legem hanc. ⁊ paulo post. postquam scripsit moyses verba legis huius in volumine: p̃cepit leuitis. Tollite librum istum. ⁊ ponite in latere arche federis. Legiturq; longo tempore post inuent' in ierusalẽ deuteronomius: in archa.

Epilogus cum additionibus et determinatiõibus

q Uadragesimo anno ab exitu filiorum israel de egypto vndecimo mẽse. p̃ma die mensis. vidẽs moyses diem mortis sibi imminere: locutus est ad omnes filios israel. congregans eos s̃cdm iosephum ad iordanem. in loco vbi nunc ciuitas abidal est. locusq; palmarum. Sane recapitulationem moysi prosequentes. que supra dicta sunt omittemus. sup̃addita dicemus quedam que videntur cõtraria: memorabimus determinando. Itaq; in recapitulando ait moyses. Dixi vobis illo tempore. Non valeo solus vestra negocia sustinere. date ex vobis viros sapientes. ⁊ ponam eos tribunos. centuriones. q̃nquagenarios. ⁊ decanos. Hoc videtur cõtrariũ p̃dictis. Supra enim consilio ietro dixit hoc factum esse. Utrũq; vero factum fuit. Primo enim ad cõsilium soceri faciendũ secreto disposuit. postea auctoritate ⁊ assensu populi cõpleuit. Ad pusillanimitatem quoq; eorũ confortandã: iterauit moyses de victoria og. regis basan. q̃ extiterat de stirpe gigantum. ⁊ in argumentũ magnitudinis eius. monstrabatur lectus ipsius ferreus. in rabath. filiorũ amon nouem cubitos habens longitudinis. ⁊ q̃ttuor latitudinis.

De ciuitatibus refugii trãs iordanẽ

s Eparauit moyses tres ciuitates refugii trans iordanẽ bosor: in tribu ruben. ramoth. in galaad. i tribu gad golam. in basan: in tribu manasse. Harum vsus: hic erat. Si quis nolens hominẽ occidisset: confugiebat ad aliquam harum. et ibi a consanguineis occisi tutus erat. Si eni extra fines alicuius harum inueniret eum. qui vltor sanguinis effusi esse debebat: impune percuteret homicidam. Erat enim in ea fugitiuus: vsq; ad reconciliationem cum propinquis. vel vsq; ad mortem summi pontificis. In qua omnes huiusmodi fugitiui securi redibant ad propria. Tamen si propinqui occisi volebant illum impetere: quod volens occidisset. et coram ciuibus

verbis eius hoc probarent: tradebatur eis ad occidendum.

De decima secunda.

Addidit quoqȝ moyses. Diliges do-
a minū deum tuū ex toto corde tuo.
⁊ ex tota anima tua. ⁊ ex tota for-
titudine tua. Addidit quoqȝ cum de manna iteraret. non in solo pane viuit homo. sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Panē vocat hic omnem cibum hominū. Consueuit enim scriptura panem ꝓ cibo ponere. et est sensus. Nolite mirari si cibum insolitum dedit vobis dominus. quia non in solis visitatis cibis vita hominum stabilita est apud dominum. sed solo verbo potest recreare noua: ex quib' viuat homo. Addidit quoqȝ inter beneficia ꝙ ꝑ quadraginta annos in deserto vestimenta eoꝝ non defecerant vetustate. nec sotulares attriti erant. ⁊ ꝙ euaserant serpentes. flatu vrentes circumstantia. quos forte supra dixit ignitos. ⁊ scorpiones ⁊ dipsades. que latine situle dicūtur. quia pimūt hominem siti. ⁊ adeo parue sunt. vt cum calcantur vix videantur. cuius venenū ante extinguit ꝙ sentiatur. Nec tristiciaȝ sentit moriturus. Dicitur autem situla ꝑ contrariuȝ. Vas enim quod situla dicitur aufert sitim. Hec affert: sicut pharetra que infert mortē. feretrum quia fert. vel aufert mortuū. vt etiā ostenderet que necessitas incumberet eis. obseruandi precepta domini in terra promissionis: addidit. quia non erat terra illa sicut terra egypti. que beneficio fluminis fecundatur. vbi ꝑ ortos aque diriuantur irrigue. sed erat montuosa ⁊ campestris. de celo pluuiam expectans. ⁊ ideo plurimum ibi colēdus deus. vt daret eis pluuias tempibus suis. temporaneā scilicet in autumno. vel hyeme. iactis seminibus nutriendis. ⁊ serotinaȝ ad incremētū in vere. vel estate. Addidit quoqȝ de terminis terre ꝓmissionis dicens. Omnis locus quem calcauerit pes vester: vester erit. A deserto quod est in meridie ⁊ libano: qui in septentrione. ⁊ flumine magno eufrate. qui in oriente vsqȝ ad mare mediterraneū erunt termini. vestri. hoc est mare quod tirrenum dicitur. Addidit quoqȝ ꝙ benedictiones ⁊ maledictiōes scriptas i libro hoc trāsito iordane in ingressu suo dicerēt in hūc modum. Sex tribus maiores natu ascenderent montem garizim cū sacerdotibus ⁊ leuitis. ⁊ sex minores montem hebal e regione. ⁊ q̄ in garizim: omnes benedictiones dicerent super legis obseruatores. ⁊ qui in hebal respōderent amen. Post ascenderent sacerdotes et leuite cum aliis sex tribubus in hebal. ⁊ omnes simul maledictiones imprecarentur trāsgressoribus. ⁊ qui in garizim: responderent amen. Et nota. quia cum enumerat gentes quas eicient de terra ꝓmissionis. fere vbiqȝ sex nominat. chananeum. amorreum. pherezeum. iebuseum. eueum. etheum. In hac iteratione ꝯo nominat septimū: gergeseū. Itē nota. quia abrahe ꝓmissum est. ꝙ decem delerentur que tunc reuera ibi erant. Sed cum venerunt illuc filii israel: iam tres erant delete. filii loth. deleuerant gigātes. filii esau. horreos. capadoces: ꝓtem eueoꝝ.

De decima secunda.

Addidit quoqȝ moyses quia non li-
a ceret eis comedere decimam in op-
pidis suis. nec ꝓmogenita pecorū.
nec primicias laborum. nec votiua. nec sponte oblata. sed tantum coram domino: in loco quem eligeret dominus. ibi comederēt cum vxore ⁊ liberis. seruo ⁊ ancilla. ⁊ leuita: qui concellaneus esset. In quo p̄cepto: videntur fraudari leuite. quib' ꝓmissa debebant. Proinde quidam dicunt hoc semel factum. cum primo scilicet terram obtinuerunt. Tunc eni obtulerunt predicta domino. ⁊ deinceps: reddiderunt ea leuitis. Sed hoc nihil est

quia nondum dominus locum sibi degerat in terra. Proinde alij dicunt: quia singulis annis hoc fiebat sic. Primam partem decime totius. vt primam. gdimam grani: primam amphoram vini vel olei separabat sibi. decimam dabat leuitis. ⁊ illam modicam partem decimarum: ferebat secum in ierusalem. ⁊ epulabatur inde coram domino. ⁊ hoc inde coniectant. quia hec decima precipitur poni in quartallo. quod modicum vas est. nec veram caperet decimam. Sz hi de primogenitis ⁊ p̄mitijs votiuis ⁊ spontaneis nihil determinant. Unde verior ē hic traditio hebreorum. Singulis annis hebrei duas faciebant decimationes bonorum suorum. p̄mam separabant leuitis. De hac dictum est. Desudet elemosina in manu tua. donec inuenias cui des. i. illum cui debes. Iterū nouē reliq̄s partes decimabāt. ⁊ hanc secūdam decimā sibi reseruabant. ⁊ ex ea ter in anno cum ascendebant in ierusalem: oblationes ⁊ epulas sibi ⁊ domui sue faciebant. ⁊ leuitam concellaneum. qui etiam cum eis ascenderat inuitabant. In eosdem vsus sibi reseruabant secundū animal. post primogenitum quasi scōm primogenitum. Et similiter post p̄mitias: tantundem sibi reponebant quasi secundas primitias. qui autē āpliora his i illis trib' vestis expendere volebat. aliqua de bonis suis adhuc separabat. ⁊ cum predictis reseruabat: vouens illa domino. Preterea quidam in illis sollennitatibus p̄terea que diximus sponte quedam expendebant ad honorem domini. ⁊ hec secundaria precepit moyses ferri ad locum sanctū. ⁊ comedere coram domino. tantū remotioribus licebat ista vendere in loco suo ⁊ ferre p̄cium secum. ⁊ emere sibi in ierusalem: quod desiderabat anima sua. Preterea tercio anno duabus decimis sublatis vt diximus. tertiam faciebant iterum decimationē in vsus pauperum. ⁊ hanc reponebant apud se. vt haberent vnde darent peregrino. et aduene. et pupillo ⁊ vidue: egentibus. ⁊ etiam leuitis si indigerent. In vsus vero proprios ex hac nihil impendebant. ⁊ de hac dictum est: omni petenti te tribue.

Addidit quoq; q̄ et si etiam frater. aut vxor. aut filius. aut amicus specialis psuaderet aliquem ad cultum ydolorum. forte: pp̄ter affluentiam que sequebatur gentiles. non occultaret eum. sed conuictum aut confessum populus obrueret lapidibus. ⁊ ille cui psuaserat: primus poneret manum suam sup eum. Eodem modo ciuitas aduersus ciuitatem insurgeret. ⁊ deleret eam si psuaderet a cultu dei recedere. Incisuras etiam ⁊ caluicium sup mortuos fieri prohibuit. quod est sanguinem suū fundere. ⁊ capillos tondere. ⁊ sacrare mortuis vt ethnici faciunt. Prohibuit etiam morticina comedi. sed addidit quia illa ⁊ sibi immunda. possent dare aut vendere peregrinis. ⁊ aduenis: quia alie nationes licite multis vescuntur: que interdicta sunt hebreis. Septimo quoq; anno quietis terre addidit moyses: ne creditor exigeret debitū a debitore hebreo dūtaxat a peregrino poterat exigere. ⁊ ob hoc vocauit illum annum remissionis. non ei' tamen cuius erat iubileus. In iubileo enim dimittebant debita. in hoc differebant petere. Prohibuit quoq; in p̄mogenitis bobus arari. ⁊ vellera p̄mogenitorū tonderi. p quod innuit: nihil de p̄mogenitis debere sumi vel fieri in vsus pp̄rios: quia leuitarum erant. Qd si maculam haberet p̄mogenitum: poterat mutari ⁊ comedi in loco suo. sed nō coram domino.

r

Epetens quoq; moyses de festo pētecostes ait. Septem ebdomadas numerabis tibi. ab ea die qua falcem in segetem miseris. ⁊ celebrabis diem festum ebdomadarū domino deo tuo. Hoc vt dicit hieronymus. hebrei nec ad litteram nec ad spiritum custodiunt. Tunc enim nō eodem die fieret pentecoste. quia alij tardius alij citius metunt. scōm statum regionum suarum. Fuerunt qui dicerent quēq; agricolam a p̄ma die messionis sue quinquaginta dies computasse. ⁊ ea die sibi ⁊ suis sollenne epulum parasse. ⁊ diem festum egisse.

non quidem pentecosten legalem. sed p col-
lectis omnibus quasi diem agebant sollenne.
Tradit iosephus. quia quintadecima luna
phase. die scilicet sollenni azimorum: offerebant
grana confricata domino. Et hec erat prima
missio falcis in segetem. et a sextadecima lu-
na numerabant septem ebdomadas post quas
faciebant pentecosten. Quidam tamen ut pre
dictum est dicunt: a die dominica que est in
festis azimorum debere numerari septem ebdo
madas. quia legitur in leuitico ab altera die
sabbati: numerabitis.

De appellatione ad summum sacerdotem.

p Recepit quoque iudices ciuitatum se-
dere in portis. quasi iudicaturi: in-
trinsecos et extrinsecos de finibus ci-
uitatis. Et ut in ore duorum aut trium testium
periret: qui interficeretur ab eis. Et quod manus
testium prima feriret in illum. Quod si contin-
geret iudices illos ambigere de sententia ali-
qua: ascenderent ad summum sacerdotem. et
quod iudicaret fieret. Quod si quis eius senten
tie non obediret: interficeretur. De his iudici
bus ciuitatum dicit iosephus quod septem eli-
gebantur in singulis ciuitatibus uirtute et
studio iusticie excepti. Unicuique uero eorum da-
bantur duo uiri ministri de genere leuitarum.
Testimonium mulierum non admittebant: pro-
pter leuitatem: nec seruorum: propter ignobilitatem
animi. pro qua de facili uel pro timore poterant
corrumpi. uel pro lucro. In appellationibus
non licebat pontifici iudicare sine propheta et se-
nioribus loci illius: quem degerat dominus.

De iusticia regis.

a Uidit etiam quod si quandoque sibi re-
gem crearent non alienigenam sed
contribulem. qui sine consilio pontificis et seniorum
nihil ordinaret. In ocio: semper deuterono-
mium legeret. uxores sibi non multiplicaret.
ne auerterent eum a recto. equos aut opum
pondera non multiplicaret. ne potentior factus:
seuiret in subditos. Terminos terre uel proprie
uel aliene non mutaret. Non enim procul est
ut leges transcendat: qui metas terrarum trans-
mutat. Hoc preceptum plurimum transgressus
est salomon. qui gloriatus est quod tantum reli-
querat in ierusalem auri et argenti: quantum
inuenerat ibi eris et ferri. Tandem tamen pe-
nituit: ut tradunt. de quo post dicetur.

De maleficis abiciendis.

Interdixit quoque secum habere ariolos. i. in-
spectores fibrarum circa aras. pro cognoscen-
dis futuris. et coniectores somniorum et augu-
res. i. gestus auium: aut garritus attenden-
tes. maleficos. i. immolantes pueros demo
nibus. uel saltem lustrantes. Incantato-
res. i. prestigios. qui intuentes fallunt. phito
nes. i. uentriloquos. qui per spiritum malignum
loquuntur. a phitio. i. apolline. sic dictos. diui-
nos. i. aruspices. i. astrorum inspectores. ni-
gromanticos. qui carminibus uel sacrificiis
euocant mortuos. quia prophetam suscita-
ret eis dominus de gente eorum: illum au-
dirent. De talione quoque legis occasione
falsi testis apposuit. ut si diligentissime perscru-
tantes deprehenderent falsum testem. redde
rent ei quod cogitauerat facere proximo suo.
animam pro anima. oculum pro oculo. dentem
pro dente. pedem pro pede.

De timidis et sollicitis remouendis

ab exercitu.

Addidit quoq; de exercitu ꝓgressu-
a ro ad pugnam. vt primo sacerdos
exercitum amoneret. ne timerēt ho-
stes. ⁊ sperarent tantū in domino. nō in ar-
mis ⁊ robore suo. Deinceps quisq; ꝑnceps
turme sue loqueretur ⁊ diceret. Quis ex vo-
bis ē formidolosus reuertatur. ne pauere fa-
ciat fratres suos ꝑterritus. etiam sollicitos
ꝓ negociis imꝑfectis. que reliquerant reuerti
ꝑciperet. Specificabat autē tria negocia. qui-
bus maxime tenetur affectus humanus di-
cens. Quis est homo qui edificauit domū
nouam vel iniciauit eam. reuertatur: ne for-
te moriatur ī bello. ⁊ alius dedicet eā. Quis
est homo qui desponđit vxorem. ⁊ non acce-
pit eam: Reuertatur: ne forte moriatur. ⁊ ali⁹
accipiet eam. Quis est homo qui plantauit
vineam. nec dum eam fecit cōmunem. d̄ qua
omnib⁹ vesci liceat: Reuertatur ne forte mo-
riatur. ⁊ alius eius fungatur officio. Quod
sic intelligitur. Si nouella vinee plantatio
ante quartum annū fructum faceret: immū-
dus erat. quia natura preter tempus vim fe-
cisse videbatur. nec ex eo ꝑmitias deo offerre.
aut quempiā edere licebat. Quarta ꝟo anno
vindemiabatur dn̄o. Omnē enim fructum
eius anni deferebat homo ad vrbem sanctā
cum secūda decima aliarum frugum. vt epu-
laretur ex his coram dn̄o. Quinto anno fie-
bat homo dominus vinee. ⁊ vindemiabat
sibi. Sexto anno ⁊ deinceps: erat quasi om-
nibus cōmunis. scđm consuetudinem corū
talem. Iter agentibus licebat intrare vine-
as ⁊ pomeria. ⁊ tanquā de ꝓpriis saciari. sz
extra deportare fas non erat. Neq; vindemi-
antes de his que ad torcular portabātur gu-
stare ꝓhibebant sibi occurrentes. Alia trans-
latio plana est. Quis est homo qui planta-
uit vineam. ⁊ de nouella eius non bibit: ⁊c.

Addidit quoq; ne cum gentibus terre ꝓ-
missionis fedus inirent. sed penitus extirpa-
rent. in quo post grauiter peccauerunt. Cum
finitimis autem gentibus pacifici quantum
possent ⁊ federati essent. Egressi ꝟo ad pug-
nam. si in numero captiuoꝝ mulierem quis
viderit pulchram virginem. seu iam nup-
tam. ⁊ uoluerit eam habere vxorem. nō ꝑus
cubile eius ascendet. donec illa raserit caput
⁊ circumcidat vngues. ⁊ lugubrē scema su-
scipiēs. defleat ꝑentes ⁊ amicos. quos ami-
sit in bello: triginta diebus. vt tandem luctu
satiata. cōuertat̄ ad epulas nuptiales. Tūc
liceat viro eam humiliare. Q̄d̄ si faciatus fu-
erit ⁊ nō sedebit animo eius. dimittat eam li-
beram. Non enim licet ei aut reuocare eā in
seruitutem: aut venundare aliī. Maleficum
quoq; suspensum in patibulo: eadē die iussit
deponi. ⁊ cadauer eadem die sepeliri. q᷑ ma-
ledictus erat omnis pendēs in ligno. i. suffi-
cit ad penam. ꝙ turpem ⁊ maledictam su-
scepit mortem. ne vltra ius pena tenderetur.
Abominabile; quoq; dixit apud dn̄m. si aut
mulier veste virili. aut vir veste feminea vte-
retur.

De his quibus fas nō erat intrare ecclesiam dei.

Addidit quoq; de differentia ingre-
a dientium ecclesiam dei: sic. Nō in-
trabat eunuchus attritis vel am-
putatis testiculis. ⁊ absciso veretro ecclesiā
dei. Nec manzer vsq; ad decimā generationē
amonites ⁊ moabites ⁊ post decimā gene-
rationē non intrabit in eternū. quia hii po-
puli propinqui hebreis exeuntibus de egyp-
to: occurrerunt eis cum pane tantū. cum sen-
tirent eos laborare siti. in deserto. Et condu-
xerunt aduersus eos filium beor. Potest in-
gressus in ecclesiam dici. ingressus in atriū
mūdoꝝ a quo arcebant̄ q̄dā in eternū. q̄dā
ad tempus scilicet vel vsq; ad aliquē termi-
num dierum suoꝝ. de quibus alibi. vel vsq;

ad terminū successionū: de quibus hic agi-
tur. Hebrei verius tradit. dicens ingredi
in ecclesiam dei esse. de filiabus israel ducere
vxorē. Et sic: in se. et in genere suo fieri de po-
pulo dei. Tamen scdm hoc frustra videtur
esse pmissum de eunucho. Sz neqz si ille vel-
let vxorē de israel ob pecuniam. vel ob quā-
libet causam ei non liceret. Forte: quia solū
manzerem nominauit. non excludebatur ab
ecclesia: spurius vel nothus. Manzer autem
ppie est de scorto natus. spurius de concubi
na: p spurcitia incontinentie. Nothus: qui
de adultera. Videtur enim cum non sit: ve-
rus esse de matrimonio filius. sicut et nothas
febres dicimus. que nunc quartane aut hu-
iusmodi videntur: non sunt aūt. Manzer aūt
nō copulabatur filiabus israel. nec filius etiā
eius de legitima. nec nepos: vsqz ad decimū
successorem. Hic poterat intrare ecclesiaz. qz
penitus extincta erat memoria antiqui op-
probrij. Ecclesia nō solū manzeres. sed et spu
rios excludit ab ordinibus. De hoc qd phibi
ti sunt pdicti duo populi intrare. augustinus
dicit. quia in decima generatione poterant.
pp̄ter ruth moabitidam. que intrauit. de q̄
solemon genuit obeth. Sed quia generatio-
nem ruth nescimus. ab abraham contempa
neo moab decem numeramus generationes
vsqz ad matrimoniū ruth. Qd aūt additū
est in phibitionem in eternum. p hoc qd ibi
dem pmissum est debet exponi scz nisi post
decimam generationē. Vel quia dixit amo-
nites et moabites. q̄ nomina masculini sunt
generis. nec dixit. amonitis et moabitis. de
viris facta est phibitio: non de mulieribus.
quia forte nec mulieres occurrerunt hebreis
in deserto.

a Non erit quoqz nō erit meretrix nec
scortator in israel. Nō offeres mer-
cedem pstibuli. nec pciū canis
in domū dñi dei tui. quia vt dicit iosephus:
mercedem p coitu canis venatici vel custo
des gregum non licebat offerri. quia ex his q̄
de cōtumelia pcedunt. diuinitas nō delecta
tur. Item. non fenerabis pecuniā ad vsurā.
nec fruges. nec aliud aliquid: fratri tuo. sed
alieno. Sed quod dictū est de fratre: pceptū
est. Quod de alieno: pmissio. sicut pmissio
fuit qd sequitur de libello repudij.

De libello re-
pudii.

Vir apud quem vxor sua non inue-
v niebat grām p aliquam feditatē.
que multimode puenīūt scribebat
qd nunquā conueniebat cum ea. et causaz ob
quā displicebat ei mulier ne conueniret et tra
debat libellū in quo scripta erant hec mulie-
ri. vt coram sacerdotibus legeretur. et cum iu
rasset verum esse qd scripserat. licebat vtriqz
alij copulari. Qd si ingrederetur mulier ad
alterum. qui iterum daret ei libellum repu-
dij. priori viro non licebat eam recipe. quia ab
ominabilem fecerat eam coram dño. Modo
p nulla feditate vxor excluditur. nisi ob solaz
fornicationem. neqz sic etiam eos licet migra
re ad secunda vota. Tamen quedam ecclesie
modo de nouo introduxerunt lepram. quia
morbus serpens est et contagiosus. Item q̄
nup accepit vxorem. non pducetur ad bellū
nec ei quicquā necessitatis publice iniungetur.
vt vno anno letetur cum vxore sua. Potest
aūt intelligi annus iste nupcialis. nō vsua-
lis decem scilicet mensiū tantū. iuxta quē nu-
merum dicitur annus luctus. quo mortuo
viro non licet vxori transire ad aliū ante de-
cem menses: quia forte concepit de primo. et
posset fieri dubiū. cui virorū ascribendus esset
partus. phibuit quoqz ne liberi ancillas du-
cerent vxores.

De plagis qua
rum maior qua-
dragena.

Item. si viderit iudex reum dignum plagis: psternet eum coram se. et faciet verberari p mensura peccati. erit et plagarum modus. ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedant. sic et penitetes excomunicatos plagis cedimus. scdm numerum versuum alicuius psalmi. quem dum cedimus cantamus. Josephus dicit. quadraginta plagis una minus: habena publica verberandum. Liberum aut hominem turpissimum erat penam hanc sustinere.

De suscitatione seminis et modis discalciandi.

Uxorem que sine filiis a viro fuerit relicta. accipiet eam frater eius. et primogenitum ex ea filium fratri defuncto annominabit. i. filium defuncti non suum vocabit. et nutriet hereditatis successorem: quem suscitauit. Quod si noluerit frater suscipere relictam que sibi debetur ex lege. interpellabit mulier iudices in porta. et accersito eo si accipere eam noluerit. mulier coram eis tollet calciamentum de pede eius. et spuet in faciem eius. et dicetur domus eius domus discalciati: opprobrium in israel. Alibi legitur. quod qui ducturus erat eam alius discalciabat illum. scdm quod iohannes dixit. Non sum dignus soluere corrigiam calciamenti ei9. Quod forte fiebat: si presto alius erat ducturus eam: si frater repudiaret. Quandoque enim nullus ducturus erat eam: et tunc mulier discalciabat. Quandoque etiam frater. non interpellante muliere psitebatur iudicibus se nolle habere eam. et tunc ipse seipsum discalciabat. Iterum alibi legitur. quod nolens suscitare semen fratris. se discalciabat. Item si mulier apprehenderit virilia viri alterius rixantis cum viro suo: abscides manum eius nec flecteris super ea misericordia aliqua. Item non habebis pondus et pondus. mensuram et mensuram maiorem cum qua emas: et minorem cum qua vendas. hoc enim abhominabile est dno.

De quibusdam permixtionibus diuersi generis rerum cauendis.

Addidit quoque moyses de quibusdam permixtionibus rerum diuersi generis cauendis: dicens. Non seres vineam tuam altero semine grani scz: vel leguminis. ne et sementis quam seuisti. et que nascunt ex vinea pariter santificent. ne scz unam decimam. et singulares primitias des. tanquam de uno agro. cum de utroque fructu separatim danda sint. vel ne hac occasione velles primitias sementis vel vini non dare. quia simul non sanctificantur. Nam sementis primo anno. vinea quarto. Facta ergo altera sanctificatione. forte putares sufficere: ad uni9 agri sanctificationem. Alia lra habet. ne pariter suffocentur: quam videtur velle iosephus dicens hanc comunionem phibitam esse. quia dissimilium comunione natura non letatur. Item. non arabis in boue simul et asino. Cuius sensum ponit iosephus: bobus scz terram tantum arandam esse. ut nomine asini. quelibet animalia alia exclusa esse intelligam9. Hebrei tradunt ob hoc dictum quia noluit dns seruili iumento. i. asino regem iumentorum copulari. Quattuor enim quasi regia animalia ostendit dns ezechieli. Homo enim rex est omnium animalium. sub quo leo rex est ferarum. Aquila rex auium. bos rex iumentorum. Quidam hebrei puerilius exponunt. quia scz bos ruminat. putaret ipsum asinus comedere. et fame afficeretur. et deficeret. Item. non indueris vestimento. quod ex lana linoque contextum est. quia ut dicit iosephus. Hec vestis solus sacerdotibus erat concessa. Hoc usque adeo obseruant

iudei. vt nec pelles nec aliquã laneam vestẽ nisi filo laneo consuant. Tradit quoq; iosephus. iumenta diuersi generis ꝓhibita commisceri. ne iniuria hec transiret ad homines vt pecudibus cõmisceri licitum putarẽt. Multo enim in minoribus ꝓhibita dicit. ne ad maiora ꝑ simile fieret accessus.

p Recepit etiam eis dñs. vt cũ dominarentur in terra ꝓmissionis. delerent amalech ð sub celo. quia ipsis transeũtibus ꝑ desertũ plurimũ nocuerunt. extremos sc; agminis. i. fessos ⁊ leprosos. et semine fluentes. eos sc; q̃bus nõ erat fas ingredi castra interficientes. Et subdidit dñs huic ꝑcepto. caue ne obliuiscaris. qð q: transgressus est saul. translatũ est regnũ a domo eius. Item. cũ intraueris terram ꝓmissionis: tolles de cunctis fructibus tuis ꝑmi. i. as. ⁊ pones in q̃rtallo. vaseq; vimineo. ibisq; ad locũ quem dñs elegerit. ⁊ facta oblatione. stans e diuerso altaris. gratias ages deo coram sacerdote. quia liberauit patrẽ tuũ iacob. a syro cũ ꝑsequẽte sc; laban. ⁊ filios ei⁹ de egypto. Et tandẽ dedit tibi terram lacte ⁊ melle fluentẽ. Hoc semel factũ quidam tradunt in ingressu terre. Sed singulis annis tradit iosephus has gratiarũ actiones agendas in cenophegia. imo bis in die. ⁊ vespe ⁊ mane iugiter testificanda ab eis dona dei dicit. Item. quando transieris iordanẽ. edificabis altare dño. ⁊ scribes sup lapides omnia verba legis huius. plane ⁊ lucide. Itẽ. postq̃ enumerauit moyses benedictiões obseruantiũ legem. ⁊ maledictiones trãsgressorum. in fine maledictionũ ait. Reducet te dñs classibus in egyptũ. vbi venderis hostib⁹ tuis in seruos ⁊ ancillas. ⁊ non erit qui emat. In alexandria enim vt dicit iosephus multa milia iudeoꝝ vendita sunt. ⁊ vix habuert emptores. In hac recapitulatione ponit iosephus. ne venenũ aut mortiferũ quid. vllus israhelitaꝝ habeat. ⁊ apud quem inuentum fuerit moriatur. hoc patiens q̃ ille cõtra quẽ confectũ ꝓbatur: pateretur. Facta recapitulatione tradidit moyses deuteronomium leuitis. vt reponerẽt eum in archa dñi: vt in septimo anno remissionis: legeretur vniuersis vtriusq; sexus audientibus. in diebus scenophegie a summo sacerdote inedito: vt dicit iosephus. Itemq; ait moyses. Scio intẽtionem tuã ⁊ ceruicem durissimam. Adhuc me viuente vobiscũ: semp contentiose egistis contra dñm. q̃ntomagis cum mortuus fuero: Ideo iterũ moneo vos ne faciatis. Ideo do: quia in testimoniũ huius amonitionis hominũ deest mihi testimoniũ. aut inutile esset. quia mortales sunt. immortalia elementa in testimonium inuoco.

Canticum testimonii.

l Ocutusq; est moyses audiẽte vniuerso cetu: verba carminis hui⁹. Audite celi q̃ loquor. audiat terra verba oris mei ⁊c. Cuius hũc versum tñ ad litteram exponimus. Constituit terminũ iuxta numerũ filioꝝ israel. i. sc̃dm numerũ ꝑsonarum que intrauerunt egyptũ: posuerat dñs nationes linguarũ. Hebreus sic legit. Constituit dñs terminos populoꝝ. sed terminas; filioꝝ israel cõstituit iuxta numerũ. quasi diceret. Israel tanquã carum numerauit. alios quasi viles numero non distinxit. Alia editio habet. iuxta numerũ angeloꝝ dei.

De morte moysi post quã benedixit populo.

l Ocutusq; est dñs ad moysen eadem die. Ascẽde ad montẽ abarim. in monte nebo. i. ꝑ illum transi in istum. ⁊ vide terram chanaan. ⁊ morere. Sz antequã ascenderet moyses benedixit filiis israel. Benedictionẽ ꝯo incepit in hũc modũ

Dominus de syna venit. ⁊ de seyr ortus est
nobis. Apparuit de monte pharan. in dexte-
ra eius ignea lex. Tradunt hebrei qꝫ domin⁹
misit angelos suos ad idumeos. ⁊ ad isma-
helitas in pharan. ⁊ obtulit eis legem suã.
quam cũ recipe nollent venit ad iudeos in
monte syna. cum multis milibus angeloꝝ
Datis benedictionibus singularũ tribuum:
ascendit moyses sup nebo. vsqꝫ in verticem
ipsius. qui dicitur phasga. ⁊ ostendit ei dñs
omnẽ terram pmissionis. vsqꝫ ad mare no-
uissimũ. ⁊ partem australem. ⁊ latitudinem
campi ierico. quę alio nomine dicta est ciui-
tas palmarum: vsqꝫ segor. Mortuusqꝫ est ibi
moyses in terra moab domino iubente. ⁊ se-
peliuit eum dominus in valle terre moab. ⁊
non cognouit homo sepulchrũ eius: vsqꝫ in
hodiernum. Quod ideo factum autumant
hebrei. ne ipsi moysen p deo colerent: qꝛ proni
erant ad idolatriam. Moyses centum vigin-
ti erat annoꝝ: quando mortuus est. Nec dũ
tamen caligauerat oculus eius. nec dentes
eius moti sunt. Et fleuerũt eum filij israel: tri
ginta diebus.

e T non surrexit vltra pphta in isrl
sicut moyses. quem nosset domin⁹
facie ad faciem. i. adeo familiariter
Hoc capitulum finale vt ferunt apposuit es-
dras. sicut ab illo loco. Ascẽdit moyses vsqꝫ
ad hunc: ferunt iosue apposuisse.

b Ec sunt verba que locutus ẽ moy-
ses ad omnem israel. i. quibus cor-
ripuit israel de decem temptationi
bus quibus temptauerunt deum. Unde in
numeris. Et temptauerunt me iam p decẽ
vices. Bis temptauerunt p aque penuria. d
pma in exodo legitur. Ait populus ad moy-
sen. Da nobis aquam vt bibamus. De secũ
da legitur in numeris. Hec est aqua cõtra-
dictionis ⁊c. has duas notauit hic cum di-
xit in solitudine. Bis etiam temptauerunt
in manna. semel cum reseruauerunt in alte-
rum diẽ. vnde in exodo. Nullus reseruet ex
eo vsqꝫ mane. Secundo: cum collegerunt in
sabbato. De qua post in exodo. Uenit dies
septima ⁊ egressi d populo vt colligerent nõ
inuenerunt. Has duas notauit cũ ait. In-
ter pharam ⁊ tophel ⁊ laban. Pharam in-
terpretatur onager. Tophel stulticia. Laba
album. Quasi diceret. Siluestres ⁊ stulti:
bis temptauerunt deum sup albo. Erat eni
vt legitur manna. quasi semen coriandri al-
bum. Duo quoqꝫ temptationes carnium.
De pma in exodo. Uespe comedetis carnes
⁊ mane saturabimini panibus. De secũda
in numeris. Adhuc carnes erant in dẽtibus
eoꝝ. ⁊ ecce furor domini cõcitatus est in po
pulum ⁊c. Has duas notauit cũ ait ⁊ asse-
roth. que est vrbs iuxta solitudinẽ. in cui⁹
territorio facta est secunda temptatio. In q̃
pma subintelligitur. Quattuor alie tempta
tiones fuerunt singule. nec hoc ordine facti
sunt. sed nos pus diximus binas. deinde sin-
gulas Quartum vna fuit in campestri: con
tra mare rubrum. vbi non crediderunt moy
si dicenti. pemptos egyptios. sed potius eos
subsequi timuerunt. De hac dicitur. patres
nostri non intellexerunt mirabilia. Alia nota
tur vbi ait. Ubi est auri plurimum. Hebre-
us habet. ⁊ auri abundantiam. in quo nota
tur vitulus aureus. Alia notatur vbi ait. vn-
decim diebus de choreb. ad montẽ seyr. Tot
enim diebus a loco ydoli venerunt ad mon-
tem. Quem cum ascendissent moyse prohi-
bente. chananeus ⁊ amalechites percusserũt
eos vsqꝫ horma. Unde moyses in deutero-
nomio. Egressus amorreus psecutus vos
sicut solent apes psequi. ⁊ cecidit de seyr vsqꝫ
horma. Ultima notatur vbi ait. Usqꝫ ca-
des barne. vbi populus voluit in egyptum
redire. Corripuit ergo eos moyses. de his q̃
fecerant in solitudine. ⁊ in campestri: contra
mare rubrum ⁊c.

Explicit pentha theucus.

Incipit liber iosue.

l Iber iosue a nomine
auctoris censetur. qui
et idus dictus est. nam
iosue et iesus: idem est
nomen. cognominatus
est aūt a patre. iesus.
naue. vel iosue bennū.
idest. filius naue: vel filius num. quod idem
est. Cognominatur aūt sic ad differentiā ie-
su filij syrach: et nepote iesu magni sacerdo-
tis. qui scripsit ecclesiasticū. Et nota. qz scḋm
hebreos hic incipit secūdus ordo veteris te-
stamenti. qui distinguūt vetus testamentū:
in tres ordines. Primū vocant legem. secun
dū ꝓphetas. tertium agiographa. in lege po
nūt quinqz libros moysi. In ꝓphetis octo.
iosue. iudicum. samuel. malachim. esaiam.
ieremiam. ezechielē. duodecim ꝓphetas. In
agiographis ponūt nouem libros veteris te-
stamenti. qui sup̱ sunt. hij dicūtur agiogra-
pha. i. sanctoꝝ scripta. Quod nomen cōmune ē
omnibus sacre scripture libris. Et quia hij no
uem nō habuerunt eminētiā p̄ ceteris scḋm
quā agnominarētur cōmuni nomine cōten
ti sunt. sicut hoc nomen confessor. generale ē
omniū sanctoꝝ. tamen: quidam illoꝝ scḋm
eminentiā aliquā quā habent. alijs nomini-
bus cēsentur. Dicūtur alij apostoli. alij mar-
tyres. et huiusmodi. In hunc etiam modū.
vltimus ordo angeloꝝ cōmuni nomine om
niū nūcupatur. Origenes aūt scḋm grecos
in p̄mo ordine septem ponit libros. addens
pentateuco iosue. iudicum. et vocat ordinez
illū eptaticū. ab epta quod est septē. et theu-
cos: quod est volumen. In quocūqz aūt or
dine sit liber hic: historia non mutatur.

De iosue.

f Factū ē ergo post mortē moysi et q̄
escente luctu populi p̱ eo. Locutus
est dn̄s ad iosue filium num. Moy
ses seruus meus mortuus ē. Surge et trās
iordanē hūc. tu et oīs pp̄s tecū. sicut fui cū
moyse ero et tecū. et eadē q̄ moysi ꝓmiserat
et fere eisdē verbis ꝓmisit ei. et eosdez termi-
nos terre ꝓmissionis descripsit. Et nota qz
cum dixit: moyses mortuus est. sugillauit er
rorem quorundā dicentiū: moysen raptū esse
cū helia et enoch. qm̄ nullū vestigiuz mortis
eius relictū est. ꝙ vero addidit seruus meus:
destruit et alioꝝ errorē dicētiū: moysen dam
natū eternaliter: ꝓpter aquas cōtradictionis
Quod vero dixit surge: locutio est et non sensus.
Nō enim credēdus est sedisse. vel iacuisse: cū
loqueretur ei dn̄s. Tūc p̄cepit iosue populo
p̱ p̄cones. preparate vobis cibaria. qm̄ post
diē tertiū transibitis iordanem. ꝙ de cibarijs
alijs a manna intelligēdū est. ꝙ in tertium
diē reseruari nō poterat. Hoc de humano cō
silio dixit iosue neqz enim trāsierūt iordanez
vsqz i septimū diē. Exploratores enim quos
tūc misit. p̱ triduū morati sunt. post redituz
quoꝝ: triduo expectauit popul⁹ diminutio-
nē aquarū. et p̄parauit sibi cibaria iuxta mā-
datū iosue. Permisit ergo dn̄s vt ait augusti
nus: errare iosue. ne deinceps simile aliquid
sine diuino cōsilio aggrederetur. p̄sertim cū
dixisset dn̄s moysi in electione eius. iosue suc
cedet tibi. p̱ eo: si quid agere voluerit: elea-
zar consulet dn̄m. Quod aūt errauerit patet.
Ignorabat enim vtrū in tertiū diē nubes at
tolleretur. sine cuius motu nō mouerentur
castra. Quidā tn̄ asserūt. hoc p̱ anticipatio-
nez dictum nec mandatū esse a iosue. donec
redierunt nuncij.

De exploratoribus raab.

m Misit ergo iosue duos exploratores
de sethim in iericho. Ipse vero inte-
rim mouit castra. et metatus ē ca

spacio quadraginta stadiorum a iordane. Exploratores aũt sub simulatione fatuitatis diligenter consideraverũt urbem. ⁊ immunita loca eius. In vespa declinaverũt in domo raab meretricis. que iuncta erat muro. ⁊ porte ciuitatis. Nunciatũ est aũt regi ierico dicenti: viros exploratores esse. Qui cum misisset ad raab ut educeret eos: abscõdit eos in stipula lini quã siccabat supra murũ. mentiens eos egressos dũ clauderet porta. Dixitq; nunciis persequimini eos per viam iordanis. ⁊ comprehẽdetis. Tũc ascendẽs ad viros quos operuerat: dixit eis. Noui quod dñs tradet vobis terrã hanc. ex his que audiuimus facta pro vobis a dño. Iurate ergo mihi per dñm ut quomodo ego feci vobis misericordiam: sic ⁊ vos facietis mecũ. ⁊ cũ vniuersa domo patris mei ut saluetis animas nostras. ⁊ vniuersa que possidemus. At illi iuraverũt. Tũc dimisit eos mulier per funem coccineũ. de fenestra domus que herebat muro. ⁊ ait eis. Latete in montanis tribus dieb⁹. donec redeant qui vos persecuntur. Qui dixerunt ei. Non tenebimur iuramento: si nõ collegeris cum capietur ciuitas omnẽ domũ tuã tecũ. ⁊ ligaueris funem hunc in fenestra. ut hoc signo domũ tuã cognoscamus. Itaq; post tres dies redierunt exploratores ad iosue. narrantes omnia que sibi acciderant. Iosue vero ⁊ eleazar ⁊ maiores populi: ratũ habuerunt iuramentum eorum.

De transitu iordanis.

Postea vero tribus diebus euolutis: dixit iosue ad populum. Sanctificamini. cras enim faciet dñs inter vos mirabilia. Diluculo vero ait ad sacerdotes. Tollite archam. ⁊ precedite populũ spacio cubitorum duũ miliũ: ut videri possitis ab vniuersis. Cũq; intraueritis partem iordanis siccabitur instar pauimenti. Cũq; precederent sacerdotes cum archa: sequebatur vniuersa multitudo. paruulis ⁊ mulieribus i medio collocatis. Precedebantq; ruben ⁊ gad. ⁊ dimidia tribus manasse. secundum quod promiserant moysi. Erantq; quadraginta milia armatorum. In paralipomenon legitur tũ quinquaginta milia. In quo multa vicio scriptorum deprauata sunt. Accedentes aũt ad iordanem. repererũt eum immeabilem. plus enim solito tempore triticee messis excreuerat. tum: pro solutione niuiũ in montibus facta. tũ propter imbrem serotinum nouiter datum. Cũq; intrassent sacerdotes aquã: steterũt aque descẽdentes. ⁊ instar montis intumescentes: apparebant procul usq; ad locum qui dicitur sathan. Inferiores vero aque descẽderũt in mare mortuũ. Sacerdotes aũt stabant in medio fluminis cum archa. donec vniuersus populus per arentẽ alueũ pertransiret. Tũc degit iosue duodecim viros. singulos de singulis tribubus. qui tulerũt de loco ubi steterãt sacerdotes duodecim lapides iuxta numerũ filiorum israel in siccum. de sicco vero retulerũt in alueũ alios duodecim in aceruũ memorialẽ transitus eorum. ⁊ sunt ibi usq; in hodiernum diem. ad quos iohannes creditur demõstrationem fecisse: cum dixit. Potens est dñs de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Cũq; transisset populus ⁊ archa post eos: reuerse sunt aque in alueũ suũ. Ascenditq; populus de iordane primo mense decima die primi mensis. tollentesq; secum duodecim lapides fluminis. castrametati sunt in galgalis per decẽ stadia a ierico ad orientem. quinquaginta vero stadiis a iordane. Iosue vero construxit altare de lapidibus quos tulerant. ⁊ super illud postea sacrificauit deo. Et nota quia sicut legitur i cronicis eusebii: secundum hebreos ille annus erat iubile⁹. ⁊ erat quinquagesimus prim⁹ inter iubileos. quasi fluxissent ab inicio mundi: anni duo milia quingenti quinquaginta. singulis iubileis: per quinquagenos annos deputatis. Secundum septuaginta vero longe plures anni fluxerant. ab inicio mũdi. Beda quoq; in cronicis suis ponens numerũ annorum secundum hebraicam veritatẽ: probat de predicta summa

annoꝝ: septem annos defuisse.

De circumcisione in galgalis.

e O tpe ex ꝑcepto dñi circumcidit iosue populū secūdo cultris lapideis. tñ hebreus habet nouaculis acutis. Nec intelligendum est: ꝙ idem homo iterū circūcideretur. sed ꝑuuli qui nati fuerāt in deserto ꝑ quadraginta annos. incircumcisi erant. alij: ex mandato dñi. alij ꝟo: ex negligentia parentū. alij aūt: ex eorundem cautela. ne forte mox circūcisis: attollerēt nubes. ⁊ necesse haberent ꝓgredi. ⁊ sic ꝑiclitarentur paruuli. Facta aūt circūcisione: dixit dñs ad iosue. Hodie abstuli a vobis opprobriū egypti. i. ꝑputiuꝫ qđ apud hebreos: opprobrium erat immundicie gentiū. ob hoc vocatū ē nomen loci galgala. i. reuelatio quasi sanctificatio scđm illud. Facta est iudea sanctificatio eius. Potest tñ dici opprobriū ablatū ab eis. seruitus egypti ⁊ labor deserti. qđ congruit: scđm aliā nominis interꝑtationē. Interꝑtatur enim galgala: libertas. Porro mansit populus in castroꝝ loco donec sanaretur et fecerunt phase: quartadecima die ad vesꝑuꝫ in campestribus iericho. Quod nondū nisi bis factum fuerat. primo in finibus egypti circa ramesse. secūdo: ad radicem montis syna: secundo anno egressionis. extunc: intermissum fuerat cum circucisione vsqꝫ ad terram promissionis. ⁊ comederunt de fructibꝰ terre die altero: azimos panes. ⁊ polentam eiusdem anni. Est autem polenta. grana costa ⁊ manibus confricata. ad modum grani: pilo tonsi. ⁊ dicitur polenta. quasi pilenta Quidam tamen tradunt: polentam esse pultes. de purgatissima farina factas. ⁊ dictaꝫ polentam quasi pollentam. a polline. quod est purgatissima farina. statimqꝫ defecit eis manna. quo aliti fuerant quadraginta annis.

De euersione iericho.

e Ademnocte cum esset iosue ī agro iericho ad explorandū: vidit viruꝫ stantē cōtra se gladio euaginato. ⁊ ait. Noster es an aduersarioꝝ: Qui respondit. Nequaquā. sed ꝑnceps sum exercitꝰ dñi. ⁊ nunc venio. Et docuit eū angelus de modo capiendi ciuitatem. ⁊ ꝙ eam ⁊ vniuersa illius faceret anathema. Cūqꝫ adorasset iosue ꝓnus in terram: dixit ei angelus. Solue calciamētū de pedibus tuis. Locus enim in quo stas sanctus est. quod intelligenduꝫ est. sanctificatus ē. Qui enim pollutus erat in habitatione gentiū: ad ꝑsentiam domini ꝑ angelū sanctificatus est. Porro ꝑ nuditatem pedum in huiusmodi locis sanctis. ⁊ in penitentibus potest notari innocentia: q̄ talibus congruit. Eam enim habuerunt primi parentes nudi. Diluculo aūt iuxta consiliuꝫ angeli septem sacerdotes septē buccinis clangebant: ante archam. Omnisqꝫ armatus ꝑcedebat archam. ⁊ reliquū vulgus sequebatᷣ eam. Circūierūtqꝫ ciuitatē ꝑmo die azimorum semel ⁊ sub silentio. ⁊ redierūt in castra sic fecerunt sex diebus. Die aūt septimo. septies eam circūierūt. ⁊ in circūitu septimo dixit iosue ad populū. Vociferamini. ⁊ ascendite. sitqꝫ ciuitas hec anathema. ꝑter aurum ⁊ argentū. es: ⁊ ferrū. qđ cōseruabitur dño in ꝑmitias opum nostroꝝ. Sola raab cuꝫ suis saluabitur. Igitur vociferāte populo ⁊ clangētibus tubis: muri funditus corruerūt ⁊ ascēdit quisqꝫ ꝑ locū qui cōtra se erat. ⁊ interfecerunt omne viuens in ea. ⁊ cōbusserunt eā. ⁊ omnē supellectilē in ea: in tumulum dño sempiternū. Raab ꝟo honoratā muneribus: cū omni domo sua receperunt in israel ī ꝑpetuū. Quā ꝓcedēte tpe duxit salomon in vxorē. ꝑnceps in tribu iuda. Tūc imꝑcatus est iosue dicens. Maledictus q̄ reedificauerit iericho. In ꝑmogenito suo fundamenta illꝰ

faciat. et in nouissimo liberam ponat poenas suas. Quod impletum est ut post legimus.

De lapidatione achor.

P Orro achor uel achan filius charmi de tribu iuda: tulit aliquid de anathemate. clamidem scilicet coccineam contextam auro. habentem secundum iosephum quam maxam. i. ducentos siclos. tulitque totidem siclos argenti. regulamque auream. uel lingulam quinquaginta siclorum. Misitque iosue uiros de iericho qui explorarent hay. que est iuxta bethel. qui reuertentes dixerunt. Non ascendat omnis populus. Sufficiunt tria milia ad capiendam urbem. Josephus tamen dicit triginta milia. Qui cum ascendissent terga uertentes percussi sunt a uiris urbis hay. et corruerunt ex eis triginta et sex uiri. Josue uero scidit uestimenta sua. et iacuit pronus coram archa usque ad uesperam. et senes populi cum eo saccis induti. et liquefactum est cor populi. Uerebantur enim ne timor eorum qui inuaserant chananeos: transiret in audaciam: adeo ut impetum facerent in ipsos. Dixitque dominus ad iosue. Pollutus est populus anathemate. nec ero cum eo donec mundetur. Applica cras populum ad te. et fac sortem per tribus et familias. et domos. et capita. quemcumque sors inuenerit comburetur igni. cum omni substantia sua. Quo facto: inuenit sors tribum iude. deinde familiam zare. tandem domum charmi. ad ultimum caput achor. et dixit ei iosue. Fili da gloriam deo confitendo quod feceris. Quo confesso missi sunt nuncii ad tentorium eius. qui prestatam pecuniam reconditam in terram retulerunt ad populum. Tollens itaque iosue illum cum uniuersa domo eius. et iumentis et uniuersa supellectili: duxit eum in uallem profundam. lapidauitque eum omnis israel. et cuncta que illius erant igne consumpta sunt. feceruntque super eum aceruum lapidum qui permanet usque in presentem diem. Uocatumque est nomen loci illius: uallis achor. Nec putandum est populum neglexisse mandatum domini. quo preceperat eum comburendum. Nam in sacra scriptura. ignis pro uehementi pena accipi solet ut ibi de fornace ferrea egypti. putantibus hebreis: dominum precepisse ipsum lapidari: et alia que lapidibus obrui possent. cetera que lapides non sentirent: igne cremanda. Tradit autem augustinus iosue fecisse hoc. quadam consideratione. aut enim penituit achor. et sic dignus non erat igne gehennali. et sic noluit illum urere quia dignus igne non erat. Uel si non penituit. et dignus erat igne eterno. reseruauit domino penam ignis. punitque eum alio genere pene ne uideretur punitus bis in idipsum.

De incendio hay

P Ostea surrexit iosue et omnis populus cum eo. ut ascenderent in hay. et premisit triginta milia uirorum inter bethel et hay ad occidentem. Qui dimissis in loco insidiarum quinque milibus. redierunt ad exercitum qui erat ad aquilonem. Rex autem hay festinauit mane egredi cum omni populo suo. ignorans quod post tergum laterent insidie. Josue uero fugiens cum longius pertraxisset eos ab urbe: eleuauit clipeum quem gerebat. Quo uiso: surrexerunt qui erant in insidiis. et intrantes urbem succenderunt eam. Quibus egressis post hostes: et iosue faciente impetum in eos. ex utraque parte cedebantur aduersarii. et interfecerunt omnes a uiro usque ad mulierem duodecim milia hominum. Predam uero sibi diuiserunt. suspendentes regem hay in patibulo: usque ad uesperam. Tunc deponentes eum: proiecerunt in introitu ciuitatis congesto super eum aceruo lapidum succendentesque urbem fecerunt eam tumulum sempiternum. hic preoccupat historia de altari illo quod factum est inter garizim et hebal. super quod scripsit iosue deuteronomium. et de benedictionibus et maledictionibus factis super montes illos. de quibus loco suo dicemus.

De dolo gabaonitarum et mulcta.

g Abaonite vero audientes que fecerat iosue duabus vrbibus ⁊ ꝗ ex mandato dñi nulli ꝑceret habitantium in terra ꝓmissionis: nec amicitias cū eis faceret. callide cogitauerunt inire fedus cū israel. miseruntqꝫ nuncios quasi de longinquo venientes. Qui in argumētū longi itineris: vtres ferebāt. ⁊ sotulares veteres ⁊ pitacijs consutos. panesqꝫ in sytacijs coꝝ duri erāt ⁊ muscidi. ⁊ in frusta cōmminuti. Qui cū venissent in galgalis. dixerunt ad israel. de terra longinqua venimus que est extra terrā q̄ vobis sorte debetur. serui vestri sumus. fedus inite nobiscū. Credideruntqꝫ eis filij israel. ⁊ os dñi nō interrogauerunt. Initoqꝫ cū eis federe. iurauerūt eis iosue ⁊ eleazar. ⁊ omnes ꝑncipes multitudinis. Post triduū vero cognouit israel se circūuentuꝫ esse a gabaonitis. mouentesqꝫ castra venerūt vt auerterēt ciuitates coꝝ. Egressiqꝫ sunt gabaonite obuiaꝫ eis. ⁊ ait iosue. Quare imposuistis nobis? Qui dixerūt. Timuimus valde. ⁊ de cōsilio ꝓuidimus animabus nostris. Facite qđ vobis bonū ⁊ rectū videt. Tūc acclamauit populus. non esse standū iuramentū. qđ ꝑ surreptionē factū erat. ꝑsertim cum dñs inhibuisset talibus confederari. Maiores vero qui iurauerant: ꝓ religionis iurisiurandi seruāda ⁊ murmure populi sedādo: sic dispensauerūt vt nō haberent eos socios. sed seruos: aquarios. ⁊ lignarios. qui scilicet ligna cederēt. et aquas cōportarent in vsus altaris: in locuꝫ quē sibi dñs elegisset. Quo facto. redijt israel in galgalis.

De quinqꝫ regibus suspensis.

c O tempe regnabat in ierusalē adonisedech q̄ interp̄tatur dñs iustus forte sic vocabātur reges ierosolimorum. nam ⁊ melchisedech: regē iustū sonat. Qui cū audissent gabaonitas federatas cū israel timuit valde. ⁊ cōuocauit q̄ttuor reges secum. ⁊ ascenderunt quinqꝫ reges amorreorū. ⁊ obsederūt gabaon. Obsessi aūt miserūt ad iosue dicentes. ascende cito ⁊ libera nos. Qui collecto exercitu: irruit repente sup hostes. ⁊ versi sunt in fugam: ꝑ descensum bethoron. ⁊ dñs immisit grandinē sup eos. et plures occidit grādo ꝗ gladius. Videns aūt iosue solē descēdētē ad occasū. ⁊ lunā ascendentē. timēs ne beneficio noctis euaderēt hostes. clamauit ad dñm dicens. Sol contra gabaon ne mouearis. ⁊ luna contra vallem ahilon. Steterūt sol ⁊ luna spacio vni⁹ diei. quinqꝫ vero reges absconderūt se in spelunca vrbis maceda. Precepitqꝫ socijs iosue. ⁊ ait. Voluite saxa ad os spelunce. ⁊ apponite custodes. Vos autē ꝑsequimini hostes. Cecis itaqꝫ aduersarijs plaga magna: redijt exercitus ad iosue in maceda. vbi tūc erāt castra. sani ⁊ integro numero. ⁊ ait iosue. Producite quinqꝫ reges de spelūca. Quibus eductis dixit ad ꝑncipes exercitus. ponite pedes sup colla regū istoꝝ ne timeatis. Sic faciet dñs cunctis hostib⁹ vestris. Quo facto: suspēderūt reges in patibulis. depositosqꝫ ad vesꝑaꝫ ꝓiecerūt in speluncā in qua latuerant. ⁊ posuerūt sup os eius saxa in tumulū sempiternū. Eadē die ꝑcussit macedā. ⁊ regē eius in ore gladij. Postea vero vastauit lebnā. ⁊ lachim. eglon quoqꝫ ebron. ⁊ dabir. ⁊ reuersus est cum omni israele ad locū castroꝝ in galgala.

De. xxiiii. vel. v. regibus percussis

q Vod cū audisset iabin rex asor misit ad omnes reges circumstantes egressiqꝫ sūt vigintiq̄ttuor reges cū turmis suis. habētes secū trecenta milia armatoꝝ. ⁊ duo milia curruū. ⁊ cōuenerūt ad aquas meron: vt pugnarent cōtra israel. Dixitqꝫ dñs ad iosue. Ne timeas eos. Cras trādā eos tibi vulnerandos. Equos eoꝝ subneruabis. ⁊ currus igne cōbures. Factūqꝫ ē ita.

Percusseruntq; omnes filij israel preter eos q se in ciuitates munitissimas receperunt. Fecerant enim sibi chananei plures munitiones prualidas: a die qua audierat egressum israel de egypto aduersum se. nec eas nisi longo tpe. et graui labore obtinuit israel. Uastauit tamen vniuersa circa regionem. nulli etati hominu parcens aut serui. ditatusq; est supra modum ex hostium preda.

De altare in hebal et prima distributione terre.

q Uintus annus iam transierat. et transtulit iosue locum castrorum in sylo. et ibidem transtulit tabernaculum cu omni ornatu suo. p loci oportunitate. et inde pcessit in sichem cum omni populo. et constituit in monte hebal altare domino de lapidibus impolitis. obtulitq; super eo holocausta et pacifica. scripsitq; sup illud deuteronomiu. quod qdam intelligut mandata tantu deuteronomij. Posuitq; mediam ptem populi sup montem hebal: cum sacerdotibus et leuitis. Aliamq; mediam in monte gazarim cu sacerdotib' et leuitis. et acclamauerut sibi alternatim benedictiões et maledictiones. sicut mandauerat moyses illis. Porro: iosephus tradit maledicta et benedicta in altari conscripta reliquisse. Quo facto redierunt in sylo. Cocessit aut iosue tribui iuda: montana ad meridiem que iam acquisierant. sed nodu sorte tradidit. Effraim quoq; concessit montana ad aquilone. inter vtruq; mediam tribu manasse collocans. His tribubus comisit terra. alijs in castra manentibus. tum: quia bellicose erant. tu: quia digniores. Sciebat enim iude regnu esse pmissum: et manasse et effraim benedixisset iacob: p beneficio ioseph patris eorum. Sed et ipse quoq; iosue effraita erat. Dedit aut effraim extra sortem aliorum: agrum sichem. que dederat iacob singulariter ioseph filio suo. et sepeliuit in eo ossa ioseph. Hieronymus tame testatur se vidisse in sichem sepulchra aliorum vndecim patriarcharu. et credibile est q quequ tribus suu patriarcha in sua retulerit sorte.

Quod ebron data est caleph.

a Accessit aut caleph fili' iephone ad iosue. cora omni populo et ait. Nosti q locut' sit dns de me ad moysen. q iurauit mihi moyses in reditu ab exploratione dicens. Terra qua calcauerit pes tuus erit possessio tua i eternu. Pollicitusq; est mihi dns terra in qua inuenimus enachim te audiete. Quadraginta anni et qnq; sunt: ex quo locutus est dns verbu hoc. Hodie octogintaquinq; annorum sum sic valens vt eo tpe valebam. Benedixitq; ei iosue. et tradidit ei ebron in possessionem et quieuit terra a prelijs.

Quod iosue sorte diuisit terram nouem tribubus.

Iterum conuocauit iosue ecclesiam in silo et ait. Segnes? Bonu est vt terram qua pmisit dns nobis sorte diuidamus. et assumpsit de singulis tribubus tres viros industrios ad considerandum terram. deditq; eis dece viros metiendi pitos. quos pter artem: veritas non lateret mandans eis ne scdm quantitatem terram metirentur. sed scdm estimationem felicis terre. et que minus esset idonea Nam sepe pluris sunt decem iugera. q centum. Et: q in scriptis redigerent terre diuisionem. Uiri aut circuientes terram et estimantes. septimo mense ad eu reuersi sunt in sylo.

Proiectisq; sortibus. pma pars iude: egressa est. secunda: beniamin. Hec sors angustissima fuit pter terre fertilitatem. Tulerũt enim iericho ꝛ ierosolimam. Quarta: effraim. Quinta: medietati manasse. Sexta: ysachar. Septima: zabulonitis. Octaua: aseritis. Nona: neptalim. Ultimã danitis. etenī qꝺ scꝺm concessionem terre pus factam duabus tribubus ꝛ dimidie. ꝛ traditionē post ea factam scꝺm sortes nouē tribubus ꝛ dimidie: varie quandoq; locũtur auctores. Legitur enim ꝙ iudas habuerit terraȝ sine sorte. ꝛ ꝙ obtinuit nec potuit inde eicere iebuseũ que de cõcessione dicta sunt. Alibi legitur ꝙ beniamin possedit ierusalem. ꝙ de traditione dictum est. Iterum legitur. quod iosue locutus est septem tribubus. Usq;quo torpetis ignauia: Date mihi viros q̃ diuidãt vobis terram. Cum hoc omnibus dixisset: septem tantũ legitur hoc dixisse. quia due trib⁹ ꝛ dimidie. terram concessam quasi traditam possidebant. Inde est ꝙ hoc nomen iudea diuersis modis accipitur. Quãdoq; dicitur iudea: tota terra promissionis. ꝛ tunc a iudeis dicitur scꝺm ꝙ dicitur pompeius iudeam fecisse tributariam. Quãdoq; iudea: regnum tantũ iuda. vt ibi. Audiuit ioseph ꝙ archelaus regnaret in iudea. Quandoq; p sola sorte iude. vt ibi. Iudea ꝛ ierusaleȝ. i. sors iude ꝛ beniamin. Si ergo circa hec sibi obloqui videntur auctores. determinandũ est scꝺm terram concessam vel traditam. Soli autem duo quasi puilegiati: sine sorte terraȝ habuerunt. Caleph habuit ebron. Iosue habuit tannata vel tannassara. ꝛ etiam sichem scꝺm iosephum. hanc ptem elegit sibi iosue post distributionem omnibus factam: tanquã bonus dispensator. Sed ꝛ leuitis separauit quadraginta ꝛ noueȝ ciuitates ad inhabitandum. Quarum decem pus acceperant i amorrea. De reliquis trigintaocto: tres cõstituit ciuitates refugij ebron. De iuda: sichē ex effraim. cedes: de neptalim. Tunc locuti sunt filij ioseph ad iosue. Cur dedisti nobis quasi possessionem vnius funiculi. cũ simus tante multitudinis: Responditq; iosue ad effraim ꝛ manassen. Populus mult⁹ es ꝛ fortis. Non eris contentus sorte tuo. sed transibis ad montē. ꝛ poteris vltra terminos terre pmissionis pcedere. ꝛ parare tibi locũ.

De irriguis axe datis a patre.

e O tempe ascendit caleph in terrã sibi traditaȝ. ꝛ pcussit in ebron tres filios enach. ꝛ ascendens inde: obsedit ciuitatem dabir. que pus vocabaẗ cariathsepher. i. ciuitas lr̃arũ. Ciues enim ei⁹: scriptores erant. Quam cum inuenisset munitam: ait. Qui pmus pcusserit vrbem hãc ꝛ ceperit. dabo ei axam filiam meam. vxoreȝ. Et cepit eã othoniel filius zener. frater caleph iunior eo. Erãt autem vterini fratres tantum. Nam ille filius iephone. iste ꝺo filius zener dicitur. nisi forte pater eorum bimomius fuerit. Dedit itaq; caleph frĩ suo filiã axam in vxoreȝ. Que cum pergeret cũ viro ad vrbem sibi traditam. suasa est a viro vt peteret a patre suo agrum in conuallibus Suspirauitq; ꝛ fleuit. vt sedebat in asino. Cui caleph. Quid habes inquit: At illa. Da mihi benedictionem. Terram arentem dedisti mihi. Iunge ꝛ irriguam. Deditq; ei caleph irriguum supius ꝛ inferius. i. agros irriguos circa ciuitatē ab oriente ꝛ occidente.

De reditu duarum tribuũ et dimidie.

e Odeȝ tempore cum iam quattuordecimus transisset annus: dixit iosue ruben. ꝛ gad: ꝛ dimidie tribui

manasse. Fecistis que precepit vobis moyses famulus dei. ⁊ quia dedit dominus fratribꝰ vestris quietem. reuertimini ad terram possessionis vestre. ita dumtaxat: vt custodiatis legem dei. ⁊ colatis eū. nec eatis post deos alienos: quia archam ⁊ tabernaculū non habetis. fratres sumus ⁊ serui vnius dei. licet interiecto flumine separemur. In multa substantia reditis. diuidite eam cum fratribus: qui remanserunt. Qui reuertentes: venerunt ad tumulos iordanis. Sic enim dictus est locus ꝑ quem transierunt. alius: ꝑ quem transierant filij israel. dictus est vada iordanis. ⁊ edificauerunt iuxta iordanem altare infinite magnitudinis. vocantes illud hoc nomine. Testimonium nostrum ꝙ dominus ipse est deus. Videturqꝫ velle iosephus: ꝙ altari superinscripsissent illud. Cūqꝫ redijssent ad propria: nunciatum est iosue et his qui remanserant de edificatione altaris. ⁊ arbitrati sunt eos erexisse illud. vt immolarent super eo victimas quod non licebat. nisi sup altare quod statuerat deus ante tabernaculum. Cūqꝫ corripuissent arma vt eos delerent: de consilio missus est ad illos phinees. ⁊ decem honorati cum illo. Qui dixerunt ad eos. Que est ista transgressio: Cur reliquisti deum israel ⁊ cultum eius: Edificantes vobis altare sacrilegum: At illi respōderunt. Absit a nobis hoc scelus. Alioquin: ipse deus querat ⁊ iudicet. Sed timuimus: ne cras dicerent filij vestri filijs nostris quid vobis ⁊ nobis: Quid vobis ⁊ domino deo israel: Terminum posuit deus inter nos et vos. Quamobrem: memoriale hoc ereximꝰ in signum: qm̄ fratres vestri sumus. ⁊ decole vobiscum. His auditis: placatus est phinees. Et cum retulisset verba hec ad omnes populum: laudauerunt deum. Hic videtur quibusdam factum esse quod legitur in iudicum. ꝙ angelus domini transierit de galgala ad locum flentium. Sed quia potius videtur augustino factum hoc esse post mortem iosue. Non enim auderent filij israel eo viuēte apte recedere a deo: nos illud loco suo explicabimus.

De federe quod statuit populus ad dominum.

Voluto autem multo tempore cōgregauit iosue omnem israel in sichem: ⁊ ait. Ego hodie ingredior viam vniuerse terre. ⁊ scio vos pronos ad irritandum deum. Eligite hodie quod placet. cui potissimum seruire debeatis. vtrū dijs quibus seruierunt patres vestri in mesopotamia. an dijs amorreorum in quorum terra habitatis. ego autem ⁊ domus mea seruiemus domino. Et ait populus. Domino seruiemus. Absit: vt a deo recedamus. Et dixit iosue. Testes vos estis. quia hodie elegistis vobis dominum: Et responderunt. Testes sumus. Et ascenderunt in sylo: vt starent coram domino. Percussitqꝫ populꝰ in die illa fedus cum domino. ⁊ in signum federis: effudit iosue aquam super terrā. Mos erat gentibus: in signum ⁊ robur federis initi: sanguinem suillum effundere. quasi dicerent. Sic effundetur sanguis illius qui violauerit hoc fedus. Hebrei vero aquam fundentes: atrociorem penam in violatorem indicabant. Alij enim liquores non effundūtur de vase. quin aliquod sui vestigium in eo relinquant. Solus aque liquor prorsus effunditur. Quod faciebāt hebrei in federe inito cum domino. Quasi dicerent. Non solū violator huius federis ꝑibit. sicut in alijs federibus fit. sed tota progenies eius ꝑibit. cū eo. vt nullum vestigium eius appareat sup terram. Scripsit iosue in die illa verba hec in volumine legis dei. i. in libro hoc. ⁊ tulit lapidem ꝑgrandem: posuitqꝫ eū subter quercum que erat ante sanctuariū domini: ⁊ ait

En lapis iste erit vobis in testimonium. Solebant enim veteres: et huiusmodi durabilia eligere. et sui diuturnitate posteris initum seruos in memoriam reuocarent. Dimisitque iosue populum singulos in possessionem suam.

De morte iosue et eleazar.

P Ost hec mortuus est iosue cum esset centum et decem annorum. Quadraginta quattuor annorum erat cum accessit ad moysen. et quadraginta annis seruiuit ei in deserto. Ex quo colligitur quod viginti sex annis rexit populum transiordanem. Et sepelierunt eum in tannasara. que sita est in monte effraim. Eleazar quoque mortuus est. et sepelierunt eum in gabaa: phinees filii eius que data est ei in monte effraim. Qui successit patri in sacerdotium. In diebus iosue erictonius primus quadrigam iunxit in grecia. quippe apud alias nationes. Busiris tirannidem exercuit in hospites. phenix et cathmus de thebis egyptiorum in syriam profecti: in regione tyri et sydonis regnauerunt. Sed cathmo recedente in greciam. terra a phenice: phenicia dicta est. Europe filie phenicis iupiter mixtus est. Danaus per quinquaginta filias. quinquaginta filios egisti fratris sui interfecit vno tantum superstite. qui regnaret post eum.

Historia iudicum

L Iber iudicum hebraice sophtin dicitur quia iudices describit vsque ad hely sacerdotem. et ob hoc dicitur iudicum. tanquam a materia. Videtur tamen quibusdam ab auctoribus sic nominatus. vt quasi cronice scribendo: quisque iudicum tempus suum in actis redegerit. Quis autem in vnum compegerit dubium est. dicunt quidam quod samuel. alii quod esdras. Verisimilius videtur quod ezechias. qui et parabolas salomonis et librum regum: in vnum collegit. Si queritur quare moyses et iosue inter iudices non agnumerentur: dicimus quia non solum iudicauerunt populum. sed et rexerunt. Ceteri vero nil iuris in populo habuerunt. nisi quod in tribulationibus suis consilio et prudentia eorum populus

Quod iudas pugnauit contra chananeum.

E T factum est post mortem iosue consuluit populus dominum per phinees Quis ascendet ante nos contra chananeum. et erit dux belli: Et dixit dominus. Iudas. Non personam sed tribum designans Creditur tamen caleph prefuisse populo. sed pre modicitate temporis: nec rectoribus nec iudicibus annumeratus est Et ait iudas symeoni. Ascende mecum in sortem meam. et pugna contra chananeum. et ego pergam tecum in sortem tuam. Non tamen legitur symeon propriam postea sortem habuisse. sed adhesit iude vt impleretur quod predixerat iacob de symeon: et leui. diuidam eos in iacob. et disperdam in israel. Ascenderuntque iudas et symeon in bezech. et percusserunt in ea decem milia virorum. Comprehendentesque adonibezech. i. dominum bezech. adoni. i. dominum sonat. inciderunt summitates: manuum et pedum eius. Hebreus tamen sermo videtur sonare: pollices. Quibus cesis: non est idoneus homo ad arma ferenda Et ait adonibezel. Merito hec patior. Idipsum enim septuaginta feceram regibus. Qui colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Et ascendentes in ierusalem percusserunt eam: tradentes incendio. et reliquerunt ibi adonibezech et mortuus est. Nec intelligendum est quod filii israel tunc habuerint ierusalem in ditione sua. expulso iebuseo. Hoc enim factum non est vsque ad

tempa dauid. qui expulsis iebuseis sedit in ea et transtulit eam de beniamin in sortem regum. Hoc videtur a quibusdam recapitulando dictum. et factum esse viuente iosue. ante distributionem sortium. quando concessam sibi iudas ierusalem habebat. et totum recapitulando dictum. vsq; ibi. et surrexerunt alij qui non nouerunt dominum. Alij tradunt eo ordine dictum esse quo factum. et ibi deinde inchoant recapitulationem: dimisit ergo iosue populum etc. Ascendit et caleph in ebron terram. scilicet gigantum. et percussis hostibus: plenius possedit eam. et recapitulat hic historia: quod supra diximus factum in cariathsepher. Cepitq; iudas gazam et ascalon et acharon cum finibus suis. nec potuit delere habitatores vallis. quia falcatis curribus abundabant.

De cineis et transgressione populi.

f Ilij autem ietro cinei cognati moysi: ascenderunt de ciuitate palmarum cum filijs iuda in desertum sortis eius quod est ad meridiem. Isti sunt filij obal fratris sephore vxoris moysi. qui relicto patre et patria secutus est moysen. et deinceps habitauit in medio filiorum israel. Ciuitas autem palmarum dicitur hic engaddi. vel quia iericho sic solet appellari: forte de campestribus eius vbi erant cum beniamin: transtulerunt se ad iudam. Beniamin autem post iudam ascendit in ierusalem. Hinc quidam putant eam fuisse comunem. Nec potuit dicere iebuseum. sed passus est eum habitare secum sub tributo. Effraim quoq; ascendit in bethel. que prius luza vocabatur. Videntesq; hominem egredientem de obsessa ciuitate: dixerunt ei. Ostende nobis introitum ciuitatis: et faciemus tecum misericordiam. Quo ostendente: percusserunt eam. hominem autem et domum eius ditauerunt. Qui transiens in terram ethin: et edificauit ibi ciuitatem. et vocauit eam luzam. Nec deleuit effraim chananeum. sed passus est eum viuere sub tributo. Similiter et relique tribus cum essent confortate: maluerunt eos habere tributarios quam delere. transgredientes mandatum domini. et conuerterunt se ad agriculturam. Qui ad diuicias se tradentes. per epulas et libidinem iam imbelles facti: in conuersatione legum integri non erant.

De loco flentium.

a Ngelus autem domini apparuit in galgala. et dum conuenissent ad eum de finibus suis: transtulit se ad alium locum. et insecuti sunt eum. Cumq; improperasset eis dominus per angelum beneficia que eis contulerat. addidit. Cur in istis fedus cum habitatoribus terre huius. et aras eorum reseruastis. et noluistis audire vocem meam: Quamobrem dij eorum erunt vobis in ruinam. hec angelo loquente: eleuauerunt vocem suam et fleuerunt. et vocatum est nomen loci illius. locus flentium. agnominatus ab euentu. sicut et galgala: collis preputiorum. Immolauerunt q; ibi hostias domino. Porro: hic reapitulat historia de iosue ad continuandam ordinis seriem dicens. Dimisit ergo iosue populum. et abierunt filij israel vnusquisq; in possessionem suam. seruieruntq; domino cunctis diebus iosue. et seniorum qui post eum vixerunt. et nouerant opera domini que fecerat cum israel. Mortuus est autem iosue. et omnis illa generatio seniorum congregata est ad patres suos.

De othoniel.

e T surrexerunt alij qui non nouerant dominum. i. non viderant virtutes quas fecerat eis in exitu de egypto. in deserto. et in ingressu terre promissionis. Feceruntq; malum in conspectu domini et seruierunt baal. et astaroth. et dijs terre. contraxeruntq; coniugia cum alienigenis. Quamobrem indignata diuinitas non deleuit gentes de medio eorum. vt essent eis in aculeum et laborem.

Et tradidit eos dominus in manus cusan rasataim: regem mesopotamie. ⁊ syrie. seruieruntqȝ ei octo annis ⁊ clamauerunt ad dominū. q̄ suscitauit eis liberatorem othoniel fratrem caleph. quem iosephus ceneꝛ vocat. quasi equiuocum patri. ⁊ fuit dn̄s cum eo. et pugnauit aduersus cusan rasathaim: ⁊ oppressit eum. ⁊ quieuit terra quadraginta annis. ⁊ mortuus est othoniel. Hic dicit iosephus occisionem in beniamin factaȝ ꝑ vxore leuite qđ nos infra ponemus. sequētes ordinē huius libri. Et nota ꝙ hebrei sub hoc numero: comphendūt annos seruitutis ⁊ q̄etis. ⁊ similiter sub aliis iudicibus. aliter nō staret historia. In diebus othoniel cathm⁹ regnauit thebis. ex cuius filia semele natus est dionisius liber pater. Bithinia cōdita est a phenice. qui phenicibus quasdaȝ tradidit lr̄as. ⁊ ad scribendum: vermiculū instituit. Unde: ⁊ color ille phenicius dictus est. qui postea lr̄a mutata: puniceus dicitur. Ephira que nunc chorinthus dicitur: a sisipho cōdita ē. Minos fili⁹ europe regnauit in creta.

De aioth et sangar.

Addiderūt aūt filij israel facere malum in conspectu dn̄i. qui confortauit aduersus eos. eglon regem moab. ⁊ copulauit ei filios amon ⁊ amalech. q̄ transiēs iordanem. ꝑcussit israel ⁊ posuit idola sua in galgalis. ⁊ fecit sibi domum in vrbe palmarum. i. iericho. ⁊ seruierunt ei filij israel decem ⁊ octo annis. ⁊ clamauerunt ad dominū. Qui suscitauit eis saluatorē aioth filiū gera. filij gemini. Qui vtraqȝ manu vtebatur ꝓ dextera. Geminum: quidam dicūt fuisse quendam: vilem in beniamin. q̄ posteris suis sepe legitur improperatus: ob ignominiam hebrei tradunt hunc fuisse beniamin. ⁊ quasi ꝓ ambidextro vbi nos ponimus geminum: iamin ponunt. qđ sonat dextrarium. vel dextralem. qui latine geminus dici posset: quia geminatur cum trahente. nisi geminus a iamin. ꝑ i consonantem scriberetur. Dicitur autem a iamin iamineus. sicut a dextera dextrarius. Miseruntqȝ filij israel ꝑ aioth munera eglon regi. qui fecit sibi gladiū ancipitem. longitudinis palme manus. ⁊ accinctus est eo in dextro femore. subter sagum. quod est quadrate forme militare indumentuȝ. Erat autem eglon crassus nimis. Cūqȝ obtulisset ei munera: prosecutus est socios q̄ cum eo venerant. ⁊ reuersus ad regem ait. Uerbum secretum ad te habeo o rex. Egressisqȝ omnibus qui cum eo erant: accessit ad eum aioth. ⁊ ait. Uerbū domini habeo ad te. quod intelligendum est de somnio et mādato domini. Qui statim surrexit de throno Extenditqȝ aioth manum sinistram. ⁊ tulit siccam de dextro femore. ⁊ infixit eam in ventrem eius valide. nec eduxit eam sed reliquit in corpore. Ipse vero: clausis diligēter ostijs cenaculi: ꝑ posticam egressus est ⁊ aufugit. Serui regis post longam moram intrātes: inuenerunt eum mortuū ⁊ iacentem in terra. Uenitqȝ aioth in seyrat ⁊ insonuit buccina in monte effraim. ⁊ descenderunt cum eo filij isr̄l ad vada iordanis: q̄ trāsmittunt in moab. ⁊ volētes transire ꝑ moabitas percusserunt: circiter decem milia. Et humiliatus die illa moab sub manu israel. ⁊ quieuit terra octoginta annis. ⁊ mortuus est aioth ⁊ tunc de philisteis volentibus intrare terrā israel. sangar occidit sexcentos viros vomere vno. ⁊ ipse quoqȝ defendit israel. Et eodem anno vitam finiuit. In diebus aioth. cirene ciuitas condita est in libia. Tritholemus longa naui eleusim veniens: frumenta ibi distribuit. Proserpinam rapuit rex molosorum orchus. cuius ingens canis cerberus. pithoum deuorauit. qui cum theseo ad raptum pserpine venerat. Sed ⁊ theseum deuorasset nisi superueniēs hercules eū liberasset. Frixus ⁊ elles insidias nouercales euaserūt i naui: cui⁹ insigne erat aries. In dardania regnauit tros. a quo troiam conditaȝ ferunt. Perseus gorgonem occidit meretricem. que

ob nimiam pulcritudinem spectatores suos mentis impotens reddebat. Dionisius in india nisam condidit. et a suo nomine eam appellauit.

De delbora et barac.

Post mortē aiot. addiderunt filij isrl facere malū: coram dño. Qui tradidit eos in man⁹ iabin regis chanaan qui regnauit in asor. et habuit ducē exercitus sui cisarā. Ipse aūt habitabat in asarot gentiū. que sic dicebatur. quia nō ab vno populo sed a multis collectis gentibus habitabat. et oppressit filios israel p viginti annos. q clamauerūt ad dñm. Erat aūt delbora pphetes vxor lapidot. q posuerat tentoriū suū in monte effraim: sub arbore palme. que dicebatur palma delbore. et ascēdebant ad eā filij israel in omne iudiciū. q vocauit barac filiū abinoem: de cedes neptalim. Mulier enī itura ad pliū: vocauit virum suū. q supra dictus est lapidoth. Creditur enim idē fuisse barac et lapidoth. quia eadē est vtriusqȝ nominis interptatio. Interptatur enī vtrūqȝ coruscatio. delbora vero hebraice: apis. Que dixit ad eū. Precipit tibi deus israel. Duc exercitū in montem thabor. decē milia d neptalim et zabulon. Ego tradam cisarā in manum tuā: iuxta torrentē cison. Cui barac. Nisi veneris mecū. non pgam. Que ait. Ibo. sed victoria tradetur in man⁹ mulieris. Nūciatū est cisare. q ascēdisset delbora et barac in montē thabor ad pugnandū. et congregauit exercitū ad torrentem cison: trecenta milia armatoꝝ: vt ait iosephus. et decem milia equitū. et nongentos currus falcatos. et alios currus duo milia et centū. Et ait delbora ad barac. Descende. hac die dabit dñs tibi cisarem in manus tuas. Et descendit cū decem milibus delbora stante in monte: ad orationem. et pterruit dñs cisarā et vniuersaȝ multitudinem eius. ventus. grando. et pluuia irruebāt in facies eoꝝ. arcubus et fundibulis inutiles fiebāt. plurimi de equis et curribꝰ suis excussi conterebantur. Sicqȝ cōuerso in fugā exercitu: cisara de curru exiliens et fugiens: peruenit ad tentorium iabel: vxoris aber cinei. Aber enim omni domo sua recesserat a fratribus suis qui habitabant vt diximꝰ in forte iude. et tetenderat tabernacula sua in valle semim: iuxta cedes. et erat fedus inter regem asor et domum aber cinei. Porro iabel suscepit fugientem: et rogantem vt celaret eū et petenti poculum. dedit lac vt grauius obdormiret. Illa vo dormienti clauū ferreum ptussum malleo p vtrūqȝ timpus immisit vsqȝ ad terram. et barac post paululū veniēti. ostendit eum terra confossum. et sic impletum est quod dixerat delbora. quod p mulierem triūphus accideret. Barac vo agēs exercitum sup asor. obuiam venientem iabin interfecit. ciuitatem funditus occidens vt ait iosephus. Cecineruntqȝ delbora et barac canticum dño. in quo hortantur victores ad benedicendum deum: rememorando beneficiū quod fecerat dominus israeli. dum daret legem in terre motu et pluuia. Addendo etiam quomodo p sangar vt diximus quieuerunt hostes a semitis israel. Et quomodo defecerat fortitudo israel. donec surgeret delbora. quando noua bella elegit dominus. vt mulier de viris triūpharet. Quod sequitur i cantico. Surge delbora et loquere canticum. nō est in hebreo. Addidit quoqȝ de amalech victo i raphidi ab effrai. i. a iosue effrata. et prophetauit eūdē postea vincēdum p saul: et beniamin. et commendauit eos. qui de manasse et ysachar. et zabulon. et neptalim: cum eis venerant ad prelium. vituperans econtra ruben. gad. et dan. et aser. q noluerunt venire Qd aūt dicit ruben cōtra se diuisū intelligit q separauerit se a pūgnaturis vel q ruben inter se diuisi erāt. qbusdā hortātibus vt iret ad prelium. alijs dehortantibus. Quod autem dicit pugnasse eos in thanne: iuxta aquas magedon. Intelligendum est regionem esse secus cison. Qui preterfluit

magedon. Hebreus habet in ramezache qđ interpretatur sup altitudinem campi. ⁊ significat qꝛ in campo vbi pliatum est: hostib' supiores facti sunt. Qđ aũt sequitur stelle pugnauerunt aduersus cisaram. nõ mathematice intelligendum est. quasi fatali cõstellatione hoc factum fuerit. Sed quia coruscationes ⁊ fulgura ita de sublimi ferebãtur in eos. acsi stelle ruerent. ⁊ est yperbolicos. Sequitur. torrens cyson traxit cadauera corũ. sicut torrens cadumin. supple traxit cadauera egyptioꝝ. cadumin: interptatur antiquorum. ⁊ ponitur p mari rubro. eo: qꝛ antiq̃ ibi facta sunt miracula. Qđ sequitur: cõculca anima mea robustos: vox est populi sese adhortantis. Sequitur. maledicite terre meroth. dixit angelus dñi. Meroth fuit vnus đ pncipibus chanaan. delbora ꝟo seipsam dixit angelum dñi. vel michael qui pꝛerat israeli: dixit vt malediceret meroth. qđ sonat archanum. i. angelis apostatis qui aduersabãtur ei in archano. postea benedixit iahel. qm̃ fortiter egit. ⁊ quieuit terra per quadraginta annos. Eo tpe regnum defecit apud argos. ⁊ translatum est in micenas. Obijt liber pater. cuius sepulchrũ est apud delphos. iuxta apollinem aureũ. pingitur ꝟo muliebri corpore. quia mulieres militantes cũ viris habuit in exercitu. ylium ab ylo conditũ. Miletus condita a mileto.

De gedeone.

Fecerunt iterum filij israel malum coram dño. qui tradit eos in manu madian: septem annis. Ascẽdebant enim madian ⁊ amalech singulis annis in israel. vastãtes segetes coꝝ. ⁊ vniuersa iumenta trahentes in pdã. Cũq; clamasset israel ad dñm misit ad eos virum prophetam. p quem exprobrauit eis dñs beneficia q̃ contulerat eis. ⁊ tñ noluerunt audire vocez eius. Venit aũt angel' dñi ⁊ sedit sub quercu que erat in effra. hic est vir quem miserat dñs. Lapis aũt sup quem sedebat. ⁊ querc' ⁊ ager. ptinebat ad ioas patrez familie ezri. idest. honorabiliorem inter alios illius familie. Gedeõ ꝟo fili' ei' timens hostes q̇ irruerant sup terram. in occulto excutiebat frumẽta in torculari. vt haberet viaticũ ad fugam Josephus dicit hoc maximum fuisse diuine ppiciationis indiciũ. quod tunc vteretur torculari p area. Futurũ enim erat p eum: vt aree replerentur ⁊ torcularia. Et ait angelus ad eũ. Dñs tecum viroꝝ fortissime. Cui gedeon. Si dñs nobiscũ est. cur apprehenderũt nos hec mala: Et respexit i eũ dñs in angelo ⁊ ait Vade ergo mittote In hac fortitudine tua. q̃ scꝫ cõfero tibi. respiciẽdo vel mittẽdo: p cuties madian si virũ vnũ. Cui gedeon. Si gfaz inueni coram te ne recedas. donec reuertar. ⁊ coxit gedeon hedum. posuitq; in canistro carnes ⁊ azimos panes. ⁊ misit ius i ollam. offerens ea angelo. Cui angelus. Pone carnem ⁊ panes supra petram. ⁊ ius desup funde. Quo facto. tetigit illa angel' sũmitate virge quam gerebat. ⁊ ascẽdit ignis de petra. ⁊ consumpsit omnia. Angelus aũt euanuit ab oculis eius. Timẽsq; gedeon ait. Heu mihi domine quia vidi angelum dei. Cui dominus. Ne timeas nõ morieris. Eadem nocte ait dominus ad eũ. Destrue arã baal quam erexit pater: tuus. ⁊ nemus circa eam succide. ⁊ occide taurum quem saginat ydolis. Alium ꝟo taurum septennem: quem ciues dedicauerunt ydolo. offeres mihi i holocaustum sup altare. qđ edificabis in summitatem petre. sup quam ante sacrificiũ posuisti. Gedeon timens patrez ⁊ ciues. cum decem seruis omnia nocte compleuit. ⁊ vocauit altare pax domini. ⁊ latuit. In crastino ciues dixerunt ad ioas. Educ filium tuũ vt moriatur. qm̃ fecit hec. Quibus ille ait. Nũquid vltores estis baal: Si deus ẽ baal vindicet se. Ex inde: dictus est gedeon: ierobaal. i. fortitudo baal. quasi fortis contra baal. Igitur madian. ⁊ amalech transito iordane sederunt in valle iezrahel. quasi locuste. Spiritus autem domini induit gedeon. Vocauitq; domum abiezer. de cuius;

familia ipse erat. ⁊ misit nuncios ad ma-
nassen. et azer. zabulon ⁊ neptalim. Qui oc-
currerunt ei trigintaduo milia. et pecijt a do
mino gedeon signum victorie: in vellere po-
sito in area. Si nocte illa vellus rore com-
plueretur: area sicca manente. Et factum est
ita. expresso vellere. rore concham impleuit.
Sequenti nocte ne casu factum putaretur
pecijt signū contrariū. vt area irroraretur. ⁊
vellus siccum esset. Qđ factū est. Venit aūt
gedeon cū suis ad fontē q̄ dicitur arad. ⁊ ait
dn̄s ad gedeon. Populus multus est tecū.
Ne dicat israel meis viribus liberatus sum.
Clama ad populū. qui formidolosus est: re-
uertatur. tn̄ intelligendū est. alia tria q̄ man
dauit dn̄s clamando in populo eū nō tacu-
isse. Que moyses dixit in deuteronomio. qui
edificauit domum ⁊ non dedicauit eam:
reuertatur. Similiter qui plantauit vine-
am. ⁊ nondum fecit eam communem. et qui
desponsauit vxorem. ⁊ nondum accepit eā.
Et reuersi sunt de populo vigintiduo milia.
⁊ tantū decē milia remāserūt. Et ait dn̄s ad
gedeon. Adhuc popul⁹ multus est. duc eos
ad aquas in calore meridiei. eos qui lambu
erint aquā manu ⁊ lingua sicut canes. esti-
mās magnanimos separabis. ⁊ inuenti sūt
ex eis tm̄ trecenti viri. Et ait dn̄s. In his tre
centis tradā madian in manus tuas. Qui
bus assūptis ⁊ cibarijs ꝓ numero. ⁊ tubis:
gedeon. se certamini dedit. Eadē nocte dixit
dn̄s ad gedeon. Descende in castra madian
tu ⁊ pharan puer tuus tecū. ⁊ audies quid
loquentur tecū. ⁊ cōfortabūtur manus tue.
Dissolutū enim erat cor ei⁹. Qui descendēs
stetit in ꝑtem castroꝝ vbi erāt vigilie. Et au
diuit quendā narrantē somniū cōmilitoni
suo in hūc modū. Videbatur mihi. ꝙ panis
ex ordeo subcinerici⁹. ⁊ incōmestibilis descen
debat in castra madian vsq; ad tabernacu-
lum ⁊ subuertit illud. ⁊ terre funditus coeq̄-
uit. ⁊ ait his cui loquebatur. vile est ordeū
inter grana. ⁊ inter gentes israel videtur ab-
iectus. ⁊ in israhole. vilis est familia gedeo-
nis. Non est hoc aliud nisi gladius gedeo-
nis. Tradidit dn̄s in manus eius madian.
Qđ audiēs gedeon. adorauit ⁊ reuersus ad
socios ait Eamus: tradidit dominus nobis
castra madiā. ⁊ diuisit eos in tres partes. ⁊
dedit tubas in man⁹ eoꝝ dexteras. lagenasq;
vacuas. ⁊ lampades ⁊ medio lagenarū in
sinistras. ⁊ ait. Quod me facere videbitis fa
cite. Et ingressi sunt ꝑ girum castroꝝ in tri-
bus locis. in vigilia noctis medie. ⁊ confre-
gissent ydrias tenuerunt lampades manib⁹
⁊ insonantes tubis clamauerunt: gladius
dn̄i ⁊ gedeonis. Scđm quoq; iosephum va
cuas pharetras portauerunt. Quibus simul
complosis. terribilis audiebat sonit⁹. Quo
subito hostes excitati: turbati sunt. nec cogno
scentes sese. plurimi mutuis vulneribus ceci-
derunt. alijs in fugam versis vsq; bersetha.
Viri aūt de neptalim ⁊ aser. ⁊ manasse. qui
redierant: conclamantes ꝑsequebantur ma-
dian. Effraim quoq; descendit in occursum
fugientiū. ⁊ occupauit iordanem vsq; bethe-
ra. ⁊ occidit duos reges madian. oreb. ⁊ zeb
Oreb: in petra quadam. zeb vo: in torculari.
Et vocatū est nomen loci illius torcular zeb.
⁊ nomē alterius petra oreb. Que modico a
pice littere differt a nomine oreb. vnde aque
fluxerunt ꝑ manum moysi. ⁊ forte differen-
tia ē in interꝑtatiōe. ⁊ portauit effraim capi
ta regum ad gedeon. ⁊ irascentes dixerūt ad
eum. Cur contempsisti vocare nos ad pug-
nam: Qui ait. Neforte indignaremini. Me
lior est enim racemus effraim: vindemijs
abiezer. Sed ⁊ in manus vestras dati sunt
reges madian. Quid tale facere potui: Quo
audito: requieuit spiritus eoꝝ.

Ransiuitq; gedeon iordanem cum
trecentis viris. nec poterant perseq̄
fugientes pre lassitudine. Et ait ad
viros sochot. Obsecro date nobis panes. vt
possumus ꝑsequi zebee. ⁊ salmana. Qui ne-
gauerunt ei: ⁊ subsannauerūt eū. Idipsum
respōderūt ei viri phanuel petēti panes ab eis
Zebee aūt ⁊ salmana i valle qescebāt. nihil
aduersi suspicātes: cū qndecim milibus tm̄
cessis de exercitu centum viginti milia. Se-

deon aūt repente irruit sup eos. ⁊ turbato ex
ercitu eorū: duos reges comprehensos secum
reduxit. ⁊ revertens: apprehendit puerum de
socoth. ⁊ quesiuit ab eo nomina seniorū so-
coth. ⁊ descripsit ei septuaginta septem viros
quos spinis ⁊ tribulis cōminuit tanquā au-
ctores predicte subsannationis. turrē quoqȝ
phanuel subuertit. occisis habitatoribus ciui
tatis. Cūqȝ redisset in effraim regionem suā.
dixit ad zebee. ⁊ salmana. quales erant viri
quos occidisti in thabor: Qui dixerunt simi-
les tui. Et ait eis. Fratres mei erant vterini.
Et ait primogenito suo interfice eos. Qui non
eduxit gladiū timens: quia puer erat. Sur-
gens gedeon: occidit eos. Et dixerūt omnes
viri israel ad eum. Dominare nostri. Tu ⁊ fi
lius tuus. ⁊ filius filij tui. Quibus ille. Nō
dominabor vestri. nec filius meus: sed dn̄s
dominabitur in vos. Unū postulo a vobis.
Date mihi inaures aureas de preda. Qui
dederunt. ⁊ fuit pondus auri mille septingē
ti sicli. ⁊ fecit ex eo gedeon ephot. ⁊ posuit il-
lud in ciuitate sua ephra. ⁊ fornicatus ē om-
nis israel in eo. Et factū est gedeoni ⁊ om-
ni domui eius in ruinam. Per ephot qđ est
dignius indumentū pontificis: intelligitur
q̄ gedeon fecerit omnia indumenta pontifi-
calia. ⁊ fecit in ephra tabernaculū ⁊ altare. p̄
ter illud qđ erat in sylo. ⁊ fact' sacerdos im-
molauit sup illud hostias dn̄o. Quamobrē
offensus dn̄s: omnē domū eius fere deleuit
Habuit enim septuaginta liberos de vxori-
bus. ⁊ vnum naturalem abimelech. de cōcu
bina sichima quā habebat in sichem. hic oc
cidit fratres suos omnes p̄ter vnum. ⁊ quie-
uit terra p quadraginta annos q̄bus p̄fuit
gedeon. Qui mortu' est in senectute bona.
⁊ sepultus sepulcro patris sui in effra. Tem
poribus gedeonis: mercurius inuenit syrin
gas. trahēs hoc nomē a syringa vxore cath-
mi armonica. que pter zelū armonie: a vi-
ro suo recesserat. Inuenit etiam lyram hoc
modo. Reperit concham testudinis mor-
tue ⁊ putrefacte: cuius neruuli arentes. ⁊ ex
tensi more conche. ad aurem: tenuem sibiluȝ
reddebant. Incertū aūt ē quis fuit iste mer-
curius. vtrū: hermes. an: trimegistrus phy-
losophus. an: mercurius minor. Tres enim
legūtur fuisse. Scđm iosephum thirus con-
dita: ante templū hierosolimorū annis du-
centis quadraginta. Dedalus aues fecit me-
tallinas. quas volare fecit: artificiose spiritu
incluso. dicitur etiā fecisse simulachra se mo
uentia. Primus enim omniū: pedes statua
rum a se inuicem sepauit. aliis coniunctim
eos fabricantibus. Qui cum filio naui fugi-
ens pter inestimabilem fugā pennis auo-
lasse estimatus est. Argonautarū historia fa
cta est. Orpheus clarus habitus est. cuius
discipulus fuit museus. Lin' magister her-
culis claruit. Minos creditur cretensibus le-
gem dedisse. Quod plato negat. ydram ho
callidissimā fuisse sophistriā asserit plato.

De abimelech.

P Ost mortē gedeonis filij israel for-
nicati sunt cum baalim. Nec fece-
runt misericordiam cū domo hiero
baal. Ascendit aūt abimelech in sichem: ad
omnē cognationem matris sue. ⁊ ait. Consi-
derate: q2 os vestrum et caro vestra sum.
Loquimini omnes viros sichem quid vo-
bis melius est vt dominentur vestri. septua
ginta viri filij ierobaal: an vt dominet̄ vnus
vir: Et locuti sunt de eo ad omnē populum.
⁊ inclinauerunt cor populi post abimelech.
⁊ intrauerūt ei omnes in phano baal. Quā
obrem deinceps vocatum est ydolum baal
berith. Berith enim coniurationem sonat. ⁊
tollentes de phano septuaginta pondo ar-
genti: dederunt ei. Qui conduxit ex eo viros
inopes ⁊ vagos. ⁊ ascendens in ephra. occi
dit omnes fratres suos sup lapidem vnum.
excepto ioathan. Tunc omnes sichimite con
stituerunt abimelech regem. iuxta quercū in
sichem Si queritur ergo quomodo saul p̄-
mus dicitur rex israel: potest dici hoc dictuȝ
esse pter regnū vniuersale. hic aūt tantum
regnauit in sichimitis. Qđ cū nūciatū esset

Ioathan: stetit in vertice montis garizim. et exclamauit ad omnes sichimitas qui conuenerant ad diem festũ: audite me viri sichem Jerunt ligna siluarũ. vt vngerent regẽ sup se. ⁊ dixerũt oliue. impa nobis: que noluit deserere pinguediuẽ suã: qua dij vtuntur ⁊ homines. Jdipsum dixerũt ad ficum. Que noluit deserere dulcedinem fructus sui. Jdipsũ dixerũt ad vitem. que noluit deserere vinuz: qd letificat deum ⁊ homines. Dixerũtqz ad ramnũ. impa sup nos. Qui respondit. Venite ergo: ⁊ requiescite sub vmbra mea. Alioquin egrediatur ignis de ramno. ⁊ deuoret cedros libani. Est aũt ramnus genus rubi qd vulgo senticem appellant. aspum nimis ⁊ aculeatũ. sicut sentes. Joseph' dicit hoc: inter ligna hr̃e naturã ignẽ pferendi. Tũc exposuit eis paradigma dicens. Interfecistis filios ierobaal. ⁊ filiũ ancille ei' sup vos cõstituistis regem. Si recte egistis cũ ierobaal ⁊ domo eius: recte sit vobis. Sin aũt puerse egrediat̃ ignis de abimelech: q̃ deuoret ipsũ ⁊ vos. Que cũ dixisset: aufugit.

f Actũ est aũt cum regnasset sup sichem tribus annis abimelech: dedit eis dñs spiritũ malũ aduersus eũ. ⁊ expulerũt abimelech ab vrbe. ⁊ a tribu qui exercebat latrocinia. sup eos agens predas ex eis. Tempe vo vindemiarũ intrauit gaal cũ fratribus suis in sichem. Quo desẽdente eos: descenderũt sichimite ad vineas. vuasqz calcauerũt. ⁊ ingressi fanũ dei sui: inter epulas ⁊ pocula maledicabãt abimelech Gaal quoqz dicebat. quis est abimelech: vt seruiamus ei: Nũquid nõ ẽ filius ierobaal: yronice dictũ est. quasi nõ est. sed spurius. ⁊ addidit. Vtinã daretur populus hic in manu mea. vt auferrẽ abimelech de medio. Zebul vo quẽ fecerat abimelech pncipẽ in ciuitate clam nunciauit omnia abimelech. Surrexit itaqz abimelech cũ exercitu nocte. ⁊ tetendit insidias iuxta vrbem. Egressusqz est gaal mane: ⁊ zebul cũ eo. steterunt in porta. Cũqz ascendisset abimelech cũ exercitu. dixit gaal ad zebul. Ecce de montibus multitudo descendit. Cui zebul. Vmbras montium vides: quasi hominũ capita. ⁊ hoc errore deciperis. Rursusqz gaal. Ecce populus d vmbilico terre descendit. Cui zebul. Vbi est nũc os tuũ quo loquebaris cõtra abimelech: Egredere ⁊ pugna contra eũ. Qui pugnauit ⁊ victus est. ⁊ fugiens recepit se in vrbem. zebul aũt expulit eum ⁊ socios eius. Sequenti die abimelech expugnauit vrbem. interfectis habitatoribus eius eamqz destruxit. ita: vt sal in ea dispergeret. Habitãtes vo in terra sichimoꝝ: ingressi sunt phanũ dei sui. quia locus munitus erat. Josephus tamen dicit. pfugos p puinciam: congregatos supra petraz munitissimã. ⁊ nitebãtur eam murare. Qd videns abimelech ascẽdit in montẽ selmon. ⁊ p̃cisum ramũ ferens: dixit socijs. facite qd ego. Qui tollentes ramos: ⁊ circũdantes p̃sidium. succenderunt illud. ⁊ igne ⁊ fumo perierũt in eo mille viri: p̃ter mulieres ⁊ paruulos. ⁊ recedens inde abimelech: obsedit opidũ thebes. Erat aũt turris in medio. in qua receperant se thebite. Et nota q̃ a thebis egypcioꝝ: dicũtur thebei. a thebis grecoruz: thebani. a thebe iudeoꝝ: thebite. Cũqz abimelech expugnaret turrim: ⁊ ignem supponere niteretur: mulier fragmen mole desup iaciens: fregit cerebrũ eius. Qui ait armigero suo. pcute me ne dicar interfectus a femina. Qui interfecit eũ. Hanc pestem dicit iosephus accidisse effraitis: eo q̃ iurgati sunt aduersus gedeonez: ad aquas iordanis. Eo tpe chorus inuẽtus est in grecia. qd instrumentũ dicit trabus pellem esse cum duab' cicutis. p alteram: inspiratur. p alteram reddit sonũ. ⁊ scribitur scd̃m quosdã sine aspiratione. p voce aũt canentium ⁊ mensura ⁊ vento: cum. ch. aspirato.

De thola.

p Ost abimelech iudicauit israel thola de ysachar. filius phua: patrui abimelech. Nec moueat te phua et ioas fratres esse. cum alter de ysachar. alter:

de manasse fuerit. Filij enim fuerunt vnius matris. et duorum patrum: de diuersis tribub' hic: iudicauit israel in samir vigintitrib' annis et mortuus est. Eo tempore hercules antheum vicit in palestra. et ylium vastauit. Bellū fuit inter lapithas et centauros. quos palefactus in libro de incredibilibus: nobiles scribit fuisse equites thessalorum. priam' laomedontis: regnauit in troia. Androgeus athenis dolo interficitur. Theseus: in agone minotaurū occidit. propter quod athenienses pueri tributarij a pena liberati sūt. Fuit aūt minotaurus vir quidam inhumanus et valēs in palestra magistratus minois. Unde: et sic dictus est quasi minois taurus. i. minois carnifex.

De iair.

Post thola: iair galaaditēs. de tribu manasse iudicauit israel viginti duobus annis. habens triginta filios quos fecit principes triginta ciuitatum. quos vocauit nomine suo auothiair. i. oppida iair. et mortuus est. Eo tempore thesē' rapuit helenā. quam rursus receperunt fratres eius castor et pollux. capta matre thesei. eo peregre profecto philistus scribit a ciuibus tirijs zoro et cartagine: cartaginē conditā. Carmentis nimpha latinas lrās inuenit.

De iepte.

Iterum filij israel seruierunt ydolis: circumstātium gentiū. et tradidit eos dominus in manus philistijm. et amon. et afflicti sunt vehementer decem et octo annis: omnes q habitabāt transiordanē in terra amorrei. amorrite quoqz iordane transmisso: vastabant iudam. et beniamin. et effraim. qui afflicti: clamauerunt ad dominū. Qui cum dure respondisset eis: ite et inuocate deos quos elegistis. proiecerunt omnia idola de finib' suis: et doluit dominus sup miserias eorum. Cōgregatiqz sunt filij israel in maspha. contra amonitas. qui fixerant tentoria in galaad. Fuit eo tempore iepte galaadites vir fortissim' pugnator. sed fili' meretricis: hic habuit patrem de galaad. de qua suscepit filios. q cum adoleuissent: eiecerunt eum tanquā spuriū: dicentes. Nō poteris esse heres in domo patrum nostrorum. Et abijt in terram tob. Et cōgregati sunt ad eum viri inopes: et latrocinantes. et eum quasi principem sequebantur. Descenderunt ad eū maiores natu de galaad. dicentes. Esto princeps noster. et pugna contra filios amon. Qui ait. Nonne vos estis qui odistis me et eiecistis: Qui dixerūt. Nō odimus te. nec venimus vt persequamur: sed vt sequamur te. Et ait iepte. Iurate ergo mihi. Et iurauerunt. Et ascendens cum eis in masphat: humiliauerunt se coram domino. et factus est princeps populi. et misit nuncios ad regem amon in hec verba. Cur de terra mea. cur vastas eam: Qui respondit. Tulit israel terram meam: cū ascenderet de egypto. et recepi eam. Cūqz iepte dixisset eam iure belli acquisitam. et multo tempore possessam: noluit acquiescere amon. vt exiret. Et ait iepte Iudicet hodie domin' inter israel: et amon. Et factus est spiritus domini sup iepte. Et egrediens ad pugnam: votum vouit domino dicens. Si tradideris filios amon in manus meas: quicūqz primus egressus de domo mea occurrerit mihi reuertenti: eū holocaustum offeram domino. Et percussit iepte filios amon plaga magna nimis. et humiliati sūt coram filijs israel. Reuertenti autem iepte in masphat. occurrit ei vnigenita filia eius: cū timpanis et choris. Qua visa: scidit vestimēta sua. et ait. Heu: filia decepisti me. et decepta es. Aperui os meum domino cōtra te. Filia hoc non dolens in hoc casu. pro victoria patris: ait. Fac mihi pater quodcūqz pollicitus es. hoc solum presta mihi: vt duobus mensibus circūeam montes. et plangam virginitatē meam cum sodalibus meis. Et ait pater. Uade. Expletis duobus mensib' redijt ad patrem suū. et fecit ei sicut vouerat. Exinde mos increbuit in israel. vt annuatim conueniant filie israel. et plangant filiā iepte

quattuoꝛ diebus. Arguit iosephus iepte. qui
obtulit holocaustum: nec legitimū. nec deco
rum. Quid si tamen obuiam habuisset.
immolasset cū domino: Fuit ergo in vouen
do stultus. ꝛ in soluendo impius. Potuit
tamen ante votum esse bonus. quia irruit
spiritus domini sup eum. ꝛ etiam post vo
tum. Nam ꝛ apostolus ponit eū in capitha
logo bonoꝝ. Quidam tamen excusantes eū
familiari consilio spiritus sancti dicunt euz
hoc fecisse. Tunc venientes ad eum effraite:
dixerunt. Cur contēpsisti vocare nos ad pug
nam: Incendemus domū tuam. Qui ait.
Uocaui vos: ꝛ venire noluistis. ꝛ vocatis vi
ris gabaad: pugnauit contra effraim. Occu
pauerūt aūt galaadite vada iordanis. Cūq3
venisset ad ea fugiens de effraim. obsecrans
vt pmitterent eum transire: dicebant ei. nun
quid effraiteus es: Quo dicente non sum:
interrogabant eum. Dic ergo thebolech. qđ
interptatˀ spica. Qui respondebat thebolech.
eadem lr̄a spicam expmere non valens. sta
timq3 iugulabāt eū. Et ceciderūt eo tpe de effra
im: q̄draginta duo milia. Et nota: q effrateˀ
poniˀ hic p effraita. effrateˀ eni pprie dicitˀ:
bethleemita. ꝛ iudicauit isrl̄ sex ānis. ꝛ moꝛ
tuˀ ē ꝛ sepultus in ciuitate sua sebeti. q̄ ē i ga
laad. hic ab etate moysi vsq3 ad seipsum: ait
supputari annos trecētos. Annis huius: nō
adduntur decem ꝛ octo anni afflictionis q̄
pcesserāt. Eo tempe: hercules flammis se in
iecit. nam in moꝛbū inciderat pestilentē.

De abessan.

p Ost iepte iudicauit israel abessan.
vel esebon. bethleemita de iuda: sep
tē annis. Eo tpe agamennon im
perauit micenis. Menelaus lacedemonie.

De abylo.

p Ost abessan: abylon zabulonites
iudicauit israel decem annis. hic cū
annis decem suis: in septuaginta
interpretibus non habetur. Pro quoꝝ dam
no supplendo: eusebius. iosue filio nun: sa
muelis: ꝛ sauli. quoꝝ ānos scriptura sacra nō
dicit: plures annos q̄ in iosepho. legebat an
notauit. quatenus ab egressu israel ex egypto
vsq3 ad edificationem templi quadringento
rum octoginta annoꝝ summā quā scripturā
predicat haberet. Eo tempe alexander hele
nam rapuit. bellum decennale surrexit. Men
non ꝛ amazones priamo tulere subsidiū.

De abdon.

p Ost abilon: abdon thecutes de ef
fraim. iudicauit israel octo annis.
Sub his tribus iudicibus: non re
cessit israel a domino. ꝛ quieuit terra. ꝛ ideo
nihil memoꝛiale fecisse leguntur. Tamen q̄
dam tradunt sub abdon cladem factā in be
niamin p vxoꝛe leuite huiˀ anno tertio. cap
ta est troia. ꝛ fluxerunt vsq3 ad pmam olim
piadem: anni quadringenti ꝛ sex. Tūc greci
ad gloꝛiam victoꝛie sue. cepunt annotare tē
poꝛa sic. Anno a captiuitate troie. Incepta
olimpiade: deinceps annotauerunt tempa:
iuxta numerum olimpiadum. Tandem ro
mani floꝛentes: annotauerūt tempa: sic. An
no ab vrbe condita. Ultimo: chꝛistiani an
notant: anno ab incarnatione domini. Cap
ta troia: menelaus ꝛ helena deuenerunt ad
thuoꝛum regem egypti. quem homerus po
libum vocat. anno tertio a captiuitate troie:
vel quinto vt quidam volunt: regnauit ene
as tribus annis in italia. In qua prius reg
nauerant. ianus. saturnus. picus. faunus. la
tinus. circiter centū q̄nquaginta annis.

De samsone.

r Ursum filij israel peccauerunt co
ram domino. Qui tradidit eos in
manus philistinoꝝ quadraginta
annis. a qua seruitute hoc modo liberati sūt
Fuit vir quidam de stirpe dan. nomine ma
nue habens vxoꝛem pulcraz. sed sterilem. cui
sepe oꝛanti in agro p sterilitate amouenda:
apparuit angelus ꝛ ait. Concipies ꝛ paries

filiū. Caue ne comedas aut bibas deinceps:
nisi iuxta legē nazareorum. Filius enim tu⁹
erit nazare⁹ dei ex vtero matris ⁊ deinceps.
⁊ ipse liberabit israel. Que cum omnia indi
casset viro suo. ⁊ cōmendasset angeli pulcri-
tudinem: contristatus est vir. quia zelotes
erat. ⁊ vt mitigaret irrationalem viri tristici-
am: consuluit. vt ambo orarent dominū. vt
iterum veniret ad eos angelus. ⁊ instrueret
vtrūqȝ de puero. Et apparuit iterum angel⁹
vxori. Que cum vocasset virum: ait manue
ad eum. Tu ne es ꝗ locutus es d̄ puero: Cui
angelus. Sum. Cui manue. Quid vis vt fa
ciat puer: Et angelus. Nazareus erit omni
tempore vite sue. Attulitqȝ manue hedum ⁊
panes. Et ait angelus. Non comedam. Si
vis offerre. offer illa domino. Et ait manue.
Quod est nomen tuum: Cui angelus. Cur
queris nomen meum quod est mirabile: Et
obtulit manue que tulerat supra petram do-
mino. qui facit mirabilia. ⁊ ascendit angel⁹
in flamma. nec vltra apparuit eis. Et intelli
gens manue esse angelū dei: ait. Moriemur.
quia vidimus dominū. Cui mulier. Nequa
quā Nam accepit dominus holocaustum a
nobis. ⁊ indicauit que futura sunt. Natūqȝ
filium vocauerunt samson. quod sonat robu
stum. Creuitqȝ cito puer. adeo: vt iam ꝓphe
ta futurus agnosceretur. Cepitqȝ spiritus do
mini esse cum illo in castris dan. i. in exerci-
tu tribus sue. vel locus est in quo ꝓus ha-
bitauit samson. ⁊ est dictus castra dan: per
anticipationem. Nondum enim trib⁹ dan:
ꝓpriam habebat sortem.

D Escendit igitur samson in tamna-
ta philisteoꝝ: vt videret sollennita-
tem que ibi agebatur. ⁊ visam ibi
virginem concupiuit. Atqȝ patri ⁊ matri. Ac
cipite mihi queso vxorem thannateā. quia cō
placuit oculis meis. Qui dixerunt. Cui negli
gis filias fratrū tuoꝝ. ⁊ transis ad filias in-
circumcisoꝝ: Nescientes: ꝙ res fieret a do-
mino. Cūqȝ descenderent cū eo: apparuit eis
catulus leonis in vineis oppidi. ⁊ irruit in
eum samson in spiritu domini. nihil habēs
in manu ⁊ dilacerauerit eū frustratim: qua
si hedum caprarum. ⁊ hoc parentibus non
indicauit. desponsataqȝ sibi vxore: cū post
aliquot dies rediret vt acciperet eam: decline
uit vt videret cadauer leonis. Et ecce apes
erant in ore leonis. ⁊ fauus mellis. quē sum
ptum comedebat in via: deditqȝ ꝑtem: pa-
tri ⁊ matri. ⁊ comederunt/ partem quoqȝ spō
se contradidit. Cūqȝ thannatei ciues essent
in epulis nuptiarum. timentes robur iuue-
nis: dederunt ei triginta iuuenes robustos.
sermone quasi socios. opere ꝓo custodes. ne
quid forte vellet cōmittere crescente conuiuio
rum sacietatate. Quibus ait samson. Pro-
pono vobis ꝓblema. quod si solueritis mihi
intra septimū diem cōuiuiꝗ. dabo vobis tri-
ginta sindones. ⁊ totidem tunicas. Alioqn:
vos dabitis mihi totidem. Qui dixerunt.
Prepone. Et ait samson. De comedente exi
uit cibus. ⁊ de forti egressa est dulcedo. Jo-
sephus alia ponit verba. Qui cuncta deuo-
rat: cibum genuit de se suauem. licet ipse sit
insuauis. Nec potuerunt ꝑ tres dies ꝓposi-
tionem soluere. Cūqȝ adesset dies septimus:
dixerunt sponse. Blandire viro tuo: vt ir dicet
tibi ꝓblema. ⁊ indicabis nobis. Alioqn in-
cendemus te ⁊ domū patris tui. Que solli-
citans virum flendo: dicebat. Odisti me. et
ideo non expōnis mihi. Septem ergo dieb⁹
conuiuiꝗ: flebat apud eū. Sed quomodo sep
tem diebus fleuit: cum supra dictum sit: sep
timo die venisse ad eam iuuenes: potest dici
Cūqȝ adesset dies septimus. i. cū adhuc esset
dies: inter septem ꝑmus. quod ideo determi
natum est. nec putarentur post dies tres ve-
nisse. de quibus ꝓdictum erat: ꝙ non pote-
rant ꝓpositionem soluere ꝑ illos. Potest ali-
ter dici. Cum adesset dies septimus. i. appro
pinquaret. sed nondum esset vt dictum sit.
adesset. quasi iuxta esset. ⁊ ita post tres dies
inquisitionis eorum: quarto die venerūt ad
eam. ⁊ locuta est viro. Quod autem dicitur
septem diebus fleuisse. hoc est. in illis septē.
non ꝑ illos. Quidam tamen corrigunt ita.
Cūqȝ adesset dies vn⁹. quod vicio scriptoris

rem factum. qui videns septem. abbreviatum estimavit legi: unum. Tandem die septimo: cum ei molesta esset: exposuit. Que statim indicavit civibus suis. et illi die septimo ante solis occasum dixerunt samsoni. Quid dulcius melle: Quid fortius leone: Qui ait. Quid dolosius muliere: Si non arasseties in vitula mea: non invenissetis propositionem meam. et irruit spiritus domini in eum. et descendit ascalonem. et ibi percussit triginta viros quorum allatas vestes dedit pronubis suis Et iratus samson uxori: rediit in domum patris sui. Uxor autem eius nupsit uni de pronubis suis.

c Unque dies triticee messis instarent. venit samson visere uxorem suam. ferens hedum. Cumque cubiculum eius vellet intrare. prohibuit pater dicens. Putavi quod odisses eam. et tradidi illam amico tuo. Sororem habet. que pulchrior est illa. sit tibi pro ea uxor. Cui samson. Ab hac die non erit culpa in me: contra philisteos. Faciam vobis mala. et cepit trecentas vulpes. et iunxit caudas caudis. et faces ligavit in medio. quas igne succendens: dimisit eas discurrere. et incenderunt segetes philistinorum. in tantum: ut vineas quoque et olivetа ignis consumeret. Palestini scientes opus esse samsonis: uxorem eius et parentes combusserunt. tanquam mali huius auctores. Et ait samson. Adhuc expectam ultionem ut quiescam. et percussit eos plaga gravi. ita: ut stupentes: suram femori imponerent. Septuaginta dicunt ita. percussit alienigenas samson: tibiam super femur. quod ad priorem sensum reducitur. i. tam mirabiliter. ut stupentes: tibiam unius pedis super femur alterius ponerent. tamen: quia tibiis incedimus: et super femur sedemus: quidam exponunt sic. percussit tibiam super femur. i. pedites: preter sedentes in equo. et habitabat samson: in spelunca petre ethan: quasi: in loco munito.

t Unc accedentes philistei in terram iuda: castrametati sunt in loco qui postea dictus est lehi. i. maxilla. et dixerunt ad eos viri iuda. Servi vestri sumus cur ascendisti adversum nos: Qui dixerunt Ut ligemus samsonem. et ascenderunt tria milia de iuda ad samsonem. et culpantes eum dicebant. Nescis: quod philistiim imperant nobis. Venimus ut ligemus te. et tradamus philisteis. Qui ait. Iurate: ne me occidatis Et iuraverunt. Et permisit se ligari duobus novis funibus. Qui cum traherent eum. et vociferarent philistei pre gaudio: irruit spiritus domini in eum. et dissoluta sunt vincula eius ut lina. i. stupe linee ad ardorem ignis. Tollensque mandibulam asini iacentem in terra: interfecit in ea mille viros. aliis in fugam versis. et exultans samson: cecinit metrice. In maxilla asini. in mandibula pulli asinarum: delevi eos. et percussit mille viros. Hebreus habet. in maxilla asini: hemor hemoraim quod sonat. cumulum de cumulis. hoc est in maxilla asini feci acervum de cadaveribus mortuorum. et proiecit mandibulam. et vocavit nomen loci: ramathei. vel ramatlehi. quod est elevatio maxille. Rama enim excelsum sonat. et sitivit ad mortem. quod factum tradunt esse hebrei: quia sibi dedit gloriam et non deo. et clamavit ad dominum. Obsecro domine en morior. et incidam in manus incircumcisorum. Et aperuit dominus molarem dentem in maxilla asini. et egresse sunt aque. Quibus haustis: vires recepit. et mutato nomini: priori: dictum est nomen loci: fons invocantis de maxilla. Cumque non timeret philisteos: abiit in gazam et vidit ibi mulierem meretricem. et ingressus est ad eam. Quo cognito palestini: posuerunt custodes in porta civitatis. ut exeuntem mane occiderent: Samson de medio noctis surgens: ambas fores apprehendit cum postibus suis et sera. et in humeris portavit ad verticem montis.

p Ost hec amavit dalidam. que erat in monte sorech. Et est sorech locus. vel genus vitis. et venerunt ad eam quinque satrape philistinorum dicentes. Disce ab eo in quo habeat vires. et quomodo valeamus eum vinctum affligere. et dabimus tibi

singuli mille cidos argenteos. Et blandita
est dalila samsoni. Qui respondit in dolo.
Si septem neruicis funibus: ⁊ adhuc hu-
mentibus ligatus fuero: ero sicut ceteri ho-
mines. Quos iosephus palmites vinearū
recentes dicit. Et attulerunt ad eam septē fu
nes. Quibus dormientem quasi ebrium col
ligauit. latentibus apud se philisteis. ⁊ cla-
mauit mulier philistijm sup te samsō. Qui
rupit vincula: quasi stupea. Idipsum factū
est secundo: de septem nouis funibus. Cum
autem tertio: septem crines capitis eius cir-
cumligatos litio ⁊ clauo terre infixisset: exci
tatus ab ea samson: extraxit clauū cum crini
bus ⁊ licio. Cūq; molesta esset ei dalila. et
deficeret anima eius ad mortē: aperuit ei ve
ritatem dicens. Nazareus sum ab vtero ma
tris mee. Si rasum fuerit caput meum: rece-
det a me fortitudo. Tūc dalila reuocauit sa-
trapas. vt venirent cum pecunia quam pro
miserant. At illa dormire eū fecit sup genua
sua. ⁊ p tonsorem rasit septem crines eius. i.
omnes. vel quia nouacula ascenderat super
caput eius. etiam p solis septem rasis: do-
minus recessit ab eo. Tunc abiecit eum mu
lier. Quem cum apprehendissent philistijm
eruerunt oculos eius. ⁊ circumduxerunt eum
p terram. ⁊ apud gazam clausum in carce-
re: molere fecerunt. quasi ope seruili eū affli-
gentes. Hebrei tamen tradūt: q philistei co
egerunt eum dormire cum mulieribus robu
stis. vt ex eo sobolem robustam susciperent.
Procedente tempe: cum capilli eius rena-
sci cepant. cum adesset publica sollennitas:
ingressi sunt pncipes phanū. vt immolarent
magnifice dagon deo suo. quia tradiderat in
imicum in manus eoꝝ. Cūq; letarentur cō-
uiuantes: adductus est samson vt ante eos
luderet. ⁊ ei illuderent. Stabat autem inter
duas columnas: quibus domus innitеba-
tur. ⁊ ait puero regenti se. Sine me: vt tan-
gam columnas ⁊ paululum requiescam. et
apprehendens vtramq; columnam manib'
ait. Moriatur anima mea cum philistijm. ⁊
concussis columnis: cecidit domus sup om-
nes. ⁊ multo plures interfecit moriēs q vi-
uus. ⁊ pierūt pter conuiuas. circiter tria mi
lia vtriusq; sexus. que ludentem aspectabant
de tecto. Tulit eum vniuersa cognatio eius.
⁊ sepelierunt eum in sepulcro patris sui. ⁊ iu
dicauit israel viginti annis. Hactenus: iu-
dicum liber tempora signat. habens annos
ducentos nonagintanouem. ⁊ iudices duo
decim. Eo tempe aschanius albam con-
didit: secundus rex latinoꝝ. Palefactus in li
bro incredibilium tradit: vlixem in trieri ci-
renoꝝ fugisse sillam. spoliare hospites solitā.
Sirenes quoq; mulieres fuisse q decipiebāt
nauigantes.

De micha.

s Equitur historia de ydolo miche.
hunc autem euentum: ⁊ alterū de
vxore leuite: dicit ioseph' contigisse
post mortem iosue. ⁊ ante othoniel. cū pluri
mum peccasset coram domino israel. ⁊ tra-
didisset eos dominus in manus chananeo-
rum. Qui abstulerūt iude: ascalonē ⁊ acha
ron. ⁊ multas vrbes in campestribus. ⁊ ip-
sos damitas expulsos: in montes fugere cō-
pulerunt. Eo tempe: fuit vir de monte effra-
im nomine michas. qui suscepit a matre sua
mille cidos argēteos votiuos. Et fecit ex mā
dato matris: ex eis ephot. ⁊ theraphim. i. ve
stem sacerdotalem: ⁊ ydola. ⁊ separauit eis
ediculam in domo sua. ⁊ impleuit manum
vnius filioꝝ suoꝝ. ⁊ factus est ei sacerdos. i.
inuestiuit eum de sacerdotio: p aliquid im-
positum in manu eius. vel impleuit manum
eius. i. sepe obtulit ei tanquā sacerdoti. In di
ebus illis: nō erat rex in israel. sed vnusq̄sq;
quod sibi rectum videbatur faciebat. Fuit al
ter adolescens bethleemita. cognatus miche
⁊ leuita. sed paup qui voluit pegrinari: vbi
cūq; cōmodum sibi repisset. Cūq; declinas-
set in domo miche: cognita causa vie eius.
constituit eum sacerdotem: instituens sibi p
singulos annos decem argenteos. ⁊ vestem
duplicem pter victum. In diebus illis: tri-

bus dan querebat sibi possessionem. Et mi-
serunt quinqꝫ viros: vt explorarent terrã in
qua possent habitare. ⁊ intrantes domum
miche: requieuerũt in diuersorio leuite. Cũqꝫ
considerassent vestes ⁊ ydola: abierũt. ⁊ ve-
nerunt lachis. ⁊ videntes locum vberem. et
magnarum opum. ⁊ habitantes in ea sine ti
more ⁊ imbelles: reuersi sunt ad fratres suos
⁊ dixerunt. Eamus. ⁊ possideamus terram
quã vidimus. Nullus erit labor. Et profecti
danite sexcenti viri armati: primo manserunt
in cariathiarim iude. qui locus: ex eo tempo
re dictus est castra dan. Alius: eodem no
mine dictus est. de quo diximus in samso-
ne. tercius: eodẽ nomine dictus est. vbi hiero
boam fabricauit vitulos. Cũqꝫ transissent iu-
xta domum miche. intrauerunt quinqꝫ pre
dicti viri vt tollerent vestes ⁊ ydola. Cumqꝫ
sacerdos acclamaret: dixerunt ei. veni nobis
cum. Melius est tibi vt sis pater in vna tri-
bu: ꝙ in domo vnius viri. Et abijt cum eis
ferens secum omnia. Cũqꝫ insequeretur eos
michas cum omni domo sua. videns eos
fortiores. ⁊ minantes mortem reuersus est.
Illi vero cum mulieribus ⁊ paruulis ⁊ iumẽ
tis ⁊ vniuersa suppellectili sua: venerunt ad
populum lachis. ⁊ percusserunt eos. ⁊ vrbem
incenderunt. Et struxerunt sibi ciuitatem: nõ
procul a libano. ⁊ iuxta fõtes iordanis. circa
maximũ campum sydonis. in regione roob
⁊ appellauerunt eam dan. que prius lachis
vocabatur: posueruntqꝫ sibi in deum: ydolũ
miche. toto tempore quo fuit domus dei in
sylo. Jonathan vero filium gersan. filij moysi:
⁊ filios eius. statuerunt sacerdotes in tribu
dan. vsqꝫ ad diem captiuitatis sue. Cũqꝫ re-
plicet historia in diebus illis non erat rex in
israel. videtur cõsentire iosepho. qui dicit hoc
factum. ⁊ quod sequitur: circa eadem tẽpo
ra contigisse.

De vxore leuite.

Uir leuita habitans in latere mõ-
f tis effraim habens vxorẽ dꝫ bethlẽ
que irata viro suo: rediũt in domo patris sui
in bethleem. Secutus autem vir suus cum
puero ⁊ duobus asinis. recõciliatus est vxo-
ri. Quarto autem die cum regredi vellet: te
nuit eum socer vsqꝫ in crastinum. Quinto
die: sumpto cibo. circa diem egressus est. du
cens secum duos asinos onustos. ⁊ concubi
nam. Sic enim quandoqꝫ vxor dicitur: ⁊ vt
videtur velle iosephus. luna quinta infau-
stum tũc arripuit. Cũqꝫ transirẽt iuxta iebus
die declinante: noluit ingredi opidum gẽtis
aliene. ⁊ transiuit in gabaa que est in tribu
beniamin. ⁊ nullo eum recipiente: sedebant
in platea. Et ecce senex rediens de agro. qui
erat de monte effraim. ⁊ aduena habitabat
in gabaa. Qui introduxit eos in domũ su-
am. ⁊ cenantibus illis: venientes viri ciuita
tis filij belial: dixerunt ad dominum domus.
Educ virum qui ingressus est ad te. vt ab-
utamur eo. Tamen iosephus dicit: non ve-
nisse pro eo. sed vt raperent vxorem eius. Cum
autem obtulisset eis senex filiam virginem. ⁊
vxorem viri pro viro: eduxerunt vxorem viri.
Qua cum tota nocte abusi essent: dimiserũt
eam mane. Que rediens ad hospicium: ex-
pirauit ante ianuam. Et ferens vir eius cada
uer in asino: rediit in domum suam. ⁊ con-
cidens eã in duodecim partes: misit in om-
nes terminos israel. ⁊ conclamabant singuli
Nunquã sic factum est in israel: ex quo ascẽ-
derunt patres nostri de egypto. ⁊ egressi sunt
omnes quasi vir vnus in masphat quadra
ginta milia pugnatorum. Et dixerunt. Non re-
dibit quispiam in domum suam: donec vl-
ciscamur in gabaa. Et elegerunt viros vnum
de decem qui cõportarent cibaria. ⁊ miserũt
ad omnem tribum beniamin. dicentes. Tra
dite nobis flagiciosos de gabaa: vt moriantur.
Qui noluerunt. imo dederunt eis in auxiliũ
vigintiquinqꝫ milia de beniamin. Erãt aũt
in gabaa septuaginta viri: ita sinistra vt dex-
tera preliantes. ⁊ sic fundis lapides ad iustũ
iacientes: vt capillum quoqꝫ possent percute-
re. Et ascendens exercitus israel in sylo: con
suluit dominum. Quis ascendet certaminis

principes contra beniamin: Et respondit dominus. Judas. Hoc forte videtur facere p iosephus: de tempore huius cladis. Et ascendentes inde: expugnabant gabaa. Et prima die: egressi filij beniamin de gabaa. percusserūt de israel viginti duo milia. Sequenti vero die: decē et octo milia. Tertia vero die. p insidias circūuenti: cecideruñt. et incenderunt vrbem filij israel. occidentes viros et mulieres et paruulos. Idipsum facientes alijs ciuitatibus in beniamin. De omni numero beniamin: soli sexcenti remanserunt. qui sederunt in petra remmon. et planxerunt planctu magno: quattuor mensibus. et iurauerūt filij israel in masphat: ꝙ nullus eorum filias suas daret vxores filijs beniamin. Tandem penitentes de deletione tribus vnius: requisierunt quis de israel non ascenderat cum eis. nec iurauerat Et inuenti sunt viri iabis: gala ad non interfuisse certamini. et percusserunt eos a viro vsqꝫ ad mulierem. solis quadringentis virginibus reseruatis. Et adducentes sexcentos viros de petra remmon. reddiderunt eis sortes beniamin. et quadringentas illas virgines dederunt eis in vxores. et cōsilio inito ꝺ dandis vxoribus ducentis qui remanserant: dixerunt eis. Ecce sollennitas domini est in sylo. et ascendent filie israel ducentos choros. et vos latentes in vineis: exite. et rapite singuli singulas vxores. Et factum est ita. Et restituta est tribus beniamin. In diebus illis: nō erat rex in israel. sed vnusquisqꝫ qđ sibi rectum videbatur faciebat. Eadem clausula que est supra. Ideo forte videtur: ꝙ circa idem tempus vtrūqꝫ factum fuerit.

De ruth.

P

Ost samsonem: iudicauit israel hely sacerdos. qui non tamen iudex: sed sacerdos a digniori officio an nominatus est. et translato sacerdotio a filijs eleazar. Hic primus de filijs ythamar: accepit sacerdotium. In diebus eius facta est fames in terra. et surrexit helimelech de bethleem effrateus. cum vxore sua noemi. cū duobus filijs suis maalon et chelion. et ingressus est regionem moabitidem. vt pasceretur ibi

Supra paralipomenon dicit hieronymus. ꝙ in diebus helimelech sol stetit ad terrendos transgressores legis. sed quia non timuerunt deum: tanta fames inualuit. vt potior in tribu iuda fugeret cum vxor et liberis.

Quo mortuo: filij eius duxerunt vxores moabitidas. orpham et ruth. Tamen iosephus dicit. ꝙ pater accepit filijs suis vxores et manserunt ibi decem annis Et mortui sūt ambo sine liberis. Noemi vero vidua et orbata filijs: surrexit vt rediret in patriam. Audierat enim ꝙ dominus dederat populo suo escas. et comitabātur eam nurus sue. Que ait ad eas. Reuertimini filie mee in domum matris vestre. Non enim vltra potestis sperare viros ex vtero meo. Et nota. quemadmodum apud moabitas seruabatur lex de semine suscitando. et acquieuit orpha. et reuersa ē. Ruth vero sequebatur eam. Cui noemi. Audi filia. Non est deus noster sicut dij gentiū. nec populus noster scdm ritum gentium viuit. Expedit tibi: vt redeas ad pplm tuū. et ad deos tuos. Et ait ruth. Populus tuus: populus meus. Deus tuus: deus meus. Profecteqꝫ sunt simul. et venerunt in bethleem. que prius dicebatur effrata. ab vxore caleph. Hieronymus tn̄ dicit ꝙ caleph suscepit de effrata. vt virū marie et vt virū beseleel. Hec fuit maria soror moysi. que postꝙ percussa est lepra: agnominata est effrata. i. furorem vidit idest. iram dei experimento cognouit. vel interpretatur speculū. quia plaga eius est omnibus posita in exemplum. sed tunc primo propter incredibilem vbertatem sibi redditam: cepit vocari bethleem. quod est domus panis. Percrebuit fama in bethleem et dicebāt

Hec est illa noemi. Quibus illa. Ne vocetis me noemi. quod e pulcra. sed vocate me mara quod est amara. Egressa sum plena. ⁊ vacuam me reduxit dominus. sed amaritudine plenam. ⁊ tunc p̄mo: ordea metebantur. Erat autem ibi vir potens. ⁊ opulentus booth. consanguineus helimelech. Intrauit itaqz ruth agros illius: de voluntate noemi ⁊ colligebat spicas: post metentes. Accidit autem vt egrederetur booth ad agruz. ⁊ ait messoribus. Dominus vobiscum. ⁊ quesiuit cuius esset hec puella. Et dixerunt. Hec est illa moabitis: que venit cum noemi. Et ait booth ad eam. Filia: ne vadas in alteri⁹ agrum. Nullus puerorum: molestus erit tibi. Si sitis: vade ad sarcinulas. ⁊ bibe. Hora vescendi: veni huc ⁊ comede. ⁊ intingue buccellam in aceto. Reddat tibi deus israel mercedem. quoniam confugisti sub alas ei⁹ Pueris suis quoqz dixit. Proicite de manipulis de industria. vt absqz rubore colligat. Cūqz comedisset ruth ad latus messoꝝ collegit polentam. quā iosephus alphitam vocat. ⁊ conseruabat eam socrui. In vespera q̄ collegerat virga excutiens: inuenit ordei quasi ephi. i. modios tres. Cunqz redisset ad socrū: indicauit ei que fecerat sibi booth. ⁊ ait noemi. Propinquus noster est homo. benedictus sit a domino. Idipsum fecit ruth sequentibus diebus vsqz ad aree ventilationē. Mos erat in israel: ꝙ in ventilatione: dominus aree grande conuiuium parabat pueris suis ⁊ messoribus: ⁊ dormiebat in area. et quasi sollennizans abstinebat ab amplexib⁹. Idipsum fiebat in tonsione ouium. Si post vindemias fieret: non legi. Et ait noemi ad ruth. Lauare filiā ⁊ vngere. ⁊ induere cultioribus vestimentis. ⁊ ascende in aream cuz aliis. Non te videat homo. donec inebriat⁹ fuerit. Cūqz obdormierit: proicies te a parte pedū eius. ⁊ ibi iacebis. Et fecit omnia que sibi socrus imperauerat. Et ecce media nocte euigilans homo expauit. dicens. Que es: Et illa. Ego sum ancilla tua. Expande pallium tuum sup me. quia propinquus es. Cunqz indicasset ei booth. in talibus derogationibus castitatem esse seruandam: addidit. alius me ꝓpinquior est. Si te voluerit iure ꝓpinquitatis: bene res acta est. Alioqin ego te suscipiam. Viuit dominus. Surrexit itaqz booth de loco vbi iacuerat: iuxta archonium manipulorum: antequā homines mutuo se cognoscerent. ⁊ impleuit palliolum illius ordeo. quasi sex modiis. ⁊ rediens ruth onusta ad socrum: indicauit ei que dixerat booth Ascendit ergo booth ad portam. ⁊ sedit cum iudicibus: ⁊ vocauit decem de senioribus ciuitatis. ⁊ aduocans ꝓpinquiorem illum de quo dixerat: ait ad eum. Partez agri patris nostri helimelech: disposuit vendere noemi. Nos duo soli propinqui sumus. sed tu propinqor. Eme ergo si placet. At ille. Ego emā. Cui booth. Ergo non ex media parte. oportet te legum habere memoriam. habeas necesse est cum agro: relictam maalon. vt suscites nomen propinqui. At ille ait. Cedo a iure propinquitatis. Tu vtere priuilegio meo. Et ait booth. Tolle ergo calciamentum tuum. vt firma sit concessio. Josephus tamē dicit. Booth itaqz testificās seniores: iussit mulieri vt eius calciamentum solueret scdm legem. et in faciem eius spueret. Johannes vero ait. Cuius non sum dignus corrigiam calciamēti soluere. Hec sunt generationes phares Phares genuit esron. Esron genuit aram. Aram genuit aminadab. Aminadab genuit naason. Naason genuit salmon. Salmon genuit boos. Boos genuit obeth. Obeth genuit ysai. ysai genuit dauid. Ex his tribus conicitur: ꝙ scdm diuersos casus: quandoqz ipse repudians soluebat sibi calciamentum. quandoqz vero mulier soluebat ei. q̄ndoqz vir qui suscipiebat eam. Sed quocūqz modo fieret: in opprobrium repudij contra legem. Domus eius dicebatur domus discalciati. Et ait booth astantibus.

Huius rei testes estis? Qui dixerunt. Testes sumus. Faciat dominus hanc mulierem tibi: sicut rachel et lyam. que edificauerūt domum israel. Accepit itaq; booth ruth in vxorem. et post annum natus est ei filius. quē posuit noemi in synu suo. Nutricis et gerule fungens officio. Et dixerunt ad eam eē vicine congratulantes. Ecce habes qui nutriat senectutem tuam. et seruiat tibi plus q̄ septem filij. Ob hoc vocauit nomen hic est eius obeth. qd hebraice interp̄tatur seruiēs. pater ysai.

Historia libri regum.

Iber regum in quattuor voluminibus distinguitur apud nos.
l Scdm hebreos autē: in duobus. Et dicunt p̄mum: samuel. a nomine auctoris. Secundum vocant malachim. i. regum a materia. Quidam vocant malachot. quod sonat regnoꝝ sed viciose. Agit enim in eo de vno regno iudeoꝝ tantū. et de regibus eius. licet in duo diuisum fuerit. Scriptus est autē cronice liber iste. sub singulis regibus. qui compactus est in vnū a ieremia. quod exinde patet: quia idem est finis huius libri et ieremie Ad cōmendationem autē samuelis: p̄mittit cōmendatio patris eius in hunc modum. Fuit vir vnus de ramathaim sophim d̄ mōte effraim. et nomen eius elchana effrateus. vir enim ponitur: hic non pro sexu. sed pro vigore virtutum. nec vnus: p numero. sed p singularitate religionis pre alijs. dicitur autē ciuitas eius ramathaim. que in euāgelio dicitur arimathia. a iosepho: dicitur ramath. quia in excelso sita erat. Sophim vero: speculo interpretatur. et est ibi genitiui casus. ac si dicaretur. de ramathaim speculationis. quia ex ea circumiacens regio lōge videri poterat. Sic tradit hieronymus. Alij distinguūt sic: de ramatha: in sophim. Non est autem mons effraim nomen montis. sed regionis. Unde in sequentibus: vbi legitur. d̄ duodecim prefectis regionum qui ministrabant salomoni p singulos menses: ponitur dechar. prefectus montis effraim. Fuit autē elchana leuita nonus decimus a leui. descendēs ab eo p caath. et ysuar. et chore. Unde patet. q̄ samuel non fuit aaronita. et dicitur effrateus. i. bethleemita. Fuit eni scdm matrem de tribu iuda. Unde postea samuel posuit vnū de filijs suis iudicem in bethleē. tanquā inter contribulos. Et nota q̄ q̄dam tria nomina distinguūt sic. Effrateus ab effraim. scribunt p duo. ff. ephrateus ab ephrata: p. ph. euphrateus ab euphraten: quod ē frugifer. p eu. et est vt dicunt terminus iudee iuxta euphraten.

De oratione anne in sylo.

Abuit autem helcana duas vxores
b nomen vni anna. et nomen secunde fenenna. Et cum debuit dicere. alteri de duabus: dixit secunde. innuens. q2 licet pares essent in noīe vxorio: tamen hec secunda erat in amore viri. Erat autem anna pulcra: sed sterilis. Fenenna vero fecunda. et ascendebat vir ille tribus statutis diebus scdm legem in syla ad adorandū. Erāt autem in sylo. duo filij hely. ophni. et phinees. sacerdotes. Cūq; immolasset elchana: dedit fenenne. et filijs et filiabus eius partes. Anne autem dedit partem vnā tristis. Quidam putant dictum hoc esse de vestibus nouis. quas distribuebat vxoribus et liberis in die festo. Sed magis putandum est: dictū esse de p̄tibus sacrificioꝝ que contingebant offerētes. quas tanquā sanctas leuite ceteris

distribuebant. Hebreus sermo magis videtur sonare: dedit anne missionem vnam duplicem. quasi vnam ꝑtem equipollentē duabus. Porro anna tristis erat ꝓ sterilitate. et non sumebat cibum. Et egressa est ad fores tabernaculi vt oraret. Hely sedente ante postes. vt querentes consilium: paratum eum inuenirent. ⁊ flens anna vouit domino. Domine exercituū si dederis mihi sextum virilē: dabo eū tibi nazareū omnib' dieb' vite sue ⁊ attendens hely motum labioꝝ. vocēq; nō audiens. estimans temulentam: ait. Digere paulisper vinum quo mades. Que respondit. Nequaquā domine. Sed mulier infelix ego sum vsq; adhuc. ora ꝓ ancilla tua. ⁊ intelligēs eā hely sterilē. ait. Det tibi de' israel petitionem tuam. Hebreus tamen habet dabit. Unde: mulier ex ꝓmissione sacerdotali secura: abijt. Uultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati. i. animus eius non est deinceps distractus. in varietates dubitationis.

De ortu samuelis.

Et factum est vt pareret filium. et vocauit nomen eius samuel. i. postulatio dei. quia a deo postulatū susceꝑat. nec ascendit mulier in sylo cum viro. donec ablactaret filium. ⁊ cum ablactatum duxit in sylo: cum vitulis trib' ⁊ tribus modijs farine. Hebreus tamē habet: ⁊ modio farine. ⁊ cum amphora vini. ꝗ est mensura trium modioꝝ. nec attulit similam ⁊ vinum ad libandū tantū. cum in libaminibus vituloꝝ pauciora sufficerent. ꝑsertim: cum non nisi vnum vitulum obtulissent. Sed intelligendum est. ꝙ residuū dedit domui sacerdotum. Porro mirum videtur esse puerum bimum. quasi nouiter ablactatum: adductū esse ad ministrandum in tabernaculo. ꝓpterea quidam dicūt: tres esse ablactationes. Prima fit a lacte mamille. ꝗ fit tertio anno. Secunda a lacte infantie. ꝗ fit septimo tertia a lacte puericie. que fit duodecimo. ⁊ sic amouetur puer a nutrice a pedagogo. ⁊ a timore. Dicūt ergo quidam: eū adductum post secundam ablactationē ad imbuendū litteris. Unde in sequentibus legitur. ꝙ ꝑ singulos annos mittebat ei mater tunicam paruam. alij dicunt. ꝙ post tertiam ablactationem. quasi iam idoneum ad ministrandum. Unde statim sequitur. Puer autem erat minister in cōspectu domini. Cūq; obtulisset puerum hely: ait anna. Uiuit anima tua domine. Ego sum mulier infelix ꝓ qua iurasti. ecce filius quem dedit mihi dominus. Genus erat iurisiurandi ꝑ cōfirmationem. quasi diceret ꝑ animā tuam domine. quidam tamen quandoq; ꝑ execrationem dici putant. vt ibi. Uiuit anima tua rex. si noui eum. quasi diceret. Destruat me vita tua si noui eum. Et orauit anna dominum. ⁊ dixit. Exultet cor tuū ⁊c. Canticū mihi est ꝓprie: nō oratio. ⁊ cōtinet tria: hoc canticum. Primū est: gratiarū actio. pro beneficijs suis ꝑstitis. Secundo: est inuectio in superbos: occasione fenenne. ibi. Nolite multiplicare loqui. Tertio: ꝓphetat de regno christi. ibi: Dominus iudicabit fines terre. Quod autem legitur in cantico. Donec sterilis peperit plurimos. ⁊ que multos habebat filios infirmata est. Hebreus habet ꝓ plurimos septem. ⁊ ꝓ infirmata est: secta est. Et tradit: ꝙ singulis anne filijs nascentibus: singuli fenenne filij moriebantur. Et quinq; filijs anne: duos filios samuelis connumerat vt sint septem. Rediit helcana in domum suam: ⁊ samuel ministrabat ante hely. Et dicit eum iosephus anno duodecimo: pleno ꝓphetasse.

De filiis hely.

Porro filij hely nescientes dnm: ꝑtē sacerdotalem de sacrificijs. anteq̄ adolerent adipem. tollebant ab offerentibus crudam. vt laucius sibi pararent

ei. Et mittebat puer sacerdotis: fuscinulam in ollam. ⁊ quicquid leuabat fuscinula: erat sacerdotis. quod non erat portio: sed rapina. Samuel aūt ministrabat: accinctus ephot lineo. non: sacerdotali sed prophetico. et tunicam paruā afferebat ei mater singulis annis. Et visitauit dominus annam. ⁊ habuit tres filios. ⁊ duas filias. Hely autē erat senex ualde. ⁊ audiuit peccata filiorum. qui dormiebant cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi. ⁊ eas que venerant ad purificaadum: polluebant. Quidam tamen volunt: q̃ non miscebantur mulieribus. sed corrupti pecunia: dabant mulieribus licentiam cōmiscendi viris suis: infra dies purificationum. Unde: ⁊ pater dixit eis. transgredi facitis populum domini. ⁊ tepide arguebat eos. Uenit aūt vir dei ad hely. ⁊ ait ad eū. Loquens locutus sum. vt dom⁹ patris tui ministraret in sempiternū. Absit hoc a me. Sed honorantes me glorificabo. ⁊ contemnentes: abiciam. Ecce ꝑcidam brachium domus patris tui. i. auferam sacerdotiū de domo tua. p quo: debebatur ei armus dexter. ⁊ videbis emulum tuū in templo quod factum est in diebus salomonis. cum sadoch qui fuit de eleazar: factus est sacerdos. eiecto abiathar: qui fuit de yrhamar. Quidam tamen autumant. translatum esse sacerdotiū ad samuelem. qui non fuit aaronita. Sed neq̃ legitur samuelem fuisse sacerdotem nec aaronitas amotos a sacerdotio: vsq̃ circa tēpora machabeorum. Quod autē addit vir dei magna pars domus tue morietur: forte impletum est in primo. quando occubuerunt filij eius in bello. vel quando saul sacerdotes nobe interfecit. ⁊ in signum future veritatis ꝑtitit ei: vna die filios eius morituros. Porro in diebus illis erat sermo domini preciosus. i. rarus.

Quod tercio vocauit dominus samuelem.

Actum est autem: hely iacebat in loco suo. ⁊ oculi eius caligauerant. nec poterat videre lucernam dei: antequā extingueretur. Quod mirum videtur. non est enim aliquis adeo cecutiēs: quin clarius videat lucernam ardentem: q̃ extinctam. Presertim: cum cecutientes oculi clarius videant ad lucernam q̃ ad diem. Quidam: sic distinguūt. Nec poterat videre. lucernā dei antequā extinguerent: samuel aūt dormiebat. ⁊ superabundabat autem. Huic sensui videtur consentire hebreus. qui distinguit ibi. nec poterat videre. ⁊ subiungit. lucerna domini nondum extinguebatur. Et sic congrue sequitur. samuel autem dormiebat in templo domini. idest. in thalamo iuxta tabernaculum. vbi solus cum hely sacerdote dormiebat. Unde: cum vocasset eum dominus. cucurrit ad hely dicens. Uocastis me. falsum dixit: sed non est mentitus. Et ait hely. Non vocaui te. Reuertere ⁊ dormi. Et factum est secundo similiter. Nondum enim samuel sciebat dominū. i. non habebat consuetudinem audiendi dominum. Cumq̃ vocasset eum dominus tercio: iterum abijt ad hely. Et intellexit hely qḋ vocasset eum dominus. ⁊ ait. Si deinceps vocauerit te: dices. Loquere domine: quia audit seruus tuus. Cūq̃ vocasset eū domin⁹ dormientē: dixit. Loquere domine. ⁊ indicauit ei eandē comminationem in domū hely: quam prius fecerat p virū dei. Non tamen putandū est irritam factam promissionem quam fecerat domin⁹ aaron de sacerdotio sempiterno. Promissionibus enim huiusmodi: semꝑ addenda est condicio. quandoq̃ posita. Si custodierint filij tui testamentū meū ⁊c. Uidetur iosephꝰ velle: dominū ideo ter vocasse samuelem: vt ꝓfiguraret tres ipsi⁹ dignitates futuras. fuit enim propheta q̃ ab hac vocatione dicit eū habuisse. fuit quoq̃ iudex. Obtulit quoq̃ quasi sacerdos: eorum paruulus esset

ychabot⸗nepos hely. Mane adiurauit hely samuelem: vt indicaret ei vniuersum sermonem domini. Et indicauit ei omnia. Et ait hely. Dominus est. quod bonum est in oculis suis faciat. Creuit autem samuel. ⁊ cognouit omnis israel: q fidelis ꝓpheta samuel esset domino. Et consuluit eum omnis populus: iuxta verbum domini. Preceꝑat enī dominus. vt abicerent diuinos. ⁊ ariolos. ⁊ huiusmodi. ⁊ suscitarentur a fratribus suis. verbum domini.

De morte hely et filiorũ eius et captione arce.

e T factũ est. conuenerũt philistijm in pugnam. in affec. qui dicitur locus ꝑtinens ad iezrael. quā vocat ioseph⁹ ciuitatē amphecolenitis. israel quoq; egressus est in ꝑlium iuxta lapidem adiutorij. quod ꝑ ꝓlempsim dictum postea patebit ⁊ victus est israel. ⁊ ceciderunt de eo. quasi quattuor milia viroꝝ. ⁊ dixerunt seniores. Afferamus de sylo archam domini sedētis super cherubin: quod ideo dictum est. sicut et in psalmo. Qui sedes suꝑ cherubin: q̃r quandoq; gloria domini ibi apparebat. ⁊ tulerũt archam. ⁊ iuerũt cum ea duo filij hely. Na⁊ phinees: iam fungebatur officio patris. et acceꝑant mandatum ab hely. ne ad eũ redirent sine archa. ⁊ timuerunt philistijm. ⁊ acrius pugnauerũt. Fugitq; israel. ⁊ cesa sũt ex eo triginta milia peditum. ⁊ archa domini capta ē. ⁊ duo filij hely mortui sunt. Currit autem puer beniamita: ex acie. ⁊ indicauit in sylo: quod factum erat. Hely autem sedebat contra viam: que ducebat ad castra spectans. i. auscultans. Iā enim cecus erat vt tradunt hebrei. ⁊ non cecutiens. Qui audita strage populi. ⁊ morte filiorum quieuit Cum autem audisset archam captam: cecidit retrorsum. ⁊ fractis ceruicibus expirauit. Nurus autem eius vxor phinees. pregnans erat. ⁊ pre dolore incuruauit se. ⁊ peꝑit filiũ. septem mensium: vt dicit iosephus. ⁊ vocauit eũ icaboth. i. igloriũ trāslata dicēs. ⁊ vocaest gloria domini de israel. Porro: hely iudicauit israel: quadraginta annis. Cui concordat iosephus. Septuaginta ꝟo. ⁊ paralipomenō: dicũt viginti. Potest dici: q post samsonem fluxerunt viginti anni: sine iudice. q̄ aggregati sunt annis quibus iudicauit hely Quidam tamen dicunt viginti annos quibus iudicauit samuel aggregandos annos hely. magistri sui. Sed verius: anni samuelis cum annis saulis ascribuntur. Sane potuit fieri. vt hely factus iudex. transtulerit sacerdotium de domo eleazar. eleazar quidem successit phinees. Cui successit abiezer. Cui: successit buzi. Cui: successit ozi. ⁊ translatum est sacerdotium. In diebus hely: fuit tertius rex latinoꝝ: siluius postumus filius enee. ⁊ lauinie. a quo deiceps latini reges siluij denominati sunt. Hunc ascanius heredem reliquit. adhuc paruulo filio suo iulo. a quo iuliorum familia originem traxit ⁊ nomē. hectoris filij: yliũ receperunt expulsis posteris nestoris.

De remissione arche.

t Ulerunt autem philistijm archaꝫ domini in azotum. ⁊ statuerunt eam iuxta dagon: quasi tropheuꝫ. ⁊ surgentes diluculo: inuenerunt dagon ꝓstratum in terra. ante archam. ⁊ quasi adorantem: vt dicit iosephus. ⁊ restituerunt eũ in locum suum. Rursum mane sequenti: inuenerunt eum ꝓstratum. caput ꝟo ⁊ man⁹ eius abscise a trunco: iacebant suꝑ limen. Ob hoc nullus ingrediens templũ in azoto: calcat suꝑ limē vsq; in hodiernũ diē. Et aggrauata ē man⁹ dn̄i suꝑ azotios. ⁊ ꝑcussit eos i secretiori ꝑte natiũ. Et cōputrescebāt

pmitentes extales eorum. Quod iosephus dicit factum: ex crudeli passione dissenterie. Ita: vt putrefacta egererent intestina. et mures ebullientes de agris: corrodebant extales eorum. Et conuocatis satrapis: dixerunt ad eos. Quid faciemus de archa? Qui dixerunt. Circumducatur. Quacunq; autem circumducebatur: percutiebat omnes in posterioribus. Et fecerunt sibi sedes pelliceas. et conuenientes principes quinq; vrbium: tractabant quid facturi essent. Et erant qui dicerent: causam passionum factam per archam. Alij: per casum. alij: per corruptionem aeris. et fructuum terre. Dixerunt autem sacerdotes et diuini. cur aggrauatis cor vestrum: sicut pharao et egyptus: Remittite archam: sed non vacuam. Reponite in capsella iuxta archam: quinq; anos aureos. et quinq; mures aureos. pro numero ciuitatum que percusse sunt. Josephus tamen dicit: quinq; simulacra hominum aurea. et ponetis archam sup plaustrum nouum. cui iungetis duas vaccas feras. quibus non est impositum iugum. et vitulos eorum recludetis domi. et si recto itinere ascendent contra bethsames: ipsa fecit nobis hoc malum. Alioquin: casu factum est. Et ibant vacce mugientes in directum. nec declinantes ad dexteram nec ad sinistram. per viam que ducit bethsames. Et hec est vna sacerdotalium ciuitatum in tribu beniamin. Est altera bethsames in tribu neptalim. Porro: bethsamite metebant triticum. Et venit plaustrum in agrum iosue bethsamite: et stetit ibi. Et posuerunt archam sup lapidem grandem. et capsellam que erat iuxta eam et conciderunt leuite ligna plaustri. et vaccas posuerunt sup ea holocaustum domino. Uiri autem bethsamite: obtulerunt holocausta et victimas in die illa. Asserunt quidam quinq; tantum esse ciuitates philistijm. et ideo tantum misisse quinq; anos aureos. et quinq; mures sed in sequentibus legitur: sidecim fuisse ciuitas philisteorum. vnde melius videtur quod dicit isidorus quinq; tantum fuisse metropoles. et queq; obtulit anum aureum. et murem. Alie solum mures obtulerunt. vsq; ad abel magnum. sup quem posuerunt archam domini Et videtur hec littera sonare. quod abel sit nomen lapidis sup quem posita fuit archa. Alij asserunt ciuitatem que tunc bethsames dicebatur: postea dictam abel. quod interpretatur luctus. propter luctum bethsamitarum qui secutus est. et additum est magnum: ad differentiam alterius abel. que in sequentibus abela dicitur. vbi sapiens mulier exclamauit ad ioab. Qui interrogant: interrogent in abela. et tunc legitur: sup quem posuerunt archam. i. iuxta quem. et percussi sunt de bethsamitis septuaginta viri. et quinquaginta milia plebis. eo quod vidisset archam Creduntur autem illi septuaginta deposuisse archam: cum non essent sacerdotes. Si queritur cur ergo mortui non sunt philistei. quotquot viderunt archam: Potest dici quia non peccauerunt videndo: quibus non erat prohibitum videre. Timentes autem bethsamite: miserunt ad viros cariathiarim: vt reducerent ad se archam. Qui reduxerunt eam. et intulerunt eam in domum aminadab. viri iusti. et eleazarum filium eius: sacerdotem instituerunt in custodiam arche. et fuit ibi viginti annis. vsq; ad octauum annum regni saulis. quo ipse tulit eam in castra. Manserat autem apud philisteos septem mensibus. et tunc quieuit omnis israel post dominum.

Quod orante samuele vicit israel philistiim.

tua recipiendo. Cum ergo indicasset abigail
omnia hec viro suo: emortuū est cor eius p̄
timore. Timuit eni ne forte dauid nollet de-
lerare. ⁊ mortuus est post decem dies. Quo
audito dauid ait. Benedictus deus: qui cu-
stodiuit manus meas a sanguine. ⁊ reddi-
dit maliciam nabal in caput eius. ⁊ vocauit
abigail. ⁊ duxit eā in vxorem. Accepit quoq;
dauid tertiam vxorem achinoem de iezrael.

Defuga dauid ad achis.

Terum nunciauerūt ziphei ad saul. ecce dauid absconditus est in colle achille. ⁊ abijt saul pōst eū cū tribus milibus electoꝝ. ⁊ descendit dauid nocte ad castra saulis. ducēs secū abysai filiū saruie sororis sue. Hui⁹ fuerunt tres filij ioab. ⁊ abysai. ⁊ azad. nepotes dauid. Cunqꝫ clam intrassent tentoriū regis cunctis dormientibus: dixit abysai. Perfodiam saul lancea in terra. ⁊ ꝓhibuit dauid dicens. Quis extēdet manū suā in christum dñi: ⁊ erit innocens: Sed tolle hastā que ē ad caput eius fixa in terra. ⁊ vas aque. ⁊ eamus. ⁊ egressi sunt nullo euigilante. quia sopor dñi irruerat sup eos. Cūqꝫ trāsissent torrentem: ⁊ stetissent in vertice montis vnde possent audiri: exclamauit dauid ad abner ⁊ ad populū. Filij mortis vos estis: quia non custodistis dñm vestrū christū dñi. Ingressus est q̄spiā vt interficeret regē. Uidete vbi sit hasta regis ⁊ ciphus aque. Et agnoscens saul negligentiā suoꝝ. ⁊ beneficiū dauid: exclamauit. Num vox tua ē hec fili mi dauid: Qui respondit. Cur ꝑsequitur dñs seruum suū: Quid feci: Si dñs incitat te aduersum me: odoretur sacrificiū. i. placare eū oportet sacrificio. ⁊ ꝓce: vt ostēdat nobis sup hoc q̄d velit. Uel ita. tu ipse occidas me. ⁊ erit quasi sacrificiū deo in odorem suauitatis. Quidam tamen legunt. odoretur sacrificiū. si dñs incitat te aduersum me. i. sacrificantes ꝓbemus iudicio dei si dñs hoc facit. Si aūt filij hominū incitāt te: maledicti sunt q̄ cogunt me trāsire ad idolatras. ne seruiā deo israel. Et ait saul. Peccaui. Reuertere fili mi. nō vltra malefaciā tibi. Et respondit dauid. Iudicet dñs inter nos. ecce hasta regis. Ueniat q̄ tollat eā. Cui saul. Bñdictus tu fili mi. ⁊ quidē: faciēs facies. ⁊ potēs poteris. Et saul reuersus ē in locū suū. Et dixit dauid in corde suo. Aliquādo incidā in vna die in manus saul. Melius est vt saluer inter philisteos: Abijt ergo dauid ⁊ sexcēti viri cū eo: ad achis filiū maoth regē geth. Iste fuit filius predicti achis. cuius mater dicebat maoth. Et erant cū dauid due ei⁹ vxores. achinoem ⁊ abigail. Et dixit dauid ad achis. Nolo esse onerosus regi. det mihi rex locū in quo habitē. Dedit ei achis sicelech. q̄ ex inde facta ē regū iuda. ⁊ habitauit dauid in ea quattuor mensibus ⁊ viginti diebus. ⁊ agebat dauid ꝑdas d̄ vinculis philistinoꝝ circūstantibus. q̄ nō erant sub potestate achis. virū ⁊ mulierē nō adducebat captiuū. ne forte loquerentur aduersus eū. Cūqꝫ quereret achis quos ꝑcusserat: agebat se depopulatū esse habitantes ad austrū iude: ⁊ in campestribus.

De suscitatione samuelis.

f Actum est eo tempꝛe cōgregati sunt philistei ad ꝓlium cōtra israel. ⁊ ait achis ad dauid. Mecū egredieris castris tu ⁊ viri tui. Ego custodem capitis mei pono te pre cunctis. Congregauit ⁊ saul vniuersum israel. ⁊ venit in gelboe. Samuel autem mortuus erat. hoc ideo repetit hic: vt ostendatur angustia saulis. in qua plurimum esset ei necessarius samuel. vel vt ostēdatur samuel recenter mortuus. qui in proximo erat suscitandus. Tradunt enim neminem posse suscitari arte phitonica. nisi recenter mortuum: ⁊ adhuc integris vitalib⁹ Timuit itaqꝫ saul ⁊ consuluit dominum. Qui non respondit ei. neqꝫ per somnia neqꝫ p ꝓphetas. i. p discipulos samuelis. neqꝫ p sacerdotes. Hebreus habet: neqꝫ p doctrinā p ephoth scilicet i quo erat doctrina ⁊ veritas. Et ait saul seruis suis. Querite mihi mulierem habentem phitonem. Ipse enim occiderat magos ⁊ ariolos ⁊ phitonicos. Unam tradit hieronymus reseruatā: q̄ mater erat abner. que latens habitabat in endor. que ciuitas est iuxta fontem endor. Phitonem quidam tradunt artem esse suscitandi mortuos quam phitius adinuenit. Quasi diceret. Querite mihi mulierē ꝑitam artis illius.

quod congruit hebreo: in quo legitur. Mulie
rem balaadoph. Balaad enim interpretatur
domina. oph: est nomen artis illius. Muta/
uit itaq; saul habitum suū. ⁊ venit ad muli
erem nocte cū duobus viris. ⁊ ait. Suscita
mihi quem dixero tibi. Que respondit. No/
sti: quanta fecerit saul magis. Quare ergo
insidiaris anime mee: Quidam tradūt sau
lem ob hoc eos deleuisse: quia pronabantur
dauid futurū regem. Jurauit aūt ei saul: ꝙ
ꝓpter hanc rem nihil mali pateretur. Et dixit
vt suscitaret samuelem. Videns aūt mulier
virū sanctū: conturbata est ⁊ ait. Quare im
posuisti mihi: Tu enim es saul. hec enim ei
samuel indicauerat: vt ait iosephus. Quidā
fabulantur mortuū magice suscitatū: a pedi
bus primo moueri ⁊ surgere. nisi quando re
ge suscitante suscitat. Tūc enim a capite sur/
git. Alij dicūt ꝓphetam nō posse suscitari: nisi
rege suscitante. Tūc indicauit ei saul se saulē
esse. ⁊ ait. Noli timere. Quid vidisti: Que
respondit. Virū senem ⁊ gloriosum. ⁊ amic/
tū pallio sacerdotali. ⁊ intelligens saul ꝙ sa/
muel esset: adorauit eū. Et ait anima samu
elis: vt dicit iosephus. Quare inquietasti me:
Cui saul. Coartor nimis. philistei pugnant
aduersum me. ⁊ dn̄s nō respondit mihi. Ob
secro: dic mihi q̇d faciā. Qui respōdit. Quid
interrogas me cū dn̄s recesserit a te: Faciet
dn̄s tibi sicut locutus est. Tollet regnum de
manu tua. ⁊ dabit illud dauid. Cras aūt: tu
⁊ filij tui mecū eritis. i. in numero mortuoꝝ:
sicut ego sum. vel in inferno. De hac suscita/
tione dicitur a q̇busdam: ꝙ spūs malignus
apparuit i specie samuelis. vel fantastice ima
go. eius ibi apparuit: q̄ dicta est samuel. Tra
dūt q̇dam. ꝙ deo ꝑmittente: anima ipsius
tantū consimili corpore induta apparuit ibi.
Alij vero: ꝙ tantū corpus suscitatū est spiritu
viuifico. Anima in loco suo q̇escēte. Hoc au
diens saul: ꝓstratus est in terram p̄ timore.
nec comederat panem i die illa. Et coegit eū
mulier ⁊ serui ei⁹ vt comederet. Cūq; come/
dissent: redijt ad castra ꝑ noctem. Noluit eni
scire ꝙ consuluisset phitonissam.

Quod dauid vi cit amalech.

Congregati sunt ergo philistijm in
affech. ⁊ israel castrametat⁹ est su/
per fontem q̇ erat in iezrael. Satra
pe vero philisteoꝝ videntes dauid ⁊ suos esse
cum architis dixerunt. Reuertantur hebrei isti
in locum suū. ne forte cum ceperimus preliari:
fiant nobis aduersarij. ⁊ in capitib⁹ nostris
mereantur sibi reddi gr̄am dn̄i sui. Tunc ait
achis ad dauid: inuitus ⁊ dolens. Bon⁹ es
in conspectu meo. sed satrapis non places.
Surgite de nocte. ⁊ abite diluculo. Abijt er/
go dauid cū suis in sicelech die tertia. Ama/
lechite vero interim impetū fecerāt in sicelech.
⁊ succenderant eam. ⁊ captiuas duxerāt mu
lieres ⁊ paruulos. ⁊ vniuersam p̄dam. Plan
xit ergo dauid ⁊ populus q̇ erat cū eo donec
deficerent in eis lacrime. ⁊ volebant eū sui la/
pidare. Confortatus aūt dauid in dn̄o: con/
suluit dn̄m ꝑ abiathar dicēs. Persequar latrū/
culos hos ⁊ comp̄hendā: Qui rn̄dit. Perse
quere ⁊ comp̄hēdes. ⁊ reduces p̄dā. Abijt er/
go dauid ⁊ sexcēti cū eo. ⁊ venerūt ad torrētē
besor. ⁊ ibi: ducēti fessi substiterūt. Cūq; trāsi/
issent: inuenerūt puerū egyptiū fame deficiē/
tem. quē reliquerat dn̄s su⁹ vir amalechita:
cū egrotare eū vidisset. Et dederūt ei cibū. et
reuersus ē spūs ei⁹ ⁊ ait ad eū dauid. Potes
me ducere ad cuneū istū: Qui ait. Si iura/
ueris mihi ꝙ nō occidas me. nec tradas in
man⁹ dn̄i mei: ducā. Et iurauit ei dauid ⁊ eo
ducēte: inuenerūt hostes epulātes. ⁊ q̄si festū
diē celebrātes. Et ꝑcussit eos dauid a vespe
vsq; ad vesperam alteri⁹ diei. soli q̇dringenti
adolescētes euaserūt i camelis. Eruit ergo da
uid oia q̇ tulerāt amalechite: ab hoīe vsq; ad
pecus. Dicit ꝙ in hac victoria p̄buerunt illi
auxiliū nouem p̄ncipes militum d̄ manasse.
Qui cōfugerant ad eū: dū rediret in sicelech
Prius enim venerāt ad eum: tantū d̄ iuda
⁊ beniamin. Porro: cū redissent ad ducētos

viros qui lassi substiterant: salutauit eos dauid pacifice. ⁊ indignati sunt quidam qui cum eo ierant dicentes. Sufficiat cuiqȝ vxor sua ⁊ filij. de pda nihil dabimus eis. Et ait dauid. Non audiet vos quisquā fratres mei in sermone hoc. Equa pars erit descendētis ad prlium: ⁊ remanentis ad sarcinas. Hieronymus ait. Non ait: qui lassi manserant. quia lassis nil debet dari de pde pcio. Et factum est hoc ex die illa ⁊ deinceps: quasi lex in isrl' vsqȝ ad diem hanc. Venit ergo dauid in sicelech. ⁊ misit dona de pda: senioribus iuda proximis suis. ⁊ reliquis cū quibus cōmoratus fuerat ipse ⁊ viri eius.

De morte saul et filiorum eius.

p Orro: philistei pugnabant aduersus israel. Saul aūt sciēs ⁊ prudēs festinabat ad mortē. ⁊ viriliter dimicabat. Soli quippe magnanimes: rerum terribiliū sunt cōtemptores. hec magnanimitas: maxime conuenit regibus. quos pro cumulo pncipatus: non soluȝ malos non licet esse circa subiectos. sed nec mediocriter bonos esse. Fugerūt aūt filij israel a facie philistinorum. ⁊ ceciderūt in monte gelboe. ⁊ pcussi sunt tres filij saul. Jonathas. aminadab. melchisua. Jsboseth aūt domi erat. Cumqȝ grauiter vulneratus esset saul: dixit ad armigerum suū. Percute me gladio tuo. Ne forte incircūcisi isti illudant mihi viuēti. ⁊ post interficiant me. Et noluit armiger. Et irruit saul sup gladium suū. adeo enim defecerat q nō potuit se transuerberare. Quod vidēs armiger suus: irruit ⁊ ipse sup gladiū suū. Hic fuit doech idumeus: vt aiunt hebrei. q timuit esse supstes sauli: ppter dauid. ⁊ mortui sunt omnes domestici saulis: qui erāt cū eo. Videntes aūt filij israel qui transualle iordanis erant stragem suoꝝ: egressi de ciuitatibus suis fugerunt. Altera die venientes philistei vt spoliarent interfectos: expoliauerunt saul armis suis. ⁊ filios eius. ⁊ pcisa capita eoꝝ cum armis: miserunt in terram suaȝ p circuitum. vt annunciaretur in templo ydolorum ⁊ in populis. Et posuerunt arma eius in templo astaroth. caput uero in tēplo dagon. vt in paralipomenon legitur. Corpus uero eius ⁊ filioꝝ: suspenderūt in muro bethsan. quasi in oculis israel. Est enim ciuitas philistijm in terminis israel. Viri autem de iabis galaad. quos liberauerat saul ab amonitis: ambulauerunt tota nocte. ⁊ tulerunt cadauera de muro bethsan. ⁊ combusserunt ea igni. ⁊ sepelierunt ossa in nemore iabes. ⁊ planxerūt eū ieiunantes septem diebus. Nota: q in paralipomenō legitur. Mortuus est saul ppter iniquitates suas. ⁊ additur: quasi in cumulum peccati: sed insuper phitonissam consuluit. ppter quod interfecit eum domin'. Huius peccati magnitudinem multi nō attendunt. Et regnauit saul viuente samuele decē ⁊ octo annis. ⁊ eo mortuo: duobus annis. Hoꝝ annos tamen sacra scriptura nō annotauit. A samuele ꝑprie incipiunt tempa nominatoꝝ pphetarum. sicut a saule: tempora regum in israel. In diebus istis: apud latinos quartus regnauit: siluius eneas fili' postumi. Alia tamen historia: quartum ponit siluiū latinum vterinum fratrem postumi. ⁊ quintum: siluium eneam. His tempib': homerum fuisse quidam dicunt. de quo magna dissonantia est apud veteres. Crates ponit eum: ante descensum heraclidarū in peloponensium vrbe. Cristotenes: centesimo anno a captiuitate troie. Aristarcus. ⁊ philocorus: tempe emigrationis. yonice. appollodorus atheniensis: ducentesimoquadragesimo anno euersionis ylij. Alij: modico tempore anteꝗ olimpiades incipent.

Explicit liber regum primus.

Incipit liber regum secundus de planctu dauid super saul et ionathã

Actum est post mortẽ saulis adolescens fugiens de prelio venit ad
I dauid i sicelech. et adorauit. Cũq3 indicasset ei populum victũ: et saul cum filijs suis mortuũ: ait dauid. Unde scis quia mortuus est saul et ionathas filius eius: Qui respondit. Uidi saul incumbentẽ sup hastam suã. et hostes appropinquabãt ei. Cũq3 quesisset quisnam essem. et dixissem amalechites sum ait. Interfice me. quia pdidit⁹ eos. ne occidãt me incircumcisi. et occidi eum quia viuere nõ poterat. et tuli diadema quod erat. i. esse solebat in capite eius. et armillã de brachio illi⁹. et attuli ad te dñm meũ. Aiunt hebrei: hunc fuisse filiũ doech idumei. cui pater su⁹ pusq̃ irrueret sup gladiũ suũ: tradidit insignia regis q̃ custodiebat. vt ferens ea ad dauid redderet eum sibi placabilez. Nec obuiat. q pater idumeus: et filius amalechites: dicitur. cum amalechite: sint idumei. Amalech enim fuit fili⁹ eliphat: filij esau. David ergo et omnes q̃ cum eo erant sciderũt vestimenta sua plangẽtes et ieiunãtes vsq3 ad vesperam scḋm legem. Et ait dauid ad nunciũ. Quare non timuisti mittere manũ tuaz in christũ dñi: Os tuũ locutũ est contra te. Et iubente dauid vnus de pueris eius occidit eum. et precepit dauid: vt patres docerent filios suos arcum. i. artem sagitandi. eo q audierit populum a sagittarijs interfectũ. sicut scriptuz est in libro iustoꝝ. Hic liber non habetur. sicut nec plurimi quoꝝ fit mentio in veteri testamento. quos combustos credimus a babilonijs. Fuerunt qui dicerent hunc librum: dici librum iustoꝝ. eo q de iustis agit. i. samuele et dauid. Alij dicũt pentateucũ: librũ iustorum. vbi conici potest: artem sagittandi vilem esse. q dicit iacob: se tulisse agrũ de manu amorrei in gladio et arcu. Quidã legũt iustoꝝ neutraliter. et dicunt librum iustoꝝ: quia agit de his que iusta sunt. quasi libruz iudicioꝝ. vt sit sensus. Sic precepit dauid artem illam seruandam: sicut seruatur quod scriptum est in libro iustoꝝ. Tũc planxit dauid carmen lugubre: sup saul et ionathan. et creditur metrice compositum fuisse. et est continentia hui⁹ carminis triptita. Primo agit de loco: vbi facta est strages. et imprecatur ei. Secundo: cõmendat saul et ionathan: Tertio: spetialiter cõmendat ionathan. ostẽdẽs: quantum dilexerit eum. Nec obest: si aliquãdo pluraliter. aliquando singulariter. de eodem monte loquitur. Est enim vnus mons plures habens colles. Ubi legitur: montes gelboe nec ros nec pluuia veniant sup vos: quidam dicunt super te. sic legentes litteraz. Montes gelboe. subaudi: vt vobis postea inferunt. nec ros nec pluuia veniant super te. Montes hij vt dicunt: prius vberrimi fuerant et imprecatur eis non: ariditatem. sed sterilitatez. quasi aridi essent. Unde subdit. Neq3 sint super vos agri pmitiarum. i. fructuum optimorum. sicut prius. Alij dicunt prophetiaz esse. que impleta est in diebus helye. Alij dicunt in cacumine montis nec ante nec post pluisse. sed p maledictionem confirmatum. Planxitq3 dauid saulem: eo q viliter interfectus esset. licet vnctus esset oleo. Et subdit causam huius necis. a sanguine interfectorum. et ab adipe fortium. i. pro sanguine sacerdotum: quos occidit in nobe. Hebre⁹ tamen inchoat versum ita: a sanguine interfectoꝝ ab adipe fortium. sagitta ionathe non abijt retrorsum.

De prima vncti one dauid in regē

Ost hec: ex responso dñi ascēdit da
p uid in ebron. ⁊ habitauit ibi cū dua
bus vxorib' suis. ⁊ domo sua. Ui
riq; eius manserūt in oppidis ebron. ⁊ vnxe-
rūt eū viri iuda in regē: sup tribū iuda. Hic
inchoat quarta etas. non p inicio regni iu-
deoꝝ vt quidā volūt: quia tunc inchoasset a
saule. sed p innouatione pmissionis: que pa
tribus olim data erat de regno christiano:
qd pfiguratum est in dauid. Iurāte dño
dauid veritatē: de fructu ventris eius sessuro
sup sedem suā. Nunciatūq; est dauid: q ia-
bite sepelissent saul. ⁊ nūciauit eis dicens. Be
nedicti vos a dño. q fecistis misericordiā cū
dño vestro. Retribuet vobis dñs. sed ego re-
tribuam. nec timeatis: quasi nō habentes re
gem. quia vnxit me domus iuda regē sibi.

De regno isbo seth.

Bner aūt pinceps exercitus saul: tu
a lit isboseth. ⁊ circūduxit eum p ca-
stra. i. vbicūq; dispsus erat exerci-
tus. ⁊ creauit eū regē sup reliquas trib'. vel
p castra: intellige manaim locum munitissi
mū. vbi inunxit eū in regē. Erat aūt isboseth
tūc qdraginta annoꝝ. ⁊ duobus annis reg
nauit sup israel. Dauid vo septem annis. et
sex mensibus regnauit in ebron: sup domum
iuda. Eo tpe: ortū est intestinū. bellum inter
hebreos. Porro: egressus ē abner ⁊ pueri ei'
de castris: in gabaon. Ioab aūt ⁊ pueri da
uid: occurrerūt eis ad piscinā gabaon. ⁊ con
uenit inter eos: q duodecim tm ex vtraq; p-
te pugnarēt in medio exercituū. ⁊ apprehēso
vnusquisq; capite cōparis sui: defixit gladiū
in latus contrarij. ⁊ ceciderūt simul. Ob hoc
dictus [illegible] ille: ager robustoꝝ. Iosephus
tamē videtur velle. q pueri dauid supstites
occiderūt cōpares suos. Ortū est aūt bellum
inter reliquos. ⁊ fugit abner cum suis. Erant
aūt ibi cū ioab. duo fratres eius. quoꝝ aza-
hel velocissimus quasi vn' d capreis: pseque
batur abner instantissime. Cui abner. Noli
me sequi. ne cōpellar cōfodere te: ⁊ nō potero
leuare faciem meā ad ioab. Ille vo noluit
declinare. ⁊ pcussit eū abner in inguine ad-
uersa hasta. i. cū ligno posteriori: nō cū mu-
crone haste. vel versa ad eum hasta. Perse-
quētibus autē ioab ⁊ abisai fugientē abner:
sol occubuit. ⁊ venerūt ad collem aqueduct'.
in cui' summitate cōgregati sunt ad abner
filij beniamin in cuneū vnū. ⁊ ait abner ad
ioab. Nūquid vis deseuire vsq; ad deletionē
fratrū tuoꝝ: An ignoras: q nō gratis moriē
iugulo q puocat hostē: Cessauit ergo ioab:
⁊ omnis exercitus psequi eos. Porro: abner
cū suis nocte illa transiens iordanē venit ad
isboseth: in manaim. Ioab vo ⁊ viri ei': tu-
lerunt azael. ⁊ sepelierunt eū in sepulchro pa-
tris sui in bethleem. ⁊ redierūt ad dauid in
ebron.

De filiis dauid.

Facta ē igiē longa cōcertatio inter
f hos reges. ⁊ dauid crescente: alter
decrescebat. Natiq; sunt filij dauid
in ebron. pmogenit': amoen d achinoen. se
cūdus: celiaph d abigail. Tercius: absalon d
vxore gētili. macha scz: filia ptholomai regis
iessur. Quart': azonias filius agith. Quint'
saphaciath filius abigail. Sext' ietraā. quem
ioseph' vocat nathan. d egla vxore sua. quā
hebrei aiūt fuisse michol. q sola dicitur vxor
ei': q2 in adolescentiā pmā sortitus ē vxorem.
Q d nō videtur posse stare. cū in sequentib'
legatur: michol in hierusalē subsannasse da
uid. ⁊ dicitur. q nō est nat' ei fili' de dauid
vsq; ad diē mortis sue. q2 in ipso ptu occubu
it. sed potuit fieri. vt vicina partui: d ierusalē
descenderet in ebron. vt ibi pareret: et anq2 ā
in pmitiuo loco regni.

De interfectione abner.

c O tpe factū est. ꝙ abner intraret ad concubinam saulis respha. pulcram nimis. ob hoc obiurgatus ē aduersus eū ysboseth: ꝓ opprobrio domus sue. ⁊ timens: ne forte ꝑ concubinā vsurparet sibi regnū. ⁊ iratus abner ait ad eū. Nun quid canis caput ego sum hodie aduersus iudam ꝓpter te: quasi diceret ꝓpter te iudas habet me quasi caput canis mortui. vel ita ꝓpter te factus sum caput canū. i. princeps irrationabiliter latrandū contra christū dn̄i. ⁊ misit abner ad dauid nuncios. dicentes. Cuius ē terra: quasi diceret. Nonne terra est in manu mea: fac mecū amicitias. ⁊ reducā ad te vniuersum israel. Qui ait. Optime faciam tecū amicitias. sed nō videbis me antequā reduxeris michol. Sed ⁊ ad ysboseth mandauit dauid: vt remitteret ei vxorē suā michol. Tulerūt eā a viro suo faltiel. qui sequebatur eam plorans: vsq3 baarim. Non enim cognouerat eam. eo ꝙ illa diligēs dauid semꝑ tristis erat. Et locutus ē abner ad seniores isrl. ⁊ maxime ad beniamin vt trāsirent ad dauid. quē elegerat dn̄s. Et ascēdit abner in ebron ad dauid. ⁊ susceptus est ab eo magnifice. ⁊ ait. Surgam: vt congregem ad te omnē israel. Cūq3 abisset in pace. ecce ioab ⁊ pueri dauid redierunt cesis latronibus cū p̄da magna nimis. Et dictum est ioab d̄ aduentu abner ⁊ de pace cū rege. Qui cum temptasset mutare animū regis: dicēs. Intrauit abner vt deciperet te. ⁊ nō acquieuisset rex: misit nūcios post abner. quasi rege reuocante eū. ⁊ occurrens redeūti: seorsum adduxit eū quasi secretius locuturus. ⁊ percussit eū in inguine. ⁊ mortuus est. quasi in vltione fratris sui. Sed verius est quia timebat ne fieret secundus a rege. Q d̄ cū audisset dauid ait. Mundus ego sum ⁊ regnū meū: a sanguine abner. ⁊ veniat suꝑ caput ioab. nō deficiat d̄ domo ioab: semini fluens. ⁊ leprosus. ⁊ tenens fusum. i. effeminatus. ⁊ cadēs gladio. ⁊ indigens pane. Scd̄m hoc: quinq3 videtur ei imp̄cari. semini fluxū. ⁊ leprā. ⁊ ciuirationem. ⁊ stragem in bello. ⁊ mendicitatē. Quidā legūt ꝓ vno: leprosus tenens fusum idest. breue ventilabrū. qd̄ fit de folijs palmarū. ⁊ voluitur inter digitos instar fusi. Scidit igitur dauid vestimenta sua. ⁊ fleuit suꝑ abner. ⁊ omnis populus qui erat cū eo. ⁊ indixit omnib' ieiuniū vsq3 ad vespam. ⁊ ait. Nescitis: qm̄ princeps maximus hodie cecidit in israel: Ego aūt dedicatus rex: quasi diceret. cum sim nouus rex: maxime indigebam auxilio istius. porro: filij saruie duri mihi sūt

De morte isboseth. et secūda vnctione dauid super omnē israel.

c Cūq3 audisset isboseth d̄ morte abner: dissolute sunt manus ei'. ⁊ omnis israel pturbatus est. Duo aūt viri principes latronū erant isboseth. baana. ⁊ rechab. de filijs beniamin. qui irati recesserāt ab isboseth. ⁊ venerant ad misphiboseth filiū nathe: vt facerent eū regem. Qui noluit. imo ꝓdidit consiliū eoꝝ. Quidā eo tradunt: ꝙ isboseth offensus erat eis. eo ꝙ dicebāt ei misphiboseth debere regem esse. cū filius esset primogeniti saulis. erat iste misphiboseth claudus ex vtroq3 pede. Quinquēnis enim erat quando nunciatū est ei de morte saulis ⁊ ionathe. ⁊ tollente eū nutrice vt fugeret: cecidit ⁊ confractus est. Porro: baana. ⁊ rechab. ingressi sunt domū isboseth. ferentes spicas tritici: quasi primitias regi. Ostiaria autem domus obdormierat. ⁊ inuenientes isboseth dormientē in meridie: interfecerunt eū. ⁊ attulerūt caput eius ad dauid in ebron: dicentes

Ecce caput viri qui querebat animā tuam. estimantes se munera accepturos ad dauid ⁊ ait dauid ad eos. Interfecistis virum innoxiū. Sanguinē dñi vestri fudistis. ⁊ ideo auferam vos de terra. ⁊ p̄cisis manibus et pedibus eoꝝ: suspenderunt eos sup piscinā vel spinam in ebron. Caput vo isboseth sepelierunt in sepulchro abner. Et venerunt seniores de israel ad dauid. ⁊ pcussit cum eis fedus. ⁊ vnxerūt eū in regem sup omnē israel Primo ergo inunct⁹ est: in signū regi. secundo in regem sup iudam. Tertio: in regē sup israel. Filius triginta annoꝝ erat dauid: cū regnare cepisset. Supabūdat: filius idiomate hebreo. ⁊ quadraginta ānis regnauit. In ebron: septem annis ⁊ sex mensibus sup iudam subaudi specialiter. Nam si statim post isboseth regnauit in israel: non nisi duobus annis regnauit in iuda. Sed aiūt hebrei eū regnasse i ebron aliquib⁹ annis: adhuc saule viuēte. quia domus iuda iam affectabat eū in regem. ⁊ ipse mittebat eis munera tanq̄ suis. In ierusalē aūt: regnauit trigintatribus annis: sup omnē populū. Si querat: quare de summa regni subtrahant̄ sex menses: ait hebreus. dauid egrotasse sex mensib⁹. ⁊ nihil dignū rege fecisse. Uel quia absolon psecutus est eum sex mensibus. ⁊ tūc: quasi non regnauit dauid.

Quod dauid expugnauit hierusalem et muniuit.

p Ostea collecto exercitu ascendit in ierusalem: vt eiceret iebuseum. Qui posuerunt cecos ⁊ claudos supra murū: in derisionem dauid dicentes. Nō ingredieris huc: nisi abstuleris cecos ⁊ claudos. quasi diceret adeo est vrbs fortis: quod fortiū auxilio nō indigemus. Alij dicunt: eos posuisse imagines sup murū. quas dixerunt cecos ⁊ claudos. i. nihil agentes. quasi diceret etiam nobis nihil agentibus: intrare non potes. vel seipsos dixerunt cecos ⁊ claudos. quia debiles ⁊ similes his reputabat eos dauid. deinceps: in pūerbiū dictū est. Cecus ⁊ claudus nō intrabūt in templū dei. Primo simpliciter in lege p̄hibitū erat. cecū ⁊ claudū intrare ad offerendū. Postea versum est in pūerbiū forte: cū ianitores arcerēt immūdos: dicebant enigmatice. cecus ⁊ claud⁹ nō intrabūt. ponentes cecitatē ⁊ claudicationē p qualibet immūdicia. Porro: inferiorē ciuitatem obtinuit dauid. tradente eam sibi ornam iebuseo. Cūq̄ arcem syon obtinere nō posset: pposuit in p̄miū p̄cipatū milicie: illi q̄ p̄mū pcuteret iebuseū. ⁊ tangeret domatū fistulas. i. tectoꝝ canales p quos defluūt stillicidia. Alij dicūt fistulas: cuniculos subterraneos. p quos erat ascēsus vsq̄ ad tecta. Multis itaq̄ festinantibus ioab p̄uenit vniuersos. ⁊ clamauit ad regem. exiens milicie p̄ncipatū. ⁊ obtinuit dauid arcem: expulsis omnibus iebuseis p̄ter ornam. ⁊ edificauit p circuitum eius ⁊ intrinsecus incipiens a mello. ⁊ ptem illam ciuitatis: vocauit ciuitatē dauid. Reliquā vrbis ptem extruxit ioab. Mello aūt erat p̄cipitiū. ⁊ quasi quedā p̄funda vorago vallis. Porro: ipsa ciuitas dauid: postea vocata est mello. Et edificauit dauid ī ea domū. yram rege tyrie ferente sibi auxilium. mittendo ei ligna cedrina ⁊ artifices. Porro: dauid accepit alias vxores. ⁊ nati sunt ei filij in ierusalē vndecim. Inter quos enumeratur nathan. ali⁹ scʒ a nathan p̄pheta: quē sibi dauid adoptauerat post mortem patris Et nota: quia ierusalē vsq̄ ad melchisedech dicebatur iebus. a quo dicta est salem. Postea: a daud dicta est iebusalē. sed postea mutata. b. in. r. dixit ierusalem. quasi munitam salē. Iero enim hebraice: munitio est. Tradit iosephus: q̄ ante hanc littere mutationē ab homero factam quidam putant. Postea dicta est a salomone: ierosalomia. ⁊ tandem p sincopam ierosolima.

Quod dauid vicit philisteos.

a

Udientes philistei dauid regnare sup israel: ascenderūt vniuersi vt quererent dauid. ⁊ castrametati sūt i valle raphaim. nō pcul a ierusalē. ⁊ egressus est ad eos dauid ex responso dñi. ⁊ percussit eos in ore gladij. ⁊ diuisit eos hac ⁊ illac in fugam. Ob hoc vocatus est locus: baalpharasim. i. viroꝝ diuisio. vel: quia ibi fugientes reliquerant ydola. que tulit dauid secum ⁊ conflauit. Et addiderūt adhuc philistijm vt ascenderent in valle raphaim. ⁊ posuerūt ydola sua sub arboribus piroꝝ. Et ait dñs ad dauid. Nō ibis obuiam eis. sed gira post tergū: ⁊ venies ex aduerso piroꝝ. Hebreus habet: flentiū. i. ydoloꝝ. que digna sūt fletu. ⁊ cultores suos ad fletū eternū trahūt. Cūq3 angelus dñi incedens sup cacumina piroꝝ sonitum faceret. irruit in eos dauid. Et pcussit eos vsq3 gazer.

De reductione arche in ierusalem.

p

Orro: fecit dauid tabernaculū iuxta domū suam: ad reponendū archam. ⁊ posuit in eo quasdā de veteribus cortinis. tabulas vo columnas ⁊ bases: pores reseruauit. ⁊ descendit dauid cum triginta milibus viroꝝ. ⁊ posuerūt archā super plaustrū nouū. Et tulerūt eam de domo aminadab q̄ erat in gabaa. i. in colle iuxta cariathiarim. Nec est hic gabaa nomen vrbis vel loci. sed scdm interptationē suā colle sonat. Duo aūt filij aminadab minabant plaustrū. aioth pcedebat. ⁊ oza sequebatur. Dauid aūt ⁊ omnis israel psallebant coraz archa. in musicis instrumentis. Cū aūt venissent ad areā nachor: calcitrauerūt boues. ⁊ inclinata est archa. ⁊ extendit oza manū: ⁊ tenuit eam. Et aruit dextera eius: ⁊ expirauit. Et vocatū est nomen loci: pcussio oze. Dicit iosephus eū pcussum. quia tetigit archam: cū sacerdos nō esset. Alij dicūt: quia posuerat archam sup plaustrū. cū humeris portare debuisset. Hebrei tradūt: q ea nocte dormierat cū vxore sua. Timuit itaq3 dauid diuertere archam se. ⁊ posuit eam in suburbio in domū leuite obeth. filij edom gethei. ⁊ fuit ibi tribus mensibus. Et benedixit dominus domui obeth. Quo audito: abijt dauid vt adduceret archā in ciuitatē dauid. cū gaudio. Dauid aūt accinct' ephot lineo psallebat corā archa in organis armigatis. i. ad armū ligatis. Uel scdm quosdā: genus ē organi: qd fit cū aqua. Et vidit eū psallentem michol p fenestrā. ⁊ despexit eū in corde suo. Cūq3 posuissent archā in loco suo: obtulit dauid holocausta ⁊ pacifica ⁊ benedixit populo. ⁊ partitus est p singula capita. collirida panis vnam. ⁊ assaturā bubale carnis. ⁊ similam frixā oleo. Cūq3 rediret dauid in domū suā: subsannauit eū michol dicēs. Quā gloriosus fuit hodie rex israel: nudatus quasi vnus de scurris. Et respondit dauid. Uiuit dñs. Ludam ⁊ humilior fiam ante dñm. q̄ potius elegit me q patrem tuū. Quaobrez michol nō est natus filius vsq3 in diem mortis sue. quod inclusiue legendū est. i. donec i partu occubuit. vel exclusiue. i. nunquā. Qd videtur velle iosephus. qui dicit eam de dauid filios minime pcreasse. sed d viro cui dederat eam pater suus sublatā a dauid: qnq3 filios habuisse. q intelligendi sunt adoptiui. Mortua enim merob sorore sua: quinq3 filios eius adoptauit micol.

De victoriis dauid et officialibus eius.

f Actū est cū sederet rex in domo sua habens requiem ab hostibus suis: dixit ad nathan. Uides q͞p ego habitem in domo cedrina. et archa dei posita sit in medio pelliū: Faciam ei domū. Et ait nathan. Fac quia dn̄s tecum est. Nesciēs q̄d diceret. Eadē nocte factū est verbū dn̄i ad nathan. Dic seruo meo dauid. Non edificabit mihi domū quia sanguinarius est. sed filiꝰ eius succedēs ei in regno: faciet domū nomini meo. Et stabiliā thronū eius vsq3 in sempiternū. ⁊ ego ero ei in patrē. ⁊ ipse erit mihi in filiū. Et hac ꝑmissione conicitur: q͞p saluꝰ sit salomon. His auditis: gauisus est dauid de successione regni. exinde p̄cipue grās egit deo. Addēs. Ista enim est lex adam dn̄e deꝰ idest. lex hominis: vt sit sollicitus de successione filioꝝ. vel: vt grās agat deo de beneficijs Factū est aūt post hec ꝑcussit dauid philisteos. ⁊ abstulit frenū. i. potestatez tributi quā habebāt in israel d̄ manu eoꝝ. ⁊ ꝑcussit moab. ⁊ mensus est eos funiculo. i. cui voluit dedit hereditatē. coequans eos terre. i. valde humilians. ⁊ mensus est duos funiculos. vnū: ad occidendū. ⁊ vnū: ad viuificandū. i. ad arbitrium suū: quos voluit occidit. quos voluit: reseruauit. ⁊ factus est ei moab tributarius. Et ꝑcussit azadezer regē soba. cui conferrent p̄sidiū syri ⁊ damascus: ꝑcussit ex eis viginti milia. ⁊ ponens in syria p̄sidiū: fecit eam tributariā. Audiēs aūt thou rex emath ꝑcussum azadezer hostē suū: misit ad dauid ioram filiū suū: cū muneribus. ⁊ grāꝝ actione. q͞p hostē suū ꝑcusserat. Cumq3 rediret dauid a syria: occurrerūt ei idumei in valle salinaꝝ. ⁊ ꝑcussit ex eis duodecim milia. Hieronymus corrigit decem ⁊ octo milia. Et in gebelem percussit ad vigintitria milia. Et ponens in ea p̄sidiū: fecit eā tributariā. Tūc impletū est q̄d dictū ē rebecce. Maior seruiet minori. Et retulit in hierusalē aurū ⁊ argentuz multū nimis. q̄d sanctificauit dn̄o in fabricam future domus: es quoq3 corinthiū sanctificauit: de quo fecit salomon mare eneū. columnas ⁊ altare. Porro: ioab erat sup exercitum. Iosaphat: erat a cōmentarijs. i. sc̄ptor gestoꝝ. Scribebant enim singuli reges cronica gestoꝝ. Sadoch ⁊ abiathar: erant sacerdotes. Sararia ho: scriba. i. cācellarius. Banaias aūt erat sup cerethi. ⁊ phelethi. qui erāt custodes capitis dauid. Filij autē dauid sacerdotes erant. i. digniores p̄ ceteris post regem. Sic dicit iectro sacerdos fuisse madian.

De miphiboseth et quod amon dehonestauit nuncios dauid.

r Ecordatus est dauid federis q̄d fecerat cū ionatha ⁊ ait. Nūquid superest aliqs de domo saul cū quo faciā misericordiā ꝑ ionatha: Cūq3 accepisset supesse misphiboseth filiū ionathe sterilē pedibus: vocauit eū. ⁊ restituit ei omnē possessionē saul aui sui. ⁊ cōstituit eū cōmensalē suū: tanquā vnū de filijs suis. Porro: syba puer saulis: cui erant q̄ndecim filij. ⁊ viginti serui: ex mandato dauid excolebat terrā. ⁊ referebat fructus ad misphiboseth in ierusalē. Erat aūt misphiboseth filius: micha. Factuz est vt moreret naas rex amonitaꝝ. ⁊ regnaret ꝑ eo filius eius anon. Misitq3 dauid nuncios vt cōsolarentur eū de morte patris. monens: vt amicitie quas cū patre eius habuerat ꝑmanerēt. Cum enim dauid fugisset ab achis sub simulatione furoris: a patre istius benigne collectꝰ fuerat. Principes aūt amon exacuerūt regem suū dicētes. Nescis q2 misit dauidi vt videret ingressum ⁊ exituz tuū: vt ꝑcutiat te ⁊ terrā tuam: Tulit itaq3 anon seruos dauid. ⁊ rasit dimidiā ꝑtem barbe eoꝝ ⁊ p̄cidit vestes eoꝝ vsq3 ad nates. Uidentes aūt amonite q͞p irritassent dauid: cōduxerūt sibi milites d̄ syria roob. ⁊ syria sobal. ⁊ a rege maacha. ⁊ a rege ystob. Misitq3 dauid io-

ab ⁊ omnē exercitū aduersus eos. Stabant autem amonite ante ingressum ciuitatis. et syroꝝ exercitus erat in campo. Joab quoqꝫ diuisit exercitū. ⁊ ptem tradēs abysai fratri suo: ptem sibi retinuit. Et irruens in syros: fugauit eos in ore gladij. Q̄d videntes amonite: ⁊ ipsi terga dederūt abysai: ⁊ receperunt se in vrbem. Joab aūt rediit in ierusalem cū triumpho. Uidentes igitur syri quoniam corruissent corā israel. collegerūt iterū exercitū ampliorē. Dauid quoqꝫ cōtraxit omnē israel. ⁊ transiens iordanē: direxit aciē aduersus syros. ⁊ pcussit ex eis currus ⁊ equites q̄draginta milia. ⁊ sobac pncipem milicie. Timueruntqꝫ syri auxilium deinceps prebere filijs amon. Feceruntqꝫ pacē cū israel. ⁊ seruierūt eis

De morte vrie et penitentia dauid.

Factū est anno vertente verno tpe. cum solent reges ad bella pcedere: misit dauid ioab ⁊ vniuersum isrl ⁊ vastauerūt filios amon. ⁊ obsederūt rabath. Dauid aūt remāsit in ierusalē. Accidit vt surgeret dauid de stratu post meridiē. ⁊ deambularet i solario. viditqꝫ ex aduerso bersabee vxorē vrie lauantē se aqua frigida. cuius specie inspirat⁹: ad se vocatā cognouit. statimqꝫ sanctificata est ab immūdicia sua. i. post coitū lauit se. vel concepit. ⁊ cessauit menstru⁹ sanguis. quē natura dicit̄ reseruare post conceptū: in alimoniā fetus. Quidā tradūt eā tūc menstruatā esse: ⁊ ad tactū regis cessasse menstruū. Dicit epiphanius. q̄ cū vocasset dauid bersabee: cognouit hoc nathan in spiritu. ⁊ festinauit ad dauid: vt phiberet: antequā veniret mulier. ⁊ impediuit eū belial. nam in via inuenit hominē occisum. nudū iacentē. ⁊ morā fecit ibi. Eadē nocte rex impleuit peccatū. ⁊ luxit nathan. Cūqꝫ accepisset dauid eā cōcepisse: reuocauit vriā armigerū ioab scd̄m iosephū ab expeditione. vt ingrederet̄ ad vxorē: ⁊ partus ei ascriberet̄. Quesiuitqꝫ dauid ab vria: de statu belli. monēs vt intraret ad vxorē. ⁊ paululū recrearet se. Non acquieuit vrias. ⁊ dormiuit cū seruis regis. Quāobrem vocauit eū dauid iterū. ⁊ statuit eū secū in mēsa inuitās eū ad pocula: vsqꝫ ad ebrietatē. Sed nec sic: cōcitatus ē vir odio vxoris. ⁊ ait. Archa dn̄i ⁊ israel habitāt in papilonibus. ⁊ dn̄s meus ioab manet sup faciē terre. ⁊ ego ingrediar in domū meam: Per salutē tuā rex nō faciā rē hanc. Certus ergo dauid q̄ nō intraret: scripsit ad ioab. quasi deliquisset in eū vrias: vt poneret ipsum in ea pte belli in qua pcussus interiret. Cūqꝫ tulisset vrias epistolā mortis sue: scd̄m mandatū regis interiit. Porro: bersabee accepta morte viri: planxit eū. Trāsactoqꝫ luctu vocauit eā dauid. ⁊ facta ē ei vxor. ⁊ peperit ei filium. Tūc misit dn̄s nathan ad dauid. q̄ pposuit ei paradigma: de diuite habēte oues plurimas. q̄ rapuit paupi vicino ouiculam vnam quā habebat: vt ex ea pparаret cibos hospiti q̄ superuenerat. ⁊ indignat⁹ rex in hominē illū: dixit. Uiuit dn̄s: q̄m filius mortis est qui hoc fecit. Ouem reddat in q̄druplū. Et respōdit nathan. Tu es vir ille. Uxorē vrie accepisti tibi. ⁊ vt occultares adulteriū: interfecisti eum gladio filioꝝ amon. Quāobrem hec dicit dn̄s. Nō recedet gladius de domo tua vsqꝫ in sempiternū. Ecce suscitabo sup te malū de domo tua. Hoc ad vltimū factū est: quādo psecutus est eū absalon. Primū vo: in diuisionē regni post salomonem. Et ait dauid ad nathan. Peccaui dn̄o. Et descendēs de throno cōsistorij: sedit i terra. ⁊ tanquā vir decicola: corā omnib⁹ confiteri peccatum nō erubuit. Et ait nathan ad eū. Trāstulit dn̄s peccatū tuū. nō morieris. nec regnū amittes. Uerūtamen: filius q̄ natus est tibi morietur. q̄m blasphemare fecisti inimicos nomen dn̄i. dixerūt enim ydolatre vel dicere potuerūt. Nō est iustus deus israel: q̄ saul amouit a regno. ⁊ substituit dauid cū dauid grauius q̄ saul peccauerit. pcussit aūt dn̄s puulū vsqꝫ ad desperationem vite. ⁊ deprecatus est dauid dn̄m p paulo. ⁊ ieiuna

uit. ⁊ iacuit sup terrā: ⁊ noluit consolari. Accidit aūt die septimo vt moreretur infans. ⁊ videns dauid seruos mussitātes: intellexit ꝙ mortu⁹ esset. Quo accepto: lota facie ⁊ mutata veste intrauit ad dn̄m. ⁊ adorauit. ⁊ exhilarat⁹ comedit. ⁊ admirati sunt serui: ꝙ cōtra consuetudinē egisset. ⁊ ait ad eos. Cū adhuc viueret puer: fleui ⁊ adoraui vt viueret. eo mortuo: quare flerem: Nūquid potero reuocare eū: Ego vadam ad eū. Ille vero nō reuertet̄ ad me. Hoc aūt agebat dauid: vt cōsolaretur bersabee. quia diligebat eā. Et ꝓcedente tpe genuit ex ea filium: quē vocauit salomonem. Misitq3 eū in manu nathan. q̇ vocauit eū ydidam .i. amabilem dn̄o.

Igitur pugnabat ioab cōtra rabath. ⁊ expugnabat eam. misitq3 ad dauid dicens. Ueni ⁊ cape ciuitatē. ne nomini meo ascribat̄ victoria. Et cōgregauit dauid omnē populuz. ⁊ ꝓfectus cepit vrbem. ⁊ vastauit eam. ⁊ tulit diadema ð capite melchon. qđ sonat rex eoꝝ ⁊ erat ydolū amonitaꝝ. ⁊ erāt in diademate gemme ꝑciose. ⁊ auri talentū. Quod conflauit dauid. ⁊ formauit sibi ex eo diadema in medio gemmarū statuēs sardonicē incōparabilem. Porro: reliquas ciuitates amonitarū vastauit. ⁊ multos de populo serrauit vinculis ferratis. ⁊ plures diuisit cultris in typo laterum.

De thamar quā amon oppressit.

Actum est post hec suscitauit dn̄s malū in domo dauid. in hunc modum. Amon ꝑmogenitus eius diligebat thamar. sororem absalon ex vtroq3 parente. ita: vt depiret in ea ⁊ egrotaret. Huic erat cognat⁹ ⁊ familiaris ionadab fili⁹ sammaa fratris dauid. prudens valde. quē iosephus ionathā vocat. Hunc q̇dam arbitrant̄ fuisse nathan. sed absit: vt ꝓpheta flagitiosuz dederit consiliū. Hic ait ad amon. Quare sic attenuaris macie fili regis: q̄si diceret. Qui debes succedere regi in regnū: Et rn̄dit amon. Diligo thamar supra modū. Qui respondit. Simula languorē. Cūq3 venerit pater tuus ad te visitandum: dic ei. Ueniat oro thamar soror mea. ⁊ faciat mihi pulmentuz vt comedā suauius de manu eius. Cūq3 venisset thamar missa a rege: coxit in oculis ei⁹ sorbiciūculas. vel scđm iosephum collirīdas frixas. ⁊ eiecit amon a se vniuersos. Cūq3 intulisset thamar cibos ad eū in conclaui: apprehendit eā. ⁊ ait. Cuba mecum soror mea. Que respondit. Noli frater opprimere me. ⁊ facere opprobriū generi tuo in israel. Sed loquere ad regem. ⁊ non negabit me tibi. Hoc aūt agebat vt subterfugeret manus ei⁹. Nō enim fas erat scđm legē vt quis duceret sororem ex patre. tamē quidā determināt. hoc dictū esse: si fuerint ambo eiusdē populi. Hec aūt fuerat ð matre gentili: maacha. quā dauid ceꝑat in ꝑlio. ⁊ cesarie ⁊ vnguibus ꝑcisis: scđm legem duxerat eam in vxorē. Et ita tradūt: illos potuisse fieri coniuges. Noluit aūt acquiescere amon. ⁊ oppressit eam. ⁊ statim exosam habuit eā: magis. quā ante dilexerat. ⁊ eiecit eā a se rogantez: vt apud eum maneret. ⁊ esset ei vxor. Cūq3 eiecissent eā pueri amon: aspersit cinerem capiti suo. ⁊ rupit tunicam talarē qua vtebantur filie regis virgines. quā iosephus vocat collobiū manicatum. ⁊ impositis manib⁹ sup caput: ingressa est ad absalon fratrē suū eiulans. Cui frater ait. Tace soror. frater enim noster est. Et mansit in domo absalon. longo tempe sustinens viduitatem.

De morte amor et fuga absalon et reditu eiusdem.

Actū est aūt post biennū: vt ascenderet absalon ad tondendas oues. ⁊ ait ad regē. Ueniat oro rex cum

sceruis suis. ad cōuiuiū pueri sui. Cūq; abnuisset ne grauaret eū: ait absalon. Ueniat saltem obsecro amon frater meus. ⁊ filij regis cū eo. Et abierūt cū absalon. Cūq; recūberēt pueri absalon ex pcepto ei' interfecerūt amon temulentū. Et ascēdētes filij regis mulas suas fugerūt. Et puenit fama ad dauid dicēs. Percussit absalon omnes filios regis. ⁊ scidit rex vestimēta sua: ⁊ cecidit sup terrā. Jonadab aūt quē veritas nō latebat: ait ad regē. Ne timeat dñs me'. qm̄ amon sol' mortuus est. quē oderat absalon a die q̄ oppssit sororē ei'. Et ecce apparuerūt filij regis. ⁊ fleuerūt cū rege planctu magno nimis. Porro absalon fugiens abijt ad ptolomai auū suū regē iessur. ⁊ fuit cū eo trib' annis. Rex autē cōsolatus super amon interitu: cessauit velle psequi absalon. Qd̄ intelligēs ioab q̄ diligebat absalon: misit ad regē mulierē sapientē; de thecua q̄ putat fuisse pauia amos pphete. ⁊ posuit ioab verba sua in ore ei'. Cumq; ingressa fuisset mulier ad regē. adorauit dicens. Serua me rex. Mortuus ē vir meus. et erāt mihi duo filij. ⁊ interfecit alter alterū in agro. ⁊ cōsurgit vniuersa cognatio aduersus occisorē: querētes animā illius p anima occisi. ⁊ querūt extinguere scintillā meam sup terrā. hec mulier: posuit se in psona dauid. ⁊ filios suos: i psona amon ⁊ absalon. ⁊ cognationē suā: in psona alioꝝ filioꝝ dauid. Et ait rex ad eā. Uade in pace. ⁊ ego iubebo p te. Qd̄ cū nō sufficeret mulieri: ait ad regē. In me sit dñe hec iniquitas ⁊ in domū patris mei. Rex aūt sit innocens. q̄si diceret. Si putas. iniquū pcere occisori. mihi imputetur ⁊ domui mee. Cūq; iterasset rex pmissiōe nec sufficeret mulieri: istāti' rogabat regē. Qui ait. Uiuit dñs: q nō cadet de capillis filij tui sup terrā. Tūc exponēs ei mulier similitudinē: ait. Reducat ergo dñs me' abiectum suū. Nō enim vult pire animā de'. ⁊ oēs dilabimur tāq̄ aque q̄ nō reuertēt. q̄si diceret: mortuū filiū reuocare nō potes ad vitā. melius ē vt reuoces viuentē. q̄ alterū vindicando: vtrūq; pdas. Et ait rex. Nunq̄d man' ioab tecū ē i istis: Que respōdit. Ipse posuit vba hec in ore meo: vt verterē similitudinem sermonis eius. Et ait rex ad ioab. Reuoca puerū absalon. Cūq; reduxisset absalon in ierusalē. ait rex. Nō videat faciē meā: donec vocē eū. ne eo viso reuiuiscat in me dolor filij. Et mansit absalon in ierusalē duob' annis. et faciē regis nō vidit. Porro: absalon erat decorus nimis. Cuius cesaries scd̄m iosephū tanta erat. vt vix octo dieb' tondi potuisset. Quā semel in anno tonsam ponderabat ducentis ciclis. Forte: hui' ponderis erat tonsura ei'. vel hoc pcio emebāt eum mulieres: vt subornarēt crines suos. Natiq; sunt absalon filij tres. ⁊ filia vna nomine thamar. Misitq; sepius ad ioab vt intercederet p eo ad regē. q̄ noluit venire ad eū. Misitq; absalon seruos suos: vt incenderēt segetē agri ioab. Quo facto: venit ioab ad eū dicēs. Quid fecerūt serui tui: Qui respondit. Aliter te habere nō poteram. Obsecro: intra ad regem. vt videā faciem eius. Alioq̄n: interficiat me. Et ingresso ioab ad regē: vocatus est absalon. Et osculatus est eū rex.

Quomodo absalon persecutus est dauid.

Unc cepit absalon aspirare ad regnum. Nam celaph ante eum genitus: vel iners erat. vel mortu'. Fecitq; sibi currū. ⁊ equites q̄nquaginta q̄ pcederēt eū. Et mane cōsurgens stabat in porta. ⁊ blandiebatur ascēdentibus ad regis iudiciū: dicens. Bona sunt que dicis. sed nō est q̄ te audiat cōstitutus a rege. Quis constituet me vt iuste iudicem: Et inclinabat ad se corda viroꝝ. Post q̄ttuor autē annos reuersionis: ait ad regem. Dum eram in exilio: voui Si reduxerit me dominus in ierusalē: sacrificabo domino in ebron. Uadam ergo ⁊ red

dam vota mea. ⁊ ait rex. Uade in pace. Alia
ltra habet post quadraginta annos. quadra-
ginta enim anni fluxerant. ex quo occisi sunt
sacerdotes nobe. q ponitur hic. vt monstret
diuinã vltionẽ suscitari sup dauid. eo q abi-
melech sacerdotẽ fefellit. Abijt ergo absalon i
ebron vens cõsilio achitofel gilonite. qui fue-
rat cõsiliarius dauid. Et egressi sunt cum eo
multi de ierusalẽ rem ignorantes. Cũqz immo-
lasset hostias: facta ẽ cõiuratio valida. ⁊ au-
gebatur populus cũ absalon. Quod cum acce
pisset dauid: ait seruis suis. Egrediamur cito
ne veniens absalon occupet nos. ⁊ pcutiat ci
uitatẽ. ⁊ egressus est rex. ⁊ vniuersa domus
eius: nudis pedibus. dimittens decem concu-
binas ad custodiendã domũ. Et pcedebant
regem cerethi. ⁊ phelethi. ⁊ sexcenti viri pugna
tores: q secuti fuerãt eũ de geth. Isti credan
tur bñficia pstitisse dauid. quando latuit in
geth. ⁊ in retributionẽ dederat eis locũ in ie-
rusalẽ. Josephus dicit illos sexcentos egressos
cũ eo. qui quondã astiterant ei in saulis psc-
cutione. Potuit aũt fieri: vt hij ⁊ illi cum eo
essent. Et ait rex ad ethai gethei filiũ achis.
qui pmus erat inter sexcentos. Reduc fratres
tuos in ierusalẽ. ⁊ habita cũ rege. heri veni-
sti. ⁊ hodie cõpelleris exire: Qui respondit.
Uiuit dñs. nec in morte nec in vita derelin-
quã te. Et transgressi sunt vniuersi flentes cũ
rege: torrentẽ cedron. Et leuite portantes ar-
cham deposuerũt eam: donec trãsiret popu-
lus. ⁊ ascendit abiathar ad cõsulendã dñm.
Qui nõ respõdit ei. Et ait dauid ad sadoch.
Reuertere in ciuitatẽ cum archa. Ego abscõ
dar in deserto. achimaas filius tuus ⁊ iona
than filius abiathar sint nobiscũ. p quos ve
niet ad me sermo a vobis. ⁊ redierunt cũ ar
cha. Cũqz ascendisset dauid cliuũ oliuarũ:
occurrit ei cusi arachites cõsiliarius eius. Et
ait dauid. Reuertere. ⁊ esto cum absalon. Et
dissipabis cõsilium achitofel. Et qd audieris
in domo regis: indicabis sacerdotibus. q di
rigent ad me filios suos. Et venit chusi ad
absalon in ierusalem. Cũqz paululũ pcessis-
set dauid: apparuit ei syba cũ duob' asinis
ferens panes ⁊ vuam passam. ⁊ massas pa-
lataruũ. i. ficuũ. q inter tabulas quas palas
dicimus: psse compinguntur. Et ait syba ad
regem. Asinos duxi: vt insideant domestici
regis. Et tuli cibaria: vt alãtur in deserto. Et
ait rex. Ubi est misphiboseth. Qui respõdit
Remansit in ierusalem dicens. Hodie resti-
tuet mihi dñs vltionẽ patris mei. Et ait rex
sybe. Tua sint omnia q fuerunt misphibo-
seth. Uenit ergo dauid vsqz ad bahurim. Et
egressus vir de cognatione saul noie semey: p
iciens lapides ⁊ lutum maledicebat regi di
cens. Egredere vir sanguinuz. ecce pmunt te
mala que fecisti in domũ saul. Quem cum
vellet pcutere abisay. phibuit eũ dauid di-
cens. Filius vteri mei querit animã meã. quã
to magis filius gemini: Dimisit eũ dñs vt ma
ledicat mihi. Respiciat dñs hanc afflictionez
meam. Fabulantur hebrei: hũc semey fuisse
nabath patrem ieroboam. ⁊ nomen aui ei' :
iemini. ⁊ descendit dauid vsqz ad iordanẽ.

De consilio chusi et morte achitofel

f Actum est autem q chusi veniẽs
ad absalon: adorauit dicens. Sal-
ue rex. Ad quẽ absalon. Quare non
fuisti cum amico tuo: Qui respondit. Illi'
ero quem dñs elegit: ⁊ omnis israel. Cui ser-
uiam: Nõne filio regis: Sicut patri tuo: sic
parebo ⁊ tibi. Tũc ingressus est absalon co-
ram omnibus ad concubinas patris de con
silio achitofel. vt sic intelligeret omnis israel:
q ex animo psequeretur patrem. ⁊ roborarẽ
tur cum eo. Post hec dixit achitofel. Eligaz
mihi duodecim milia viroz. ⁊ psequar hac
nocte dauid. ⁊ pcutiam eum quia lessus est.
⁊ redibunt ad te vniuersi: quasi vnus homo
Et ait absalon. Uocemus chusi. ⁊ cõsulam'
eum. Et ait chusi. Non est bonum consiliuz
hac vice. Nosti patrẽ tuũ. ⁊ viros eius: esse
fortissimos. Si modo pcusserit aliquos de tu
is. quicũqz audierit dicet. Facta est plaga in

populo qui sequebatur absalon. ⁊ timebunt esse tecū. Sed hoc est consiliū bonū. cōgregetur ad te omnis israel. ⁊ irruamus sup eum. Et placuit omnibus cōsiliū chusi. Et dixit chusi sacerdotibus: vt nunciarent dauid ne maneret in deserto nocte illa: sed transiret iordanem. Et abijt ancilla ad filios sacerdotū qui latebant iuxta fontē rogel: ferens pannū q̄si ad abluendū. ⁊ indicauit eis verbum chusi. Uidit aūt eos puer q̄dam fili' ancille vt dicitur. ⁊ indicauit absalon. Josephus tñ dicit quosdā equites vidisse eos. ⁊ nunciasse absalon. Qui misit post eos vt cōprehenderētur. At illi ingressi sunt in baurim domum mulieris rogātes: vt celaret eos. q̄ dimisit eos i puteū. ⁊ expandit velamen sup os putei: quasi siccans tipsanas. i. ordeū ad tipsanā. ⁊ sic res latuit. Cūq3 reuersi essent q̄ missi fuerāt: illi ascēdentes de puteo nunciauerūt dauid que tradita eis fuerāt. Et trāsiuit dauid iordanē cū suis p̄usq̄ illucesceret. ⁊ venit in manaim. Porro: achitofel sciens regnū rediturum ad dauid: ⁊ timēs incidere in manus ei'. descendit in domū suam in gilo. ⁊ laqueo se suspendit.

De morte absalon

a Bsalon aūt collegit exercitū. ⁊ trāsiuit iordanē. ⁊ statuit amasam super exercitū: p̄ ioab. Hic erat filius abigail filie naas. i. ysai sororis dauid quā iosephus abigeā vocat. ⁊ erat cōsobrinus ioab. Porro: viri transiordanē: ⁊ maxie berzellai galaadites: obtulerūt dauid cibaria multa nimis ⁊ stratoria. ⁊ tapecia. ⁊ vasa fictilia. Porro: dauid diuisit populū q̄ cū eo erat in tres partes. vnā dedit ioab. secūdā abisai. tertiā ethai getheo. q̄ putat̄ fuisse fili' achis amici dauid. Cūq3 vellet egredi rex cū eis ad pugnā. dixerūt: nō ibis. Te solū querūt. alios nō curant. Cūq3 egrederent̄ cuncti ad pugnā circiter septē milia stabat dauid iuxta portam: ⁊ dicebat. Seruate mihi puerū absalon. Et factū ē prelium in die illa iuxta saltū effraim. Et fugit exercitus absalon. cesis ex eo viginti milib'. Et plures interfecerūt bestie saltus q̄ gladius. Fugiensq3 absalon sup mulū: venit ad quercū cōdensam. ⁊ intercepto capite ei' ramis: mulus ptransijt eo suspēso. Quod cū q̄spiam nūciasset ioab. ait ad eū. Quare nō confodisti eū: Qui respōdit. Nō mitterē manū meā in filiū regis. Presertim: cū audierim eū dicentē. Seruate mihi puerū absalon. Et infixit ioab tres lanceas in corde absalon. Quē adhuc palpitantē interfecerūt armigeri ioab ⁊ p̄iecerūt eū in foueā grandē. ⁊ cōportauerunt sup eū aceruū lapidū. Israel aūt fugit i tabernacula sua. Porro: absalon adhuc viuens erexerat sibi titulū in valle regia: q̄ duobus stadijs distat a ierusalē: in monimētū nominis sui. Et erat nomen tituli: man' absalon. Hunc titulū q̄dam putant fuisse: arcum triūphalē. Sed iosephus dicit: statuam fuisse marmoreā. Tūc ait achimaas ad ioab Curā ⁊ nunciabo regi. Qui r̄ndit. Nolo te hodie nūciare. Filius enim regis mortuus ē Et ait ioab ad chusi. Uade ⁊ nuncia regi q̄ vidisti. Et cucurrit chusi. Currēs quoq3 achimaas post eū p̄ viā cōpendij transiuit eum. Dauid aūt sedebat inter duas portas. Speculator v̄o in fastigio porte exclamauit. Uideo hominē currentē solū. Et ait rex. Si sol' est: bonus ē nūcius. Et iterū ait speculator. apparet mihi homo alter: currens solus. dixitq3 rex. ⁊ iste bonus ē nuncius. Et veniens achimaas adorauit dicēs. Bñdictus deus: q̄ conclusit homines leuātes se cōtra regem. ⁊ ait rex. Est ne pax puero absalon: At ille noluit indicare. Chusi v̄o supueniēs indicauit. Et cōtristatus rex ascēdit cenaculum porte. flens operto capite. ⁊ clamās. Fili mi absalon q̄s mihi tribuat vt ego moriar p̄ te: Absalon fili mi: fili mi absalon. Quod audiens popul': timuit ingredi ciuitatē. Et ingressus ioab ad regem: dixit. Confudisti hodie vultus eorum q̄ saluā fecerāt animā tuā. Diligis odientes te. ⁊ odio habes diligentes te: p̄cede ⁊ alloquere seruos tuos. Alioq̄n: nec vnus remanebit tecū hac nocte. ⁊ erit hoc malū tibi super

gloriatur accinctus: eque vt discinctus. et est sensus. Adhuc es accinctus armis. et res est in pendulo. Noli ergo gloriari. quasi iam victor sis. et discinctus armis depositis. quasi diceret. nō potest sic gloriari pliator: sicut victor. Vel sc̄dm aliam lram non glorietur accinctus multitudine. nec distinctus. i. carens multitudine. quia sepe pauci vincunt multos Porro benadab cū regib' suis bibebat i vmbraculis. et ait seruis suis. Circūdate ciuitatē Cūq3 expugnarēt eam: timuit achab nimis. Et ecce vnus ppheta cōfortauit eū micheas vt quidā tradūt. et ait hec dicit dñs. Ego tradam omnē hanc multitudinē in manu tua hodie. vt scias q2 ego sum dñs. Et ait achab Per quē: Qui respōdit. Per pedissequos pncipū puinciaꝝ. Et ait achab. Quis erit dux coꝝ: Qui respōdit. tu. Et inuenit achab filios pncipū ducentos et triginta duos. et egressus est cū eis. Cūq3 nunciatuz esset benadab ꝙ egressi essent de samaria: misit in occursū coꝝ viros dicens. Siue ad pacem siue ad pliū venerint: apprehendite eos viuos. filij vo pncipū pcusserūt eos. vnusquisq3 virum qui contra se veniebat. et fugit exercitus syroꝝ. et egressus israel: pcussit equos et currus. et syriam plaga magna. Tunc accessit propheta ad achab dicens. Confortauit te dñs. Vide q̇d facias ei. Sequenti anno rex syrie ascēdet cōtra te. quasi diceret. Necesse est tibi: vt habeas deū ppicium. Tunc dixerūt serui benadab ad eū. Dij montiū sunt dij coꝝ. et pugnauimus cū eis in montibus. et ideo vicerūt nos. Pugnemus ergo in campestribus vbi dij coꝝ nihil possunt. et obtinebim' eos. Tu aūt fac verbū hoc. Amoue ab exercitu reges quia inertes sunt. et pone p eis pncipes. et instaura numerū pugnatoꝝ. quos ante habuisti.

Igitur post annū venit benadab cum exercitu in affech. que est in campestribus. Porro filij israel castrametati sunt contra eos. quasi duo parui greges caprarū. Syri aūt repleuerunt terram. et dixit vnus vir dei ad achab Quia dixerūt syri. deus montiū est dñs. et non vallium: tradā eos in manu tua. et direxerunt acies ex diuerso septem dieb'. Septima aūt die pcussi sunt d̄ syris: centū milia peditum. et reliqui fugerūt in affech. et cecidit murus sup eos q̇ remāserāt. Benadab aūt fugiens in ciuitatē: latuit in cubiculo quod erat intra cubiculū. Serui aūt eius timētes ne superueniret achab. et nemini parceret: et scientes reges israel clemētes: accinxerūt lumbos suos saccis. et ponentes funiculos in capitibus venerūt in occursum achab dicētes. Seruus tu' benadab dicit. Viuat oro te aīa mea. q̄si diceret. Quācūq3 mulctā mihi imposueris: suscipiā3 eam p anima mea. Qui rn̄dit. Si adhuc viuit frater me' ē. i. faciam cū eo fedus. Qui rapiētes verbū ex ore eius quasi p omine: festinanter adduxerūt benadab ad eū. et leuauit eum achab secū in curru suo. Et dixit ad eū benadab. Ciuitates q̄s tulit pater meus a patre tuo reddā tibi. Fac tibi plateas in damasco. i. forum rerum venalium. sicut fecit pater meus in samaria. Cūq3 federati essent: redierūt ad ppria. Tūc micheas dixit ad socium suū in spiritu. Percute me. At ille noluit. Cui ait. Quia non audisti vocem dñi: cum recedes a me pcutiet te leo. Quod factum est. Inueniensq3 alteruz virum dixit ad eum. Percute me in capite. Qui vulnerauit eum. Tunc propheta mutato vultu aspersiōe pulueris et sanguinis: clamauit ad regem in via. Cum essemus in p̄lio: adduxit vir vnus captiuū suū ad me. dicens. custodi istuz. Qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima eius. i. eris seru' meus pro eo. aut talentum argenti appendes. Cū autē verterē me huc atq3 illuc. subito nō comparuit. et ait rex. Judicium tuum est. ꝙ ipse decreuisti. Alterutrum necesse est facias ei. Tunc lota facie agnitus est propheta a rege. et ait. Hec dicit dominus. quia dimisisti virum blasphemum dignum morte: erit anima tua pro anima eius. i. ipse te interficiet. Et iratus rex pphete: iussit eum clausum custodiri. Et venit in samaria.

De vinea naboth

Porro: naboth iezraelites habebat vineaȝ iuxta palatiū regis. Et dixit ad eū rex. Da mihi vineam tuā: vt faciam in ea ortū holerū. Daboq; tibi ꝓ ea vineam meliorē. vel ꝑcium. Qui respondit. Propicius sit mihi dn̄s: ne dem hereditateȝ patrū meoꝝ tibi. q̄si diceret. non possum. hereditas relicta est mihi a patribus. vt relinquā eam posteris. Et contristatus rex ꝓiecit se in lectū. ⁊ nolebat comedere. ⁊ cōfortauit eū iezabel dicens. Equo animo esto. ego dabo tibi vineā naboth. Et scͦpsit secreto litteras ex nomine achab. ⁊ anulo eius signatas: ad iudices iezrael. vt cōuentū facerent ⁊ ieiunarent. tanquā dei iudiciū facturi. Et submitterent testes aduersum naboth. q̄ dicerēt. benedixit naboth deū ⁊ regem. i. maledixit scḋm hebreū ydioma. ⁊ iudicātes reū maiestatis: lapidarēt. Et factū est ita. Et lapidatus ē naboth extra ciuitatē iezrahel. Cū ergo accepisset achab de morte naboth: descēdebat in vineam vt possideret eam. Et occurrit ei helias thesbites dicēs. Hec dicit dn̄s. Occidisti insup ⁊ possedisti. hebreus habet. Occidisti. ⁊ post hec hereditabis: In loco hoc i quo linxerūt canes sanguinē naboth: lambēt quoq; tuū sanguinē. in eadē regione. Nō enim intelligendū est in eodē loco singulariter. Qui respondit. nō inuenisti me inimicū tibi. i. q̄re inimicaris mihi: Et ait helias. eo ꝙ venūdatus sis diabolo: vt faceres malū corā dn̄o. ꝓpterea dn̄s demetet posteriora tua. ⁊ dabit domū tuā sicut domū ieroboā ⁊ baasa. Sȝ ⁊ de iezabel dicit dn̄s. Canes comedent iezabel. in agro iezrael. Achab ergo timens valde: scidit vestem suā. ⁊ operuit se cilicio. ⁊ dormiuit in sacco. ⁊ ambulauit demisso capite. Et ait dn̄s ad heliam. Quia humiliatus ē achab coram me: nō inducam malū hoc in diebus eius. sed in diebus filij sui. Forte dimissum est ei peccatum ꝓpter ꝑsentem iusticiam. Trāsierūt igit̄ tres anni sine bello inter syriam ⁊ israel. ꝓpter fedus qḋ inierant.

De morte achab

Interim aūt iosaphat rex iuda accepit vxoreȝ filio suo ioram: athaliam filiā achab. ⁊ iezabel. ⁊ ꝑ affinitatem cōfederati sunt. rex iuda. ⁊ rex israel. Tūc descendit iosaphat ad regem israel vidēdū. Et eo ꝑsente: dixit achab seruis suis. Nostra est ramoth q̄ est i galaad. cur negligimus eam tollere ḋ manu regis syrie: Et ait ad iosaphat. Venies ne mecū ad preliandū in ramoth galaad: Qui respondit. Sicut ego: ita ⁊ tu. populus meus: populus tuus. Sed queramus obsecro hodie sermonem dn̄i. Et adsciti sunt ꝓphete circiter quadringenti. Quibus rex ait. Ibo in ramoth galaad ad pugnandū an quiescā: Qui dixerunt. Ascende. ⁊ dn̄s dabit eam in manu regis. Et ait iosaphat. Nō est hic ꝓpheta dn̄i: Cui achab. Remansit vnus. micheas. filius: hiemla. sed odi eū: quia nō ꝓphetat mihi bonū. Putabat reliquos occisos a iezabel. Tūc petēte iosaphat: vocatus ē micheas. ⁊ hortabatur eū nūcius: vt bona regi diceret. sicut ⁊ alij. Qui respondit. Viuit dn̄s. quia qḋcūq; dixerit mihi dn̄s: hec loquar. Porro: in pseudo ꝓphetis erat sedechias. ferens cornua ferrea. ⁊ dicēs ad achab. hec dicit dn̄s. his ventilabis syriam: donec deleas eaȝ. i. hoc signū do tibi: quia ventilabis syriam. Tūc quesiuit achab a michea: idipsū qḋ quesierat ab alijs. Qui respondit. Ascende. ⁊ tradet eos dn̄s in manu regis. nō tamen dixit: quos vel: cuius regis. Cui achab. Adiuro te: vt nō loquaris nisi qḋ verū ē i noīe dn̄i. Tūc micheas. Vidi israel dispsuȝ: q̄si oues sine pastore. Et ait mihi dn̄s. nō habēt isti dn̄m. reuertātur. ⁊ intelligēs achab qḋ ꝑdiceret ei se moriturūȝ: dixit ad iosaphat. Vides: q̄ nō ꝓphetat mihi bonū. Tūc addidit micheas. Vidi dn̄m sedentē. ⁊ angelos assistētes ei. bonos a dextris: malos a sinistris. Et ait. Quis decipiet achab. vt descēdat ⁊ cadat i ramoth galaad Hoc eni exigebāt merita eiꝰ. Et dixit vnus a

finistris. Ego ero spūs mendax in ore ꝓphetaꝝ eiꝰ. Cui dn̄s. decipies: ⁊ ꝑualebis. Tunc sedechias ꝑcussit michea in maxillam: ⁊ ait. Me ne dimisit spūs dn̄i. ⁊ locutꝰ ē tibi: Cui micheas: Uisurus es: qn̄ absconderis in cubiculo. tanquā deꝑhēsus in mēdacio. Et vidit sedechias regē hesitantē. ⁊ cōfortauit euꝫ secreto dicens. Dic si esset propheta: aruisset manus mea: sicut manꝰ ieroboā. Sꝫ ⁊ locutus est cōtra heliā. q̄ ꝑdixit te moriturū: vbi mortuus ē naboth. Tūc rex ꝓcepit incarcerari micheam: vsqꝫ ad reditum suū.

De iosaphat.

a Scenderūt igitur duo reges cū exercitu in ramoth galaad. Et iosaphat erat in stola regali. Cui achab desērens: erat in habitu militari. vel: ne cognosceretur a syris. Rex enim syrie ꝓceꝑat ꝑncipibꝰ belli. vt reliquos nō curātes: soliꝰ achab sanguinē quererēt. ⁊ ꝓpterea: impetu facto pugnabāt contra iosaphat. Qui cū exclamasset: cōuocans suos. intellexērt syri nō esse achab ⁊ cessauerūt ab eo. Unꝰ aūt dirigēs sagittaꝫ in incertū: ꝑcussit achab inter pulmonem ⁊ stomachū: ⁊ fluebat sanguis in sinū. i. i interiora currus. ⁊ ꝑ ꝓcones reuocatus ē exercitus a bello. Mortuus ē achab ⁊ delatus i samariā. ⁊ sepultus ibi iuxta domū eburneam quā edificauerat. Et dū lauarent mulierculae currū ⁊ habenas in piscina samarie: luxerūt canes sanguinē eiꝰ. iuxta verbū helie. Et regnauit ochozias filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Porro: iosaphat redeūti occurrit hyeu. filiꝰ anani: arguēs: ꝙ impio ꝓbuisset auxilium.

Osaphat ꝟo regnauit in ierusalē. triginta ⁊ qnqꝫ annoꝝ erat: cum regnare cepisset. ⁊ vigintiqnqꝫ annis regnauit. Cepit aūt regnare anno q̄rto achab regis isrl̄. Sed ⁊ hic oritur questio ꝺ collectiōe annoꝝ. q̄s oēs post librū regū seꝑatim discutiemꝰ. Et ambulauit iosaphat in vijs asa patris sui. Anno siqdē tertio regni sui: ꝑcepit ꝑncipibꝰ ⁊ sacerdotibus. vt ꝑagrantes ꝑ singulas ciuitates, docerēt populū legem moysi. Porro: amonite. moabite. ⁊ arabes. irruerūt in iudā circa engadi. ⁊ orante iosaphat in tēplo. vt legit̄ in paralipomenon. cōfortauit eū hyaziel filius zacharie ꝓpheta: dicēs. O iuda ⁊ ierusalē nolite timere. cras egrediemini: ⁊ dn̄s erit vobiscum. et egressus: ꝑcussit hostes. ⁊ fugauit. Cūqꝫ diripet israel castra hostiuꝫ tribus diebꝰ: dixit locū illū: cōuallē bn̄dictionis. ⁊ habuit deinceps cor rectū cū dn̄o. Sꝫ ⁊ reliqas effeminatoꝝ abstulit de terra. Uerūtamē: excelsa nō abstulit. Et adhuc seruiebat edom: regi iuda in tributo. Misit quoqꝫ iosaphat classes i ophyr ꝓpter aurū. q̄ cōfracte sunt i asyongaber. Hanc confractionē ꝑdixerat ei eliezer ꝓpheta filiꝰ dodam futurā: qꝛ iosaphat fecerat fedus cū ochozia. ⁊ mortuꝰ ē iosaphat. ⁊ sepultus i ciuitate dauid. Et regnauit ꝓ eo ioram filius eiꝰ. Sub iosaphat: nonus latinorū rex fuit: siluius carpētus decimꝰ: siluius tyberinꝰ. a quo fluuius dictus ē tyberis. qui ꝑus albula dicebatur. Undecimus: siluius agrippa.

Explicit tertius liber regum.

De ochozia rege israel.

p Orro: ochozias filiꝰ achab regnare cepit in samaria: anno septimodecimo iosaphat. ⁊ duobꝰ annis regnauit. ⁊ ambulauit i via patris ⁊ matris sue ⁊ ꝑuaricatus ē moab in israel. i. recessit a tributo eiꝰ. cecidītqꝫ ochozias ꝑ cancellū cenaculi: ⁊ egrotauit. ⁊ misit nūcios: q cōsulerent beelzebub deū acharon: de infirmitate sua. Iosephus dicit. Misit ad deū acharon muscā. Et misit dn̄s heliā in occursuꝫ nūcioꝝ. Qui ait eis. Nunquid nō ē deus in israel vt eatis ad deū acharon: Quāobrem: non consurges

ochozias. sed morietur. Cūq3 redijssent nun-
cij ad regē. ⁊ dicerēt se redijsse ꝓ huiusmodi
ꝓhibitione: quesiuit ab eis de habitu viri q̄
apparuerat eis. q̄ dixerūt. Uir pilosus ē. ⁊ zo
na pellicea accinctus. Qui ait. Helyas est.
Et misit rex q̄nquagenariū cum suis q̄nqua
ginta armatis. vt vocarēt helyā: vel inuitu3
traherent. Et ait q̄nquagenarius helye sedē
ti in vertice montis. homo dei: rex p̄cipit vt
descēdas. Qui respondit. Si homo dei sum
descēdat ignis de celo. ⁊ deuoret te ⁊ tuos.
Et sic factū est. Misit quoq3 rex aliū q̄nqua-
genariū cū suis. qui similia locutus ē. ⁊ simi
lia passus. Destinauit quoq3 tertiū q̄nquage
nariū. q̄ creditur fuisse abdias. q̄ curuans ge
nua coram helya ait. Obsecro. vt miserearis
anime mee: ⁊ seruoꝝ meoꝝ. Et ait angelus
ad helyā. Descēde cū eo. ne timeas. Qui de
scēdit ad regem: ⁊ ait. Quia misisti ad beeze
bub. q̄si nō esset deus in israel: morieris. Et
mortuus ē ochozias. Et regnauit iorā frater
ei⁹ ꝓ eo: anno secūdo ioram filij iosaphat. Et
tunc equiuoci fuerunt rex iuda ⁊ rex israel. et
affines.

De raptu helye.

(f) Actum est cū leuare vellet dn̄s he-
liam ꝑ turbinē in celū: venerūt he-
lias ⁊ helyse⁹ in galgalis. ⁊ ait he-
lias ad helyseū. Mane hic: q2 me mittit dn̄s
in bethel. Qui rn̄dit. Uiuit dn̄s. ⁊ viuit aīa
tua: q2 nō derelinquā te. Sciebat enim i spi-
ritu: eū tollēdū esse. ⁊ occurrerūt eis filij ꝓphe-
taꝝ: q̄ erāt in bethel. Et dixerūt ad helyseu3
secreto. Nosti: quia hodie tolletur dn̄s tuus
a te: Qui rn̄dit. Noui. Silete. Et ait helias.
Mane hic. Qui noluit. Cumq3 venissent ieri-
cho: idipsum dixerūt helyseo filij ꝓphetaꝝ q̄
erāt ibi. qḋ ⁊ p̄dicti. Et voluit helias vt ma-
neret ibi: sed noluit. Cūq3 venirent ambo ad
iordanē. ⁊ q̄nq̄ginta de filijs ꝓphetaꝝ a lōge
specularent: inuoluit helias pallium suū. ⁊ ꝑ
cussit aquas. q̄ diuise sunt. ⁊ trāsierūt ꝑ siccū
Cūq3 transissent: dixit helias ad eū. Postula
qḋ vis vt facia3 tibi: anteq̄̄ tollar a te. Qui
rn̄dit. Obsecro. vt fiat spūs tuus duplex: in
me. Qui rn̄dit. rem difficilē postulas. tamē:
si videris me quādo tollar: erit. Alioq̄n: nō erit
Spiritū duplicē habuit helias. i. ad duo. ad
ꝓphetiā: ⁊ miracula. Ad eadē duo: fuit in he
lyseo. ⁊ ita: nō precessit discipul⁹ esse sup magi-
strū. Quidam tñ distinguūt: ita. Fiat spūs
tuus duplex in me. i. duplicet i me. qḋ ita im
pletū fuisse tradūt. Nam helyse⁹ viuēs: mor-
tuum suscitauit: sed ⁊ mortuus mortuum
suscitauit quod non helias. Cūq3 ꝑgerēt. ecce
currus igneus: ⁊ equi ignei: diuiserūt vtrūq3
Et ascēdit helias ⁊ ferebat ꝑ turbinē in celū.
Legitur q̄ sabacha pater helie nōdum nati:
vidit in somnis viros candidatos se salutan
tes. Qḋ cū nunciasset in ierusalē responsum
est ei. puer hic iudicabit israel in gladio et
igni. Helyse⁹ aūt videbat. ⁊ clamabat. pa-
ter mi. currus israel. ⁊ auriga ei⁹. i. sustenta-
tor populi ⁊ rector. ⁊ decidit ei helias palliu3
suū. Tūc ille scidit vestimēta sua. vel ꝓ dolo
re: vel abiciēs vestē suā: vt deinceps vteret ve
ste helie. ⁊ rediēs ad iordanē: ꝑcussit aquas
pallio helie. ⁊ nō sunt diuise. ⁊ ait. Ubi ē de⁹
helie eciā nūc. Percussitq3 iterū. ⁊ diuise sūt. ⁊
transijt. Qḋ videntes filij ꝓphetaꝝ: dixerūt. Re
quieuit spūs helie sup helyseū. ⁊ occurrentes
adorauerūt eū. ⁊ eo licet renitēte: miserūt q̄n-
quaginta viros ad querēdū heliā. si forte ꝓ-
iecisset eū dn̄s in aliquo montiū: vel valliū.
Cūq3 quesissent ꝑ tres dies: eo non inuento
redierunt.

De sale helysei.

(t) Unc dixerūt viri iericho ad helyseū
Terra hec optima est. sed aqua fon
tis pessima: terra3 facit sterilē. Qui
assumēs vas nouū terreū: misit in illud sal.
Et egressus ad fontē: misit sal in illu3. Et cū
orasset: ait. Hec dicit dn̄s. Sanaui aquas
has. Et nō erit in eis mors vltra. neq3 sterili
tas. Forte: morbosa erat bibētib⁹. cū sterilita
te. ⁊ sanate sunt aque vsq3 in diē hanc. Cūq3

ascēderet i bethel: illudebāt ei q̄dragintaduo pueri dicentes. ascende calue. ⁊ maledixit eis in nomine dñi. i. p nomen dñi. vel inuocato nomine dñi. Egressiq; sunt duo vrsi de saltu. ⁊ deuorauerūt eos. Cūq; trāsisset p montem carmeli: rediit in samariā. ⁊ habitabat in ea

De tribus regibus qui obsederūt regem moab.

P Orro: ioram filius achab regnauit in samaria: anno octauodecimo. iosaphat. ⁊ duodecim annis regnauit. tulitq; ydola gentiū q̄ pater suus introduxerat. Uerūtamen: a cultu vitulorū ierobo am nō recessit. Quē cū redargueret micheas occisus ē ab eo pcipitio: vt dicit epiphanius epūs cipri. ⁊ sepultus est in morasti sol⁹. iuxta sepulturā senathim. Alius fuit post: micheas similiter morastites. sextus: duodecim pphetarū. Porro: rex moab soluebat regi isrl' tributū: agnos centū milia. ⁊ totidē arietes cū vellerib⁹ suis. Sz mortuo achab: recessit a tributo. Quāobrem: iorā rex israel ascēdit cō tra eū in pliū. ⁊ habuit secū iosaphat regem iuda. Sed ⁊ iosaphat duxit secū: regē edom. Cūq; iuissent p desertū idumee septē diebus: non erat eis aqua. ⁊ ait iosaphat. Est ne hic ppheta dñi: Et rñdit qdam. ē hic helyseus: q fundebat aquā sup man⁹ helie. Et steterūt tres reges ante helyseū. Qui dixit ad regem israel. Quid mihi ⁊ tibi ē. i. tu cū sis ydolatra. quare venis ad pphetā dñi: Uerūtamē: pper iosaphat respiciā te. ⁊ ait. adducite mihi psaltē. Cūq; caneret psaltes: p armoniā excitatus est spūs ei⁹. Et factus ē spūs dñi sup eū. ⁊ ait. Facite in alueo torrētis hui⁹ exsiccato: fossas. ⁊ fossas. vt abūdantiā supueniētis aque retinere possint. Dabit eni dñs vobis aquas sine vento ⁊ pluuia in abūdatiā. insup tradet dñs moab in manus vras. vrbes electas pcutietis. ligna fructifera succidetis. fōtes obturabitis. agros egregios operietis lapidib⁹. Factū ē mane i hora sacrificij irruerūt aque p alueū torrētis. pluerat enim vehemēter tribus dieb⁹ vt ait ioseph⁹: in sup̄mis ptib⁹ idumee. Porro: moabite stabant in terminis terre sue. vt phiberēt hostes ab ingressu. Qui cū mane vidissent ex aduerso aquas turbidas torrētis sole repcussas: suspicati sunt infectas sanguine. ⁊ dixerūt. Surgam⁹ ad pdā. Mutuo cesi sunt hostes. Dūq; irruerēt pcipites: pcussit eos israel. ⁊ fugerūt. ⁊ depopulatus ē israel moab. ⁊ fecit illa q̄tuor q̄ pdixerat helyseus. Et circūdederūt ciuitatē vbi erat sedes regni. q̄ a fundibularijs ex magna pte pcussa ē. Et desperās rex moab: tulit secū septingētos electos. vt irrumperet p ptem exercitus vbi erat rex edom. ⁊ aufugeret. sed hostes repulerūt eū in vrbē. Et necessitate cōpulsus. filiū q regnaturus erat p eo: coram hostib⁹ supra murū obtulit holocaustū. vt de⁹ eū liberaret. Reges aūt videntes hoc factū necessitatis: ex humana cōpassione recesserūt ab eo. ⁊ rediit iosaphat in ierusalē. ⁊ occurrēs ei hyeu ppheta. filius anani culpabat eū: q homini ydolatre solatia pbuisset

De superabundantia olei.

F Actū est aūt: q quedā mulier d vxoribus pphetarū. vxor scz abdie: clamabat ad helyseū: dicēs. Uir me⁹ mortuus ē. ⁊ pssus erat ere alieno: pter allimoniā pphetarū. ⁊ ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiēdū sibi. Et respōdit helyse⁹. Quid habes in domo tua: Et illa. Nō habeo nisi parū olei quo vngar. Qui ait. Pete mutuo vasa vacua non pauca. ⁊ clauso ostio cū filijs tuis. mitte inde in oia vasa. Dūq; infunderet mulier: crescebat oleū. ⁊ impletis vasis stetit. i. crescere cessauit. Qd cū accepisset helyseus: ait ad eā. Uade ⁊ redde creditori. Tu aūt ⁊ filij tui. viuite de reliquo

v

De suscitatione fi lii sunamitis.

Actū ē vt trāsiret helyse⁹ ꝑ sunā . et
f erat ibi mulier magna . nō tā corꝑe
ꝙ̄ sapiētia . q̄ intelligēs virū dei esse
tenuit eū vt comederet panē. Cūq₃ frequenter
diuerteret ad eam helyse⁹ . suasit mulier viro
suo vt facerēt ei cenaculū ꝑuū . ⁊ ponerēt i eo
lectulū ⁊ mēsa₃ . ⁊ sellā . ⁊ candelabrū . ⁊ redi
ens helyse⁹ : reqeuit ibi . ⁊ ait ad giezi. Uoca
sunamitē hāc . ⁊ loquere ad eā. Quid vis vt
faciat dñs me⁹ tibi: Loquerē ꝓ te regi . vel prin-
cipi milicie. Que respōdit. In medio populi
mei habito . q̄si diceret. Uallata sum propin-
q̄s . ⁊ null⁹ inq̄etat me. Cūq₃ quereret helyse
us q̄d vellet : dixit giezi ad eū. Filiū nō habet .
⁊ vir ei⁹ senex ē. Tūc ait ad eā helyse⁹. In tē-
pore isto . ⁊ i hac eadē hora : si vita comes fue
rit . habebis i vtero filiū. Hebre⁹ sic habet . in
tp̄e isto : cū tēpus vite : subaudi adhuc erit ti-
bi : habebis ⁊c. Que rñdit. Noli vir dei men-
tiri ancille tue. Cōcepit tñ mulier . ⁊ ꝑpit iu
xta ꝟbū helysei. Cūq₃ creuisset puer : egressus
ē ad patrē ad messores . ⁊ egrotauit. Cūq₃ cla
masset . caput meū doleo : remisit eū pater ad
matrē suā . ⁊ mortu⁹ ē . ⁊ collocauit eū mater
suꝑ lectū viri dei . ⁊ clausit ostiū . ⁊ vocās vi-
rū suū ait. Curtā ad virū dei ⁊ reuertar. Qui
rñdit. Hodie nō sunt kalēde : neq₃ sabbatu₃.
Cur ibis: Istis eni dieb⁹ ꝓphete ⁊ doctores
solebāt frequētari ⁊ audiri . ⁊ tollens mulier
vnū d̄ pueris secū : sedēs i asino venit ad vi-
rū dei in montē carmeli. Qui cū vidisset eā :
ait ad giezi. Ecce sunamitis illa. Occurre . et
dic ei. Recte ne agit̄ circa te : ⁊ virū tuū ⁊ fili-
um: Que rñdit. Recte. Et nota . q₂ semꝑ hely
seus hospitē suā vocabat sunamitē. Nō ͂ enī
habuit tantā familiaritatē cū ea : vt ꝓprium
ei⁹ nomē sciret. Et ꝓiecit se mulier . ⁊ apphē-
dit pedes helysei. Et ait giezi volenti eā amo
uere. Dimitte eā in amaritudine ē . ⁊ dñs ce-
lauit ad me. Et ait mulier. Nūq̄d petiui fi-
liū a te : q̄si diceret mihi nō petēti : dedisti fili-
um i ꝑniciē meā . nūq̄d nō dixi tibi ne illudas
me: Illusionē vocat : dari filiū a dño . ⁊ tam
cito auferri. Et ait ille ad giezi. Tolle baculū
meū ⁊ vade . ⁊ ne facias morā : vel aliquē sa-
lutādo . vel rñdendo salutāti . ⁊ pones baculū
meū suꝑ faciē pueri. Cūq₃ abisset : mulier ait
ad helyseū. Uiuit dñs : nō dimittā te . ⁊ secu-
tus ē eā. Et reuersus ē giezi in occursū ei⁹ : di
cēs. Nō surrexit puer. Et ingressus helyse⁹ :
incubuit suꝑ puerū . ⁊ otrahēs se coaptauit
mēbra sua : mēbris ei⁹ . ⁊ cū orasset : calefacta
ē caro pueri . ⁊ oscitauit puer . ⁊ apuit oculos
Quē cū reddidisset matri viuente₃ : reuersus
ē in galgala . hūc locū sepe frequētabat helyse
us . tū : ꝓ religione loci . tum : q₂ ibi natus ē . ⁊
in ortu ei⁹ tale cōtigit eū ibi ꝓdigiū : vt vna
ex vitulis aureis acute mugiret. Quo audi-
to i ierlm : sacerdos diuino nutu ait . ꝓpheta
natus est in israel : qui sculptilia eoꝝ destru-
et ⁊ fusilia.

De coloquinti dis et superabun dantia panum.

Orro : fames erat in terra . ⁊ filij ꝓ
p phetaꝝ cōuenerāt ad helyseū. Qui
dixit vni d̄ pueris . coque pulmētū
filijs ꝓphetaꝝ q̄ egressus vt colligeret herbas
agrestes : inuenit q̄si vitē siluestrē . ⁊ collegit
ex ea colloq̄ntidas . nesciēs q̄d esset . ⁊ cōcidit i
ollā pulmēti . he sūt agrestes cucurbite ama
rissime minores his : q̄ i ortis nascunt̄ . vel vt
q̄dā dicūt : herba ē q̄si vitis . se diffundēs i ser-
pib⁹ . fructu modico . purpureo ⁊ rotundo : cū
matur⁹ ē. Cunq₃ gustassent recumbentes de
coctione hac : clamauerunt. Mors in olla vir
dei . i . amaritudo : quasi in morte . vel morti-
fera . ⁊ allatam farinā . misit in ollam . ⁊ dul-
corata est esca. Uir aūt quidam detulit viro
dei duos panes ꝓmitiarum . ⁊ viginti panes
ordeaceos . ⁊ frumētū nouū i pera . i . grana

confricata. Nō est intelligendū de panibus primiciaꝝ: q̄ offerebantur in pentecoste. neq; de polenta q̄ offertur in pascha. sed q: fames erat in terra: festinanter de tritico adhuc recente fecerat iste panes quos fecit helyse' apponi populo. Quidā dicūt centū viris. q: minister dixit. q̄ntū ē hic vt apponā centū viris Sȝ ita intelligēdū ē. vt apponā etiā centum viris. nedum populo: Vel forte duos tm̄ panes ꝑmiciaꝝ apposuit centū viris. dicēs: hec dicit dn̄s. comedent ⁊ superit. ⁊ factum ē ita miraculose. iuxta verbū dn̄i.

De naaman.

Naaman aūt ꝑnceps erat milicie regis syrie. vir diues ⁊ assiduus. sed leprosus. ⁊ latrūculi de syria captiuam duxerāt puellulā de israel. q̄ erat in obsequio vxoris naaman. Que ait ad dn̄aȝ suā Utinā fuisset dn̄s me' ad ꝓphetā samarie. q̄ curaret eū. Tulitq; naaman aurū ⁊ argentū multū. ⁊ decē mutatoria vestiū. i. decem paria. vel nouas vestes. q̄ sic vocant̄ ꝑ mutatione veterū. Tulitq; secū lr̄as regis syrie ad regē israel. in hec verba. Scito: ꝙ miserim ad te naaman: vt cures eū a lepra. Et audiens rex israel blasphemiā: scidit vestimēta sua. et ait. Nunq̄d ego de' sum vt curem hominē leprosum: Occasiones querit aduersum me. Et misit ad eū helyseus. dicēs. Cur scidisti vestimēta tua: Ueniat ad me. ⁊ sciat ꝓphetam esse in israel. Stetit itaq; naaman ⁊ equitatus ei' ad ostiū helysei. Qui misit ad eū dicens. Lauare sepcies in iordane. ⁊ mūdaberis. Cūq; abiret naaman: indignans ꝙ nō tetigisset eū inuocās nomen dn̄i: dixerūt ei serui sui. Si rem grandē dixisset ꝓpheta: facere debueras. q̄ntomagis qđ modicū est: Descēdit ergo: ⁊ lauit se in iordane septies. ⁊ mundatus ē. ⁊ rediēs stetit coram helyseo. ⁊ ait. Scio: q: nō sit deus alius in vniuersa terra: nisi in israel. Et obtulit ei bn̄dictionē. Cumq; renuenti vim faceret: ait helyseus. viuit dn̄s: quia nō accipiā. Et ait naaman. Obsecro: vt tollā onus duoꝝ burdonū de terra hac. Est aūt burdo: ex equo ⁊ asina. Scđm quosdaȝ tulit terrā vt sterneret eā in templis ydoloꝝ vt stans sup eā: adoraret deū terre israel. ne offenderet dn̄m suū: si pariter non adoraret. Sed veri' videt̄: ꝙ ex ea fecit altare dn̄o: ad immolandū. Unde ⁊ subdidit. Nō faciet seruus tuus vltra holocaustū ac victimaȝ diis alienis: nisi dn̄o. Unum est qđ mutare non possum. Cū innititur rex sup manū meaȝ. et adorat i tēplo remon: oportet me simul adorare. Ora dn̄m vt nō imputet mihi hoc. Et abiit naaman: electo terre tpe. i. cum elegisset terram ad portandū. Hebre' sic habet. abiit ab eo: aliquanto terre spacio. Eadē ambiguitas in genesi legitur. Eratq; vernū tempus. ⁊ ingrediebatur effrata. hebreus habet. Adhuc spaciū terre erat. ⁊ ingrediebat̄ effrata. ⁊ sic latinus interpres. posuit electū tēpus. vel vernū: ꝑ spacio. Cucurrit aūt giezi post naaman: vt aliquid acciperet ab eo. Et ait. dn̄s meus misit me. dicēs. Uenerūt ad me duo adolescētes. ex filiis ꝓphetaꝝ. Da eis talentū argēti. ⁊ vestes duplices. At ille dedit ei duo talenta. ⁊ vestes. etiā tradidit ei pueros q̄ deferrent ea. ⁊ abscondit ea in domo. Cūq; vespi staret coram helyseo: ait. Unde venis giezi: Qui rn̄dit. Nō iuit seruus tu' quoquā. At ille. Nōne cor meū tecū erat. cū reuersus fuerit homo in occursum tuū: Accepisti argentū vt emas possessionē. Sȝ lepra naaman adherebit tibi: ⁊ semini tuo in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus. Nō legit ad litteraȝ giezi filiū habuisse leprosū. nec posterū. certū ē aūt ꝯ giezitis: ꝙ lepra symonie respsi sunt.

De securi et adorsia syrorum.

Factum est: cum esset helyseus cuȝ filiis ꝓphetarum incidentibus ligna ad iordaneȝ: cecidit ferrum securis vnius in aquā. Cūq; eiularet ille. misit helyseus lignū in aquam: vbi ceciderat ferrum. ⁊

natauit ferrum. ⁊ tulit illud. Porro: rex syrie pugnabat cōtra israel. ⁊ sepe: ponebat seruos suos in insidijs. Quas cauebat rex israel helyseo sibi manifestante abscōdita syroꝝ. ⁊ cōturbatus rex syrie: ait seruis suis. Quis vestrum proditor ē mei apud regē israel? Et ait vn⁹ nequaq̈. Sed helyseus indicat regi israel quecūq; loqueris in conclaui. Qui ait. Mittā ⁊ capiam eū. Cūq; accepisset eū esse i dothaim misit illuc robur exercitus. Qui veniētes nocte: circūdederūt ciuitatē. Mane: puer helysei vidit exercitū. territusq; clamauit. heu dn̄e. q̇d faciemus? Qui respondit. Noli timere. plures sunt nobiscū. ⁊ orante helyseo: apuit dn̄s oculos puri. ⁊ vidit montē plenū curribus igneis. i. agminibus angeloꝝ. Cūq; hostes intrarēt ad eū: orāte helyseo ꝑcussit eos dn̄s cecitate. non omni q̇dem. sed aorisia. ne eū agnoscerēt. Et dixit ad eos helyseus. nō ē hec via. nec ista ē ciuitas. i. nō est hic māsio helysei. Seq̇mini me: ⁊ ostendā vobis virū quē queritis. ⁊ duxit eos ī samariā. Et orante helyseo: apuit dn̄s oculos eoꝝ. ⁊ viderūt se esse in medio samarie. ⁊ hostes circūstantes. Et dixit rex israel ad heliseū. ꝑcutiā eos pater mi? Qui respondit. nequaq̈. Dn̄s enī adduxit eos. sed p̄be eis hospitalitatē affluenter. Quo facto: redierunt syri ad ꝓpria. nec vltra in diebus helysei venerūt latrones syrie in israel.

De secunda obsidione samarie.

f Actū est post hec: benadab rex syrie obsidebat samariā. ⁊ facta est fames in samaria: vt venderet caput asini octoginta argēteis nūmismatis. ⁊ q̈rta pars cabi stercoris colūbaꝝ q̇nq; argēteis. hoc vt ait iosephus condiebāt cibos ꝓ sale. Tradūt q̇dam: nomine stercoris dici vesiculam colūbe. in qua recipiebantur grana de foris allata. Cūq; transisset rex israel ꝑ murū. ⁊ consideraret custodias muri: clamauit mulier ad eum. Salua me domine rex. Qui suspicatus ꝙ quereret aliquid ab eo: ⁊ cōmot⁹. respondit. Non saluet te dominus. Unde te possum saluare. de area an de torculari? Que respondit. Nequaq̈ domine. Sed ego ⁊ mulier ista cōdixeramus de filijs nostris comedendis. ⁊ comedimus filium meum. Hec autem abscondit filium suum. Et contristatus rex vehementer: scidit vestimenta sua. et apparuit cilicium quo vestitus erat ad carnē ⁊ ait. Quid amplius mali possum expectare a domino? Hec faciat mihi deus ⁊ hec addat: si steterit caput helysei sup ipsum hodie Hoc enim malū imputabat helyseo: q̇ conciues nō liberabat cum posset. Cūq; misisset spiculatorē. penitentia ductus: sequebatur eum vt ꝓhiberet. Helyseus aūt sedebat in domo sua. ⁊ senes cum eo. quos: ioseph⁹ dicit discipulos eius. ⁊ ait helyseus. Nescitis: quia filius homicide. q̇ scilicet occidit naboth. misit vt p̄cidatur caput meū. Prohibete intrare nuncium. donec veniat rex: qui ꝓhibebit ei quod iusserat. Cūq; superuenisset rex: ait helyseus. Cras hac hora: erit in porta samarie modius simile ꝓ statere vno. ⁊ duo modij ordei similiter. ⁊ irrisit eum vnus eorum sup quoꝝ manus rex incūbebat dicens. hoc esse impossibile. Cui helyse⁹. Uidebis: ⁊ nō comedes. Porro: quattuor leprosi erāt ad introitum porte. fame deficientes. qui vesperi venerunt ad castra syrie. ⁊ neminem ibi repererunt. Terruerat enim dn̄s syros. sonit⁹ exercitus magni mittens sup eos. fugerūtq; animas suas tantum saluare cupientes. et intrantes leprosi comederunt. ⁊ tollentes d̄ preda iuxta cor suum: nunciauerunt. portarijs vrbis syros abijsse. Suspicatus autem rex israel syros simulasse fugam: ⁊ latere: misit duos in equis qui explorarēt omnia vsq; ad iordanem. Qui cum reuersi nunciassent syros fugisse: egressus populus diripuit castra. ⁊ vendebatur simila ⁊ ordeū iuxta verbum helysei. Dux autem qui irriserat eum. a rege constitutus ad portam: oppressus est a turba. ⁊ mortuus est.

p Ost hec aũt helyseus locutus ẽ ad
mulierẽ cui⁹ filiũ suscitauerat. Va-
de cũ domo tua pegrinari vbicũqȝ
poteris. Vocabit enim dñs famẽ sup terraȝ
septem annis. i. angelũ ppositũ fami. vel est
locutio. De hac fame ambiguũ est: vtrũ pre
cesserit pdictã obsidioneȝ. vel secuta sit. Igitẽ
mulier intrauit terrã philistijm: ⁊ cõtribules
occupauerũt bona ei⁹. q̄ finita fame regressa
ẽ. ⁊ intrauit vt interpellaret regem p domo
sua ⁊ agris. ⁊ tũc loquebatur rex cum giezi.
querẽs ab eo magnalia helysei. Qui videns
mulierẽ ait. dñe: hec ẽ mulier. ⁊ hic est filius
eius quẽ suscitauit helyseus. Que cum nar-
rasset regi seriem facti: restituit ei rex quecũqȝ
amiserat: a die qua reliquerat terram.

De morte benadab.

p Orro: benadab rex syrie audiẽs q
deus amouerat eũ ab obsidione. et
nõ homo: cõtristat⁹ egrotabat. He
lyse⁹ aũt veniebat damascũ. ⁊ misit rex i oc-
cursum ei⁹ azael. cũ munerib⁹. vt cõsuleret eũ
de infirmitate sua. cui querẽti respõdit hely-
seus. dic ei: sanaberis. nec dixit: sanabitur. qȝ
mortuus est rex. sed vt diceret ei: sanaberis.
Postea traxit azael in ptem. dicens. ostẽdit
mihi dñs qȝ morietꝰ. ⁊ tu eris rex syrie. Tunc
impletũ ẽ qđ dixerat dñs helie. Aliter enĩ nõ
inunxit helias azael: nisi qȝ p helyseũ pdixit
eũ futurũ regẽ. ⁊ fleuit helyseus. vidẽs in spi
ritu mala q̄ facturus erat azael filijs israel.
Que etiã indicauit illi. Et reuersus azael ad
regẽ: dixit. sanaberis. Altera die tulit stragu-
lũ. ⁊ infudit aqua. ⁊ expandit sup faciẽ ei⁹.
Stragulũ ppie ẽ stratoriũ qđ lecto vel sedili
supsternitꝰ. ⁊ dicitur: q azael pannũ pfusum
aqua imposuit sup eũ: ad refrigerandũ. He-
bre habet. expãdit sup faciẽ suã stragulum.
vt nõ azael: sed ipse benadab hoc fecisse intel
ligatur. ⁊ tñ mortuus ẽ rex. ⁊ regnauit azael
p eo. Quidam tñ hoc exponũt de obsequio
mortui dicẽtes: q azael mortuũ lauit aqua.
⁊ expandit stragulũ sup faciẽ mortui. Jose-
ph⁹ plane dicit: q azael altero die infuso la-
queo strãgulauit illũ. Ad hũc sensum: q̄dam
pdictã lr̃am referũt. dicẽtes: q azael vestem
madefactã posuit sup faciẽ eius. simulãs re
frigerationẽ. sed statim effudit aquã sup os
eius: donec suffocaret eum.

De ioram rege iuda.

p Orro: anno q̄nto ioram filij achab
regis israel in quo cõregnauerat ei
iosaphat rex iuda: regnauit iorã fili⁹
iosaphat in ierusalẽ octo annis. qui ad cõsili-
um vxoris fecit malũ corã dño: secutus deos
alienos. tñ dñs nõ dispdidit iudã: ppter da
uid seruũ suũ. Tunc recessit edom ne esset sub
iuda. Nã ⁊ regẽ suũ tributarium occiderunt
idumei. nouũ creãtes q̄ nõ teneretur tributa
reddere. Cũqȝ occidisset sex fratres suos ioraȝ
cõpelleretqȝ ierosolymitas etiã ydolatrare: tu
lit ad eũ helias q̄dã propheta eplam correc-
toriã: cũ cõminatione pene. Impleta est aũt
cõminatio in hũc modũ. Arabes irruẽtes in
iudã vastauerĩt puinciã. ⁊ domos regias. et
vxores regis obduxerĩt. filiosqȝ occiderũt: pter
ochoziã. ⁊ ipse tandẽ cronicã incidit egritudi
nẽ. iterna corruptiõe viscera effũdẽs. vt quot-
tidie q̄si se peuntẽ videret. ⁊ mortu⁹ ẽ. ⁊ sepul
tus i ciuitate dauid. Nõ tñ vt ait ioseph⁹ i se
pulchro patrũ suoȝ. sȝ puatũ tumulũ sine re
galib⁹ exequijs tradiderĩt ei ⁊ regnauit ocho-
zias vel azarias. vl̃ abazias fili⁹ ei⁹ p eo. hũc
regẽ ⁊ reliquos vsqȝ ad oziã ptermittit mat-
the⁹. Regnauit ãt ãno. xij. iorã filij achab. vi-
gintiduoȝ annoȝ erat: cũ regnare cepisset. et
vno ãno regnauit i ierl̃m. ⁊ ambulauit i vijs
achab aui sui. abijtqȝ cũ iorã filio achab auũ
culo suo: ad pliandũ cõtra azael regẽ syrie in
ramoth galaad. ⁊ vulnerat⁹ ẽ iorã. ⁊ relicto
exercitu i obsidione sub hyeu pncipe. descẽdit
in iezrael vt curaretur. ⁊ descendit cũ eo aza-

rias. Helyseus aũt misit vnũ de filijs ꝓphe-
tarum cũ lenticula olei: ad exercitum in ramoth
galaad. vt hyeu euocatũ in ꝑtem vngeret in
regem sup israel. Qui cum inuenisset hyeu
sedentẽ cũ ꝑncibus ait. Uerbum mihi ad te
o ꝑnceps. Et ait hyeu. Ad quem: Qui respõ-
dit. Ad te o ꝑnceps. Forte nõ cognoscẽs hyeu
hoc quasi ꝑsagium in mente sua posuerat.
ipsum esse hyeu q̇ ꝑmus respondisset. Cũq;
induxisset eũ in cubiculũ: fudit oleũ sup ca-
put eius. ⁊ ait. Hec dicit dñs. Unxi te regem
sup israel. ⁊ ꝑcuties omnem domũ achab.
in vltionem sanguinis seruorum meorum ð ma-
nu iezabel. Quo facto: citissime aufugit pro-
pheta. Cũq; egressus esset hyeu ad seruos do-
mini sui: dixerũt. Quid venit insan⁹ iste ad
te: Quasi insanos enim reputabãt filios ꝓ-
phetarum. vel quia fugerat citissime quasi insa-
nus. ⁊ ait hyeu. Recte iudicastis. Nam ver-
ba vesana locutus e dicens. Hec dicit dñs.
Unxi te regem sup israel. Festinauerũtq; ita
tollere vestes suas. ⁊ substernere ei: in simi-
litudinẽ tribunalis. ⁊ canentes tuba dixerũt.
regnabit hyeu. cõiurauit ergo hyeu cõtra io-
ram ⁊ ait. Nullus nunciet hoc in iezrael. sed
omnes ascẽdamus simul. cũq; ascenderent:
speculator in iezrael ait. Uideo globũ venië-
tem. ⁊ suspicatus ioram: vel captã esse vrbẽ.
vel pacem factã: misit nunciũ in occursũ co-
rum. Qui ait. Hec dicit rex. Pacata sũt om-
nia: Et ait hyeu. Quid tibi ⁊ paci: quasi di-
ceret. q̇d ad te: Sequere me. vel forte huic:
q̃si ipsi regi: rñdit. q̃si diceret. q̇d queris ð pa-
ce q̇ terrã ⁊ pacem turbas: Et adhesit nũci⁹
eis. Misit ⁊ iorã secundũ nunciũ. Qui simili-
ter nõ est reuersus ad eũ. ⁊ ascendẽs iorã rex
israel. ⁊ rex iuda cũ eo: egressi sunt in occur-
sum hyeu vsq; in agrũ naboth iezradite. et
ait iorã. est pax hyeu: Qui rñdit. Que ẽ pax
Adhuc vigẽt fornicationes matris tue: q̃si di-
ceret. Que pax potest esse inter nos: cũ iugi-
ter offendam⁹ deũ ꝑ ydolatriam matris tue:
Et fugiẽs ioram: ait ad nepotẽ suũ. Insidie
sunt hic abazia. Tũc hyeu ꝑcussit ioram in-
ter scapulas. ⁊ egressa est sagitta ꝑ cor eius.
⁊ corruit mortuus. ⁊ ait hyeu ad ducẽ tertie
ꝑtis militũ. Proijce eũ in agro naboth. Me-
mento: q̃n ego ⁊ tu sequebamur achab pa-
trem huius: quãdo cõminatus est ei dñs ꝑ
heliã. q̇ redderet ei in agro naboth ꝓ sang-
uine naboth. ⁊ ꝓ sanguine filiorum ei⁹. tamẽ:
supra de filijs naboth: nulla facta ẽ mentio.
sed q̇d ibi tacitũ ẽ: hic suppletur. Forte: canes
linxerũt sanguinẽ iorã: iuxta verbũ helie. Lin-
xerũt enim sanguinẽ achab: cũ linxerũt san-
guinẽ filij eius. Abaziam quoq; fugientẽ insecu-
tus ẽ hyeu. ⁊ vulnerauit eũ in ascẽsu gaber.
Qui vulneratus fugit i magedo. ⁊ mortu⁹
ẽ ibi. ⁊ tulerũt eũ in ierusalẽ. ⁊ sepultus ẽ in
ciuitate dauid. Post hec intrauit hyeu in ie-
zrael. Porro: iezabel erat in turre. ⁊ depinxit
oculos suos stibio. ⁊ ornauit caput suũ. vt
pulchrior venientib⁹ appareret. ⁊ ꝑ fenestram
ait ad hyeu. Nũq̇d pax potest esse zanri: q̇ in-
terfecit dñm suũ: q̃si diceret. Tu occidisti do-
minũ tuũ: sicut zanri: ⁊ eadẽ pena puniend⁹
es. Tunc dixit hyeu duob⁹ eunuchis q̇ circũ-
stabãt eã. Precipitate eã. ⁊ ꝑcipitauerunt. ⁊
conculcauerũt eã vngule equorum. Cũq; sederet
hyeu ad mẽsam: ait seruis suis. Ite. ⁊ sepe-
lite maledictã illam: q̃r filia regis ẽ. Cũq; ve-
nissent ad eã: nõ inuenerũt nisi caluariã. i. su-
ꝑmam cellã cerebri. ⁊ pedes. ⁊ summitates ma-
nuũ. Quo audito: ait hyeu. Sermo dñi est
quem locutus est ꝑ heliam.

De hyeu rege israel.

e Rant aũt achab septuaginta filij i
samaria. ⁊ sc̄psit hyeu ad nutritios
eorum. ⁊ ad optimates ciuitatis dicẽs
Eligite quẽ vultis ð filijs achab. ⁊ cõstituite
regẽ sup vos. ⁊ pugnate ꝓ domo dñi vestri.
Qui ꝑterriti: resc̄pserũt ei. serui tui sumus. fac
q̇d tibi placet. ⁊ sc̄psit eis sc̄do. Si mei estis:
tollite capita filiorum dñi vri. ⁊ venite ad me
cras i iezrael. Et sic factũ ẽ. Et attulerũt capita
in cophinis ad hyeu. Qui mandauit ne in-

troducerētur ad eum. sed iuxta introitū por-
te ponerentur ad duos aceruos vsq; mane.
Cūq; mane intueretur capita: dixit ad popu
lū. Iusti estis. q̄si diceret compatione isto-
rum q̄ septuaginta occiderunt: iusti estis. q̄
nō nisi ioram ⁊ iezabel: mecum occidistis.
vel potius: samaritas q̄ eos occiderāt: cōmē
dauit. quasi diceret. iuste fecistis. implen-
do verbum dn̄i. qđ videtur velle lr̄a sequens
Addidit enim. Si ego interfeci dn̄m meū:
Quis pcussit eū ⁊ istos: Dn̄s fecit qđ locu
tus ē in manu helie. Tunc pcussit hyeu om
nes reliquos de domo achab in iezrael. ⁊ op-
timates eius ⁊ notos. ⁊ sacerdotes. ⁊ ibat in
samariam. In via vō obuiauit q̄dragīnta
duobus fratribus abazie regis iuda. q̄ descē
debant ad salutandos ioram ⁊ abaziam. ne
scientes: q̄ occisi essent. ⁊ occidit eos hyeu.
Tūc egressus est i occursum hyeu: ionadab
fili⁹ rechab. ⁊ benedixit ei: p vltione dn̄i quā
fecerat. Quē impositū currui suo duxit hyeu
in samariā. ⁊ pcussit omnes q̄ reliqui fuerāt
de achab: vsq; ad vnum. Congregauit ergo
hyeu populum samarie. ⁊ ait in dolo. Am-
pliare volo cultum baal. vocate omnes pphe
tas eius ⁊ sacerdotes. Quicūq; defuerit nō
viuet. Sacrificiū enim grande mihi est baal
⁊ venerunt omnes serui baal. nec vnus defu-
it. ⁊ repleta est domus baal. Et ait hyeu his
q̄ erant sup vestes. date vestēs omnib⁹ ser-
uis baal. ⁊ dederunt. Cumq; pscrutatus esset
hyeu diligenter ne q̄s deesset. vel alius inter-
esset: dixit militibus suis. Ingredimini. ⁊ p-
cutite eos. Nullus euadat. ⁊ pcusserunt eos
statuamq; baal cōminuerunt. ⁊ destruxerūt
templū eius. ⁊ fecerūt p eo latrinas. i. subter
raneos cuniculos: ad mundandas vias vr-
bis. ⁊ deleuit hyeu baal de israel. Uerūtamē
a vijs ieroboam non recessit. Et ait ei dn̄s.
Quia fecisti q̄ i corde meo erāt cōtra domū
achab: filij tui vsq; ad quartā generationē se
debūt sup israel. Et mortu⁹ ē hyeu. ⁊ sepul-
tus in samaria: cum regnasset viginti ⁊ octo
annis. ⁊ regnauit p eo filius ei⁹ ioas vel io-
has. vel ioachas.

De athalia et ioas.

Porro: athalia videns mortuū filiū
suū: ⁊ volēs regnare. interfecit om-
ne semē regiū in ierusalē. Erat aūt
iosaba soror abazie ex patre. ⁊ vxor ioiade sū-
mi sacerdotis. q̄ furata ē ioas filiū abazie la-
tentē: ne interficeret̄. ⁊ abscōdit eū sex annis
in domo dn̄i. i. in domūculis ebdomadario
rū. Anno aūt septimo ioiada collegit centuri-
ones. ⁊ pncipes leuitaꝝ. ⁊ milites. ⁊ ostēdit
eis secreto filiū regis. ⁊ cōiurauerunt oēs p
puero: cōtra athaliā. ⁊ q̄ puerū in sabbato
cōstituerēt regē. ⁊ fecerūt in hūc modum. Ui
gintiq̄ttuor erant summi sacerdotes. quoꝝ
vnusquisq; in ebdomada vicis sue habebat
secū i ministeriū: vigītiq̄ttuor minores sacer
dotes. ⁊ totidē cantores. ⁊ totidē ianitores.
Diluculo vō sabbati: pontifex q̄ ministaue-
rat: cū turma sua egrediebat ad propria. pon
tifex vō q̄ ministraturus erat: ingrediebatur
cū turma sua. Tūc aūt ioiada p ampliando
exercitu: retinuit egressuros. ⁊ recepit ingres-
suros. faciens ex eis duas turmas. Adiunxit
quoq; tertiam turmā: de centurionib⁹ ⁊ le-
uitis quos cōuocauerat. ⁊ intrans domum
salt⁹: ⁊ domū armoꝝ quā quondā fecerat da
uid: dedit singulis arma. ⁊ pcepit egressuris:
vt circūstarēt regē i atrio interiori. ⁊ custodi-
rent. Ingressuris vō dixit: vt descēderent ad
domū regiā. ne serui regine egredientes ex ca:
vnctionē regis impedirēt. Sz hāc turmā di-
uisit in tres ptes. precipiens: vt vna obserua
ret excubias regis. i. porticus domus regie.
alia: obseruaret portam seyr. p quam ascen-
debatur de ciuitate in domum regiam. Ter-
tia pars: obseruaret domum messa. que dici-
tur sporta scutarioꝝ. i. custodum regis. per
quā de domo regia ascendebatur in templū.
Tertiam vō ptem quā collegerat de cēturio-
nibus ⁊ leuitis: posuit ad custodiam atrioꝝ
tēpli ex omni pte. Tūc ipse cū reliq̄s sacerdo-

tibus ⁊ leuitis ⁊ senioribus: pduxit filium regis. ⁊ vnxit eũ in regem. imposuit sup eũ diadema ⁊ testimoniũ .i. legẽ dei dedit ei tenẽdã in manibus. vt cũ ipso habitu regni: disciplina legis dei seruãda cõmitteret. Athalia vero accurrẽs scidit vestimẽta sua. clamãs coniuratio cõiuratio. ⁊ eduxerunt eam centuriones extra septa templi. p portam equoꝝ: ⁊ interfecta est ibi. Deduxeruntq; regem per portam scutarioꝝ i palatiũ: ⁊ sedit sup thronum regiũ. ⁊ letatus est populus terre. quia abstulerat dñs opprobriũ. ne mulier regnaret sup eos. ⁊ destruxerunt templum baal. arasq; ⁊ imagines que fecerat ioram ⁊ athalia. Mathan quoq; sacerdotẽ baal occiderũt coram altari. Et erat septem annoꝝ ioas: cũ regnare cepisset. anno septimo hyeu regis israel. ⁊ quadraginta annis regnauit in ierusalem. ⁊ fecit rectum coram dño cunctis diebus ioiade sacerdotis.

De gazofilatio.

Erant aũt in domo dñi: ruine. non solum p vetustate ⁊ negligẽtia: sed etiam que fecerat athalia. ⁊ de sanctificatis parauerat domũ baal. Precepit itaq; ioas sacerdotibus vt instaurarent sarthatecta domus. recipientes oblationes pereuntiũ ⁊ que offerebantur p pcio anime. i. que dabant iuri ad pliuz numerati. Oblatio enim p delicto ⁊ peccato: sacerdotuz erat. Que cũ suscepissent sacerdotes vsq; ad vicesimũtertium annum regis ioas. non tamen instaurauerunt sarthatecta templi. Et iratus rex: phibuit sacerdotes vltra accipe pecuniam. Josephus tamen dicit: vt p omnem regionem sumerent sacerdotes p capite dimidiuz sicli. Quod videns ioiada populo nõ placere: cessauit. ⁊ ob hoc non fuerunt instaurate ruine. Tunc ioiada fecit gazophilatiũ munitum. apto desup foramine. ⁊ posuit illud ad dextram ingredientium domũ. nõ longe ab altari. Cũq; appareret plurima pecunia in gazophilatio: scriba regis ⁊ pontifex effundebant eam. ⁊ dabant his qui perant cementariis domus dñi. ⁊ non fiebat cum eis ratio. sed in fide tractabat. nec fiebant ex pecunia illa vas aliquod in domo dñi: nisi de eo qđ erat residuũ sarthatectis. vt legitur in paralipomenon. ⁊ mortuus est ioiada sacerdos. q solus legitur post moysen centũ triginta annis vixisse. ⁊ sepultus est in ciuitate dauid. eo q generi dauid reparauit imperium. Eo mortuo: ioas a legitimis dei declinauit. Cuius exemplo etiam optimates viciati sunt. quem cum argueret zacharias filius ioiade fecit eum obrui lapidibus inter templũ ⁊ altare. Ex tunc: vt dicit epiphanius: nõ accepit populus in templo responsum manifeste sicut prius. nec ex dabir. nec ex signo ephot. rex aũt nõ multo post: penas exsoluit. Azael enim rex syrie: cum expugnasset geth: ascendit in ierusalem. Joas vero misit ei thesauros domus domini: ⁊ domus regie. non de absconditis tumulorum. ⁊ recessit ab eo. Cũq; incurrisset ioas langorem pessimum eo q diuinos honores sibi volebat impendi vt dicunt hebrei: duo serui eius pcusserunt eum. ⁊ mortuus ẽ ⁊ sepultus in ciuitate dauid: non tamen in monumentis regalibus. ⁊ regnauit p eo filius eius amasias. Sub ioas: duodecimus rex latinorum. siluius aremulus. qui presidium albanorum inter montes vbi nunc roma est posuit. huius filius fuit iulius: pauus iulii proculi. qui cum romulo romam cõmigrans fundauit iuliam gentem.

De obitu helysei

Anno vicesimotertio ioas regis iude: regnauit ioachas filius hyeu super israel decem ⁊ septem annis. et ambulauit in viis ieroboam. ⁊ iratus dominus contra israel. dedit eos in manu azael. ⁊ in manu benadab filii azaelis. ⁊ nõ sunt derelicti ioachaz de populo: nisi quinquaginta equites. ⁊ decem currus. ⁊ decem milia peditũ. ⁊ clamauit ioachas ad dñm. Et misertus dñs dedit pacem in diebus eius. ⁊ mortuus ẽ:

⁊ sepultus in samaria. ⁊ regnauit ioas fili⁹
ei⁹ p eo: anno tricesimoseptimo ioas regis
iuda. ⁊ sedecim ānis regnauit sup israel. ⁊ ā
bulauit in viis ieroboam. nō tamē adeo q̄n-
tum patres eius. Helyseus aūt egrotabat. ⁊
descēdit ad eum ioas rex israel. ⁊ flens dice-
bat. pater mi. currus israel ⁊ auriga ei⁹. Et
ait helyseus. Affer arcum ⁊ sagittas. ⁊ pone
manū tuā sup arcum. Quo facto: supposuit
helyseus manus suas manibus regis. ⁊ ait
Aperi fenestram orientalem. ⁊ iace sagittam.
⁊ iecit. ⁊ ait helyseus. Sagitta dn̄i cōtra sy-
riam. ⁊ pcuties ptem syrie que ē in affet: do
nec consumas eam. Et sublato arcu cum sa
gittis: dixit helyseus ad regem. pcute terram
iaculo. Cūq3 pcussisset eam tribus vicibus.
⁊ stetisset: irat⁹ vir dei ait. Si pcussisses vsq3
septies: totiens pcussisses syriam. nunc aūt
tribus vicibus pcuties eā. ⁊ mortuus est he
lyseus. ⁊ sepelierūt eum iuxta abdiam. Por-
ro: latrunculi moabite venerant in terram eo
anno. Quidam aūt sepelientes hominē: vi-
derunt latrunculos. ⁊ timentes piecerūt ca-
dauer in sepulchro helysei. Qd cum tetigisset
ossa helysei: reuixit homo. Josephus tamen
dicit: latrones piecisse in helysei sepulchrum
mortuū. quē ipsi videbant interfecisse. Mor-
tuus est aūt azael rex syrie. ⁊ regnauit p eo
filius eius benadab. cum quo dimicauit io-
as rex israel tribus congressionibus. ⁊ vicit
eum. ⁊ tulit d manu eius ciuitates: quas tu
lerat azael de israel. iuxta verbū helysei.

De amasia et ioas rege israel.

Anno secundo ioas regis israel. reg-
nauit amasias filius ioas in ierusa
lem. Viginti ⁊ q̄nq3 annoꝝ erat:
cum regnare cepisset. ⁊ viginti ⁊ octo annis
regnauit. Nomen matris eius ioiada de ie-
rusalem. ⁊ fecit rectum coram dn̄o: iuxta ea
que fecit ioas pater eius. nisi hoc tantum: ꝙ
excelsa non abstulit. Subaudiendū ē. vtq3
eoꝝ. Nec enim ioas excelsa abstulit: sicut vi-
detur littera sonare. ⁊ interfecit seruos q̄ in-
terfecerant patrem suū. non tamen filios eoꝝ
ꝓpter legem moysi que dicit. Non morientur
patres p filiis. neq3 filii p patribus. Collegit
aūt exercitum vt amalachitas ⁊ idumeos ex
pugnaret. ⁊ conduxit a rege israel centum mi
lia armatoꝝ. centum argenti talentis. Et cū
esset i pcinctu: suasit ei ꝓpheta vt dimitteret
israelitas. ⁊ deus daret ei victoriam. Et acq-
euit. licet grauiter ferret: eo ꝙ mercedes israe
litis ꝓbuerat. ⁊ pcussit edom in valle salina
rum decem milia. ⁊ appzehendit petram: no
bilem arabie ciuitatem. ⁊ vocauit eam ezechi
el: qd sonat auxilium dei. Josephus tamen
dicit: viuos quos cepat eum adduxisse ad ex
celsam petram arabie. ⁊ illos ex ea pcipitauit
idipsum quoq3 dicit: paralipomenon. nam fe
re in omnibus consonant. tamē deos quos
tulerat de amalech: postea adorauit. p quo
tali pena pcussus est. Elatus enim in super-
biam: scripsit ad ioas regē israel. Serui mi-
hi. sicut patres tui seruierūt dauid ⁊ salomo
ni. Alioqn: veni ⁊ videamus nos: quasi dice
ret: pugnemus. Et rescripsit ei ioas in enig-
mate. Carduus libani misit ad cedrū dicēs:
Da filiam tuam filio meo vxorem. ⁊ indig-
nantes bestie saltus: conculcauerūt carduū.
Eleuat te cor tuū: p victoria. Cur prouocas
malum. vt cadas tu ⁊ iudas tecum: Et non
acquiescente amasia: cōgressi sunt iuxta beth
sames. ⁊ fugit iudas coram israel. ⁊ ligatus
est amasias. ⁊ interminabatur ei mortē rex
israel: nisi redderet ei ierusalem. Qua tradi-
ta: interrupit ioas murum ierusalem. a por-
ta effraim que dicitur porta vallis: vsq3 ad
portam anguli quadringentis cubitis. ⁊ tu-
lit aurum ⁊ argentum: ⁊ vasa que inuenta
sunt in domo dn̄i. ⁊ in thesauris regis. ⁊ ob
sides. ⁊ rediit in samariam. Et facta est con
tra amasiam coniuratio in ierusalem. at ille
fugit in lachis. ⁊ miserunt post eū in lachis.
⁊ interfecerūt eum ibi. ⁊ retulerunt illū in ie-
rusalem. ⁊ sepultus est in ciuitate dauid. Tu
litq3 vniuersus populus filium eius oziam.

vel azariam annos natum sedecim. ⁊ consti
tuerunt eum regem. Sub amasia: tertiusde-
cimus rex latinoꝝ silluius auentinus. ⁊ in eo
monte qui nunc pars vrbis est mortuus et
sepultus: eternū loco vocabulum dedit.

De ieroboam re ge israel. et amos propheta.

Orro: mortuus est ioas rex israel:
p ⁊ sepultus in samaria. ⁊ regnauit
ieroboam filius eius pro eo: anno
quintodecimo amasie regis iuda. Et regna-
uit in israel quadraginta ⁊ vno anno. ⁊ am
bulauit in vijs ieroboam. Ipse restituit ter-
minos israel ab introitu emath que est an-
tiochia: vsq; ad mare solitudinis qđ est ma
re mortuum. iuxta verbum domini: qđ locu
tus est ꝑ seruū suū ionam prophetam: q erat
de geth. que est in ophe: h. vel ophir. ad diffe
rentiam geth: que est in palestina. ⁊ est no-
men regionis. Ophel enim: nomen est tur-
ris nebulose: que non longe erat a tēplo. hāc
vastationem syrie ꝑ ieroboam factam: nō le-
gimus in iona. sed preter cōminationē euer-
sionis niniue quā predicauit ⁊ scripsit. dicit
iosephus eum predixisse: ꝙ post breuissimū
tēp⁹ asie ꝑderent ꝑncipatum. quod quā ꝑ ie
roboam inchoatum est. sed postea consum-
matum est: quando monarchia assyriorum
translata est ad medos. hac felicitate ierobo-
am datus: fecit malum coraꝫ dño. ⁊ missus
est amos thecuites ꝓpheta: de pastoralibus
vbi pascebat gregem in samariam. vt ꝑdice-
ret euersionem domus ieroboam. ⁊ calami-
tatem populi dicens. Hec dicit dominus. cō
surgam sup domus ieroboam in gladio. Et
rursum. Venit finis sup populum meum
israel. Quod cum significasset amasias sacer
dos bethel ieroboam regi israel. ex mandato
regis ꝓhibuit amos: ne vltra prophetaret in
regno decem tribuum. Cum aūt amos nol-
let cessare: dicens se non esse ꝓphetam sed pa
storem missum a domino: frequenter afflixit
eum amasias plagis. Tandem: filius suus
ozias frequenter eum increpās: vecte ꝑ tem-
pora transfixit. ⁊ semiuiuus relatus in terrā
suam: ibi mortuus est ⁊ sepultus Et mortu⁹
est ieroboam ⁊ regnauit ꝓ eo filius eius za-
charias.

De ozia.

Nno vicesimoseptimo ieroboam re
a gis israel: regnauit ozias in ierusa-
lem qnquagintaduob⁹ annis hie-
ronymus tamen sup ozee dicit eū cepisse reg
nare: anno duodecimo ieroboam. ⁊ fecit qđ
placitum erat coram domino. Verūtamen:
excelsa non abstulit. Qui cum hostes debel
lasset: ⁊ amonitas fecisset sibi tributarios: re
edificauit muros ierusaleꝫ quos destruxerat
ioas rex israel. Eratq; precipue terre cultor. ⁊
curam habebat circa plantationes. ⁊ semina
fructuū diuersoꝝ. Cūq; ditatus esset substā-
tia mortali: contra deum immortalem agere
nisus est. Nam in festiuitate ꝓpiciationis:
indutus stola pontificali intrauit in templū
vt incensum poneret. pontifice azaria: cū octo
ginta sacerdotibus eum prohibente. Et fa-
ctus est terre motus. ⁊ claritas solis valde
effulsit. ⁊ incidit in faciem regis. ⁊ ꝑcussus ē
lepra in facie. Ante ciuitatem vo: scissa ē me-
dia pars montis ad occidentem. ⁊ deuoluta
ita: vt ⁊ vias clauderet: ⁊ regios ortos opp-
meret. ⁊ habitauit seorsum vrbem ꝓuata re-
gens vita. Jonathan vo filius eius guberna
bat palatium. ⁊ iudicabat populum terre. ⁊
mortuus est ozias: ⁊ sepultus est in ciuita-
te dauid. Josephus tamen dicit: eum de re-
gibus solum sepultū inortis. ⁊ regnauit pro
eo filius ioathan. Sub ozia rege iuda: ⁊ sub
ieroboam rege israel: cepit ꝓphetare esaias. ð
quo postea dicetur. ⁊ osee de tribu ysachar:
ortus in bethlemoth. Hic vt ait hieronym⁹:
ꝑnuncians dedit signum. veniet dñs in terra:

sicut quercus que est in sylo ⁊c. quod nō le-
gitur in scriptura eius: scd̄m editionem no-
stram. forte: q̄ hieronymus dicit signū. hoc
epiphanius dixit: prodigium. dicens: ꝺ osee.
⁊ dedit ꝓdigium: dicens. veniet in terrā do-
minus: si quercus que ē in sylo: ex semetipsa
in duodecim fuerit partita. ⁊ facte fuerint ex
ea totidem quercus. ꝓphetauit autem: con-
tra decem tribus. pauca de duobus loquēs.
⁊ ꝓnūciauit historialiter: iudeos in vltimo
tempore ad christū redituros. tertiū quoq;
diem dominice resurrectionis predixit. hic in
terra sua sepultus: placida quiete dormiuit.
Sub eisdem quoq; ꝓphetauit iohel de tribu
ruben. natus in agro bethoron. qui descripsit
terram duarum tribuum: eruca. bruco. locu-
sta. rubigine: vastandam. p̄dixit quoq; effu-
sionem spiritus sancti: futuram sup̱ seruos
dei. ⁊ ancillas. Quod factum est die penteco
stes. hic in bethoron in pace mortuus est: et
sepultus. Sub eisdē regibus ꝓphetauit ab-
dias. vt quidam tradunt. Sed scd̄m hebre-
os verius est: quod ante eos ꝓphetauit. nam
mortuus est ante helyseū. Relicta enim ei⁹:
p̱ consilium helysei liberata est a creditorib⁹:
oleo sup̱abundante. Fuit autem de terra si-
chem. de agro bethamar q̄nquagenarius il-
le: cui pepercit helyas. qui relicto obsequio re-
gis: helye discipulus factus est. cuius sepul-
chrum hodie cum mausoleo helysei. ⁊ iohan
nis baptiste: in sebaste venerationi habetur.
Sub ieroboā rege israel: prophetauit ionas
filius vidue sareptane. qui post reditū a ni-
niue temp̱e famis assumpta matre: gentiū
incola factus est. Nam ⁊ erubescebat esse in
terra sua. dicens: sic auferetur opprobriū me-
um. eo q̄ prophetans contra niniuen men-
dax repertus sum. Qui transacta fame: rediit
in terram iuda. ⁊ defuncta est mater eius. ⁊
sepeliuit eam iuxta balanum debbore. hic pre-
dixit signum euersionis ierusalem. Qñ dū
viderint lapidem luctuose clamantem: prope
sit finis. ⁊ cum viderint in ierusalem gentes
vniuersas: tunc tota illa ciuitas irrecup̱abili
ter euerteretur. Mortuus est ⁊ sepultus i spe

lunca vnius iudicis israel. cuius sepulchrum
monstratur in vna vrbiū geth. in viculo iu-
xta sephorum. Sub ozia rege iuda: termina
ta est monarchia assyriorum. Nam sardana
pallus vltimus monarchus victus a barba
ce medo. ipsum concremauit. ⁊ tūc arbaces
monarchiam ad medos transtulit. Fuerūt
tamen reges assyrii. si non monarchi: tamen
potentes. vsq; ad subuersionem niniue quā
ꝓphetauit naum. Latinoꝝ quartusdecimus
rex: siluius procas. post quem q̄ntusdecim⁹
rex latinoꝝ siluius amilius.

De ozia. zacharia. sellum. et manahen.

a Nno tricesimooctauo ozie regis iu-
de. regnauit zacharias filius ierobo
am sup̱ israel sex mensibus. qui fe
cit malum coram domino: sicut patres ei⁹.
Et p̱cussit eum palam: sellum filius iabes.
⁊ regnauit ꝓ eo. ⁊ translatum est regnū isra
el de domo hyeu in generatione quarta iuxta
verbum domini. ⁊ regnauit sellū vno men-
se: in samaria. Nam manahen filius gaddi
de thersa: p̱cussit eum in samaria. ⁊ regna-
uit ꝓ eo. qui p̱cussit thersam ⁊ terminos ei⁹
eo q̄ conciues sui noluerant ei ap̱ire.

De manahen et phul rege assyriorum.

a Nno tricesimonono ozie regis iuda
regnauit manahen sup̱ israel decē
annis. ⁊ ambulauit in viis ierobo
am. In diebus eius: ascendit phul rex assy-
rioꝝ in thersam. ⁊ dedit ei manahen mille ta
lenta argenti: vt recederet ab eo. ⁊ etiam esset

el in auxilium. Sumpsit autem manahen quinquaginta siclos argenti a potentibus ⁊ diuitibus terre: per singulos. Inter hec munera: tradunt hebrei misisse manahen vitulos aureos: qui erant in dan ⁊ in bethel. sed non: veros. Sacerdotes enim dolo sustulerant vitulos aureos. ⁊ absconderunt eos. ⁊ fecerunt ereos deauratos: similes illis. Quos misit manahen regi assyriorum. Qua fraude postea percepta: reges assyriorum plurimum exarserunt contra israel. ⁊ mortuus est manahen. ⁊ regnauit pro eo filius eius phaceia anno quinquagesimo ozie regis iude. ⁊ duobus annis regnauit in israel. Nam phacee filius romelie chiliarchus eius interfecit eum in samaria in conuiuio cum quinquaginta viris. ⁊ regnauit pro eo anno quinquagesimosecundo ozie regis iude. ⁊ regnauit viginti annis in israel.

De initio captiuitatis decem tribuum.

n dieb' phacee theglathphalasar rex asur: ascendit in israel Et est ambiguum an iste fuerit phul. vel alius. ⁊ vastauit omnem regionem transiordanem. ⁊ captiuas duxit duas tribus ⁊ dimidiam. vastans quoque galileam: de tribu zabulon ⁊ neptalim multos transtulit secum in assyrios. qui possent dimidie tribui comparari. Unde sepe legitur: quod tres tribus israel captiuauerit. ⁊ hoc fuit initium captiuitatis decem tribuum. Porro: osee filius hela: interfecit phacee regem israel: ⁊ regnauit pro eo.

De ioathan.

a nno secundo phacee regis israel: regnauit ioathan filius ozie in ierusalem viginti quinque annorum erat: cum regnare cepisset. ⁊ sedecim annis regnauit nomen matris eius ierusa filia sadoch. ⁊ fecit bonum coram domino. Ueruntamen excelsa non abstulit. Ipse edificauit portam domus domini sublimissimam. quam quidam putant turrim gregis. hec est que in actibus apostolorum speciosa dicitur. ab hebreis porta ioathan. hec sola remansit in euersione facta per chaldeos. Hic deuicit amonitas. ⁊ imposuit eis annuum tributum: talenta argenti centum. et tritici decem milia choros. ⁊ totidem ordei. In diebus huius: rasin rex syrie. ⁊ phacee rex israel. ceperunt infestare regnum iuda. Sub ioathan: exorsus est prophetare naum: de helcesi de tribu symeon. contra niniuen predicens. Hec dicit dominus ad niniue. exterminabo te: vt nequaquam pgredientes de te imperabunt mundo. hieronymus super naum dicit. herodotum dixisse: subuersam niniuen a rege medorum tempore iosie. De euersione quoque finali niniue predixit. que facta est in hunc modum. palus que circumdabat eam: supinundauit eam. Facto pariter terre motu. ⁊ igne de sublimi emisso. de qua inundatione videtur scripsisse in libro suo. ibi. Inundans: non faciet innocentem dominus. in tempestate ⁊ turbine vie eius. Tamen: secundum aliam literam legitur ibi. mundans non faciet innocentem. tamen librum suum scripsit. post captiuitatem decem tribuum: sub ezechia. dum vastaret terra iuda ab assyrijs. in quo plenius prophetauit de destructione assyriorum: in consolationem gentis sue. Qui tandem mortuus est in terra sua in pace. ⁊ sepult'. Sub ioathan vidit esaias dominum sedentem. ⁊ seraphim mundauit labia eius. sub eodem exorsus est prophetare micheas. ⁊ mortuus est ioathan rex iuda. ⁊ sepultus in ciuitate dauid. ⁊ regnauit pro eo filius ei' achas. Sub ioathan: olimpias prima ab heliensibus constituta est. Rem' ⁊ romulus: generantur ex marte ⁊ ylia.

De achas.

a nno septimodecimo phacee regis israel. regnauit achas in ierusalem viginti annorum erat cum regnare cepisset. ⁊ sedecim annis regnauit. ⁊ ambula

uit in via regum israel. Nam et vnum de filijs suis consecrauit ydolo traiciens eum per ignem topheth in valle bennon iuxta acheldemach. Fuit autem quidam filius ennon cuius vallis illa erat. et ideo sic dicta est vallis bennon .i. filij ennon. Tunc ascendit rasin rex syrie. et phacee rex israel in ierusalem. et obsederunt eam. Primo vt ait iosephus. Et egressus cum eis achas: victus est. et occisus est filius eius zacharias. et multa milia cum eo. et captus est princeps milicie eius: dithan. Cumque rediret victor rex israel in samariam cum magna multitudine captiuorum: occurrit ei quidam propheta. vel: obedodidas dicens: eos non vicisse viribus proprijs. sed propter iram dei: contra achas. arguens eos: quod contribules suos traherent captiuos. quos nisi remitterent: paratus eis erat repentinus interitus. Tunc ad consilium barachie qui magnus erat in israel: rex israel exhibuit captiuis magnam hospitalitatem. et liberos remisit ad propria. Porro: secundo obsederunt ierusalem: rex syrie. et rex israel. Cumque timeret achas nimis: confortauit eum ysaias dicens Ne timeas ab his duabus caudis ticionum fumigantium. sed non credidit ei achas: nec voluit querere signum a domino. et misit nuncios ad regem assyriorum teglatphalassar dicens. Seruus tuus sum ego ascende. et saluum me fac de manu regis syrie et regis israel Et intrauit rex assyriorum syriam. et vastabat eam. et ideo: rediit rasin in damascum. Rex autem assyriorum cepit damascum. et interfecit rasin. et damascenos transtulit in cyrenen: que est versus ethiopiam. Est enim alia cyrene in affrica. et occurrit ei achas rex ierusalem: in damascum cum muneribus. Cumque vidisset altare damasci. misit ad vriam sacerdotem in ierusalem: exemplar eius. vt extrueret ei consimile. Quo facto: cum rediisset achas: altare eneum transtulit a facie templi ad aquilonem. et super altare nouum: obtulit holocausta et pacifica. De altari vero eneo. vt tradunt quidam: fecit illud horologium famosum. de quo postea dicetur. et precepit sacerdotibus: vt deinceps super altare nouum offerrent. et deposuit achas luteres et mare eneum super pauimentum. vt eius nullus vteretur. Musac quoque sabbati: et ingressum regis. reclusit in templum domini. vt cum templo: ea prophanaret. vt sic placeret regi assyriorum. Est autem musac: gazophilatium regum. sicut corbanan sacerdotum. Ingressum vero regis quidam dicunt: locum in quo rex adorabat. vel portam: per quam ascendebat ad adorandum. que omnia obturauit achas. sicut et clauserat templum: ne intrarent sacerdotes. Sub eo vidit ysaias onus babilonis. alia decem vidit sub ezechia. et mortuus est achas. et sepultus in ciuitate dauid. et regnauit filius eius ezechias pro eo. Sub achas: roma condita est in monte palatino vndecimo kalendas maij agemellis: remo. et romulo. Anno ab vrbe condita tertio: remus rastro pastorali occisus est: a fabio duce romuli. consularibus ludis: sabine rapte sunt. et pulcerrima virginum thalamoni sorte data est: duci romuli. Unde: quia bene cesserat illi locus nuptiarum exinde dictus est thalamus.

De captiuitate decem tribuum.

Anno duodecimo achas regis iuda: regnauit osee super israel nouem annis. Fecitque malum coram domino. sed non sicut patres sui. Traditur enim dedisse licentiam israhelitis: vt ascenderet in ierusalem ter in anno. Contra hunc ascendit salmanasar: rex assyriorum. et factus est ei osee tributarius. Cumque deprehendisset rex assyriorum: quod osee rebellare niteretur per suba regem egypti. cui munera miserat: obsedit eum. et vinctum: misit in carcerem in niniue. et obsedit samariam tribus annis. et cepit eam: anno nono osee. et sexto: ezechie. Et transtulit israel in assyrios. scilicet septem tri-

bus que remanserant. ⁊ posuit eos: iuxta flu-
uium gozam: vltra montes medorum ⁊ per-
sarum. In p̄ma captiuitate trium tribuum:
creditur captiuatus fuisse tobias. ⁊ mãsit in
niniue. vel forte: cum rege osee ductus est. in
niniue. cuius historia cõsumata est: sub ma
nasse filio ezechie. sed nos eam tractabimus
post finem libri regum. Porro: rex assyrioꝝ d̄
diuersis regiõib᷒ adduxit colonos in samari-
am. paucos p̄mo. sed postea assaradoc popu
lauit terram. ⁊ habitauerunt in vrbibus ei᷒.
Cumq; essent de quinq; regionibus: quinq;
ydola portauerunt in samariam. queq; regio
suum. ⁊ omnes prius vocati sunt cuthei. a
quibusdam potioribus inter eos. qui vene-
rant de regione psida. que dicta est cutha: a
quodam flumine. Greci vo dixerunt eos sa-
maritas. qui ⁊ in euãgelio samaritani dicun
tur. hebrei vocauerunt eos: iacobitas. quia
supplantauerant israhelitas a finibus suis.
Qui cum venissent in terram israel: immi-
sit dominus in eos leones. ⁊ interficiebãt eos
⁊ nunciatum est regi assyriorum: ꝙ perirent
coloni eius. quia ignorabãt legitima dei ter-
re. ⁊ misit eis vnum de sacerdotibus israel. ⁊
legem moysi: inscriptam litteris antiquiori-
bus. ⁊ habitabat sacerdos in bethel. ⁊ susce
perunt circumcisionem. ⁊ legitima dei israel.
nihilominus tamen: deos suos in excelsis
colebant. Unde: quandoq; hebreos dicũt si-
bi ꝓpinquos: cum bene erat hebreis. cum vo
male: dicebant nihil esse sibi cum israel. Mi-
grauerunt autem decẽ tribus de iudea. post
annos nongentos: qudragintaseptem: ab ex-
itu de egypto. a diuisione vo regni: fluxerãt
anni ducenti quadraginta ⁊ menses septẽ.
⁊ dies septem: scd̃m iosephum. Multi autẽ
ex israhelitis: confugerunt in regnum iuda.
multi: absconderunt se in abditis. ⁊ latuerũt
in gentibus circumstantibus. Qui post re-
gressum regis assyrioꝝ redierunt ad ꝓpria. et
habitauerunt cũ samaritis.

De ezechia.

Nno tertio osee regis israel. regna-
a uit ezechias in ierusalẽ. vigintiqn-
q; ãnoꝝ erat: cum regnare cepisset
Et vigintinouem annis regnauit. Nomen
matris eius: abisa. de ierusalem. Qui conuo
catis sacerdotibus ⁊ leuitis: aperuit templũ
p̄mo anno. ⁊ p̄mo mẽse regni sui. ⁊ vasa dei
reparauit. ⁊ restituit sacrificia intermissa. ipse
de consilio sacerdotum: fecit phase: secũdo mẽ
se. non in tempe suo. quia non potuit popu-
lus p̄mo mense conuenire in ierusalem. nec
sacerdotes purificati erant. tamen: tanta fu-
it multitudo. ꝙ multi non purificati come-
derunt pasca. ⁊ tanta copia victimarum: ꝙ
in multis leuite suppleuerunt officium sacer
dotum. ⁊ post pascha. sollẽnizauerunt alijs
septem diebus. Hic dissipauit excelsa. ⁊ con
triuit statuas. ⁊ lucos succidit. ⁊ cõfregit ser
pentem eneum: quem fecit moyses. cui vsq;
ad illud tempus: filij israel adolebant incen-
sum. ⁊ puluerem eius sparsit in torrentẽ ce-
dron. ⁊ vocauit nomen eius noestan. quod
interp̄tatur os eoꝝ. quasi diceret. dicebatur
deus: sed non erat. Scripsit quoq; filijs isra-
el: vt redirent ad cultum dei. quoꝝ quidã:
nuncios eius neglexerunt. quidam: quosdã
interfecerunt. Unde etiam postea vt p̄dictũ
est: meruerunt captiuari. Recessit quoq; a re
ge assyrioꝝ: ne seruiret ei. Ipe pcussit phili-
steos: vsq; ad gazam. ⁊ omnes terminos eo
rum a turre custodum: vsq; ad ciuitatẽ mu
nitam. i. ⁊ p̄sidia ⁊ ciuitates.
Nno quartodecimo regni ezechie:
a ascendit sennacherib rex assyriorũ
in terram iuda. ⁊ cepit ciuitates eo-
rum. ⁊ misit ad eum ezechias in lachis. di-
cens. Recede a me. ⁊ quod imposueris mihi
feram. ⁊ indixit ei rex assyriorum: trecenta ta
lenta argenti. ⁊ triginta auri: ⁊ iurauit ꝙ nõ
noceret ei. Cumq; nõ inuenisset ezechias hãc
summam in thesauris domus domini ⁊ su
is: recepit laminas auri. quas ipse affixerat i
valuis templi. Cumq; misisset regi assyriorũ
p̄dictam pecuniam: irritum fecit sennacherib

iniusiurandum ⁊ misit ad obsidendum ierusalem tharthan ⁊ rapsacen. ⁊ castrametati sunt iuxta aqueductum piscine superioris. que est in via agri sullonis. ⁊ abstulerunt ciuibus: aquam exterioris piscine. Cumq; vocassent regem ad colloquiū noluit exire. sed misit ad eos eliachim pontificem ⁊ sobnam scribam. ⁊ ioachim: a cōmentariis. ⁊ loquebatur ad eos rapsaces hebraice. Erat enim samarites: vt quidam volunt. fuerunt qui dicerent eum esaie. qui transierat ad assyrios. ⁊ susceperat ritum gentium. ⁊ factus erat ciliarchus ⁊ ait. Hec dicit rex magnus assyriorum ad te: o ezechia. In quo confidis. vt audeas rebellare: Si confidis in rege egyptio: inniteris baculo harundineo. Si spem ponis in deo tuo. nunquid dii gentium ⁊ israel liberauit eos de manu mea: Si spem ponis i populo tuo: dabo tibi duo milia equorum. nec poteris apud te inuenire ascensores. Et rogabant nuncii rapsacem: vt loqueretur eis siriace. ⁊ non iudaice: audiente populo qui erat super murum. Tūc exclamauit rapsaces etiā ad populum: dicit rex magnus assyriorū. Facite mecum quod vobis vtile est. ne comedatis stercora vestra. ⁊ bibatis vrinam vestrā: egredimini ad me. ⁊ vtimini bonis vestris. donec veniam ad vos. ⁊ transferam vos in terram: que est similis vestre. Cumq; retulissent nuncii cōminationes istas ad ezechiam scidit rex vestimenta sua. ⁊ opertus est sacco ⁊ ingressus est domum domini. ⁊ misit predictos nuncios. ⁊ senes de sacerdotibus opertos saccis. ⁊ cilicio: ad esaiam dicentes. Hec dicit ezechias. Dies hic: dies est tribulationis nostre. ⁊ increpationis diuine. ora pro reliquiis israel. si forte audiet deus blasphemia. rapsacis: ⁊ vindicet. Et respōdit esaias Hec dicit dominus ezechie. Noli timere. Ecce ego mittam regi assyriorum spiritum. ⁊ audiet nuncium. ⁊ reuertetur in terram suam. ⁊ deiciam eum gladio suo in terra sua. ⁊ recessit rapsaces a ierusalem. ⁊ inuenit regem assyriorum expugnantem lobnam. Transiuit aūt rex ad egyptum expugnandā. vt triūphans rediret ad euertendam ierusalem. Cūq; obsedisset pelusium audiuit tharacam regē ethiopie cum multo exercitu venire in auxilium egyptiorum. ⁊ turbatus rex: dixit tharacham esse sacerdotem vulcani: ⁊ ideo non dimicaret cum eo. ⁊ rediit in iudeam. ⁊ obsedit ierusalem. herodotus tamen aliam causam reditus sui tradit. Orante namq; rege egyptiorum ad deum: multitudo sorcium in vna nocte comedit cordas arcuum in castris eius. ⁊ facti sunt assyrii inermes. ⁊ dixit: rapsacē cum exercitu remansisse circa ierusalem. ⁊ sennacherib rediisse ad eum de egypto. Uerūtamen: ante reditū sennacherib de egypto in iudeam: hec facta sunt.

De signis trium annorum que predixit esaias.

Cum egrederetur sennacherib iudeam vt transiret in egyptum: misit ezechie litteras terribiles. ⁊ cōminationis plenas dicens. q deus israel non posset eum liberare de manu sua. Tunc ascēdit ezechias in domum domini. ⁊ expandens litteras coram domino. orauit dicēs. Domine deus israel: audi verba sennacherib: qbus exprobrauit te nimis. salua nos obsecro: de manu ipsius. Tunc misit esaias ad ezechiā. significans ei verba domini ad sennacherib in hunc modum. Spernit te sennacherib: virgo filia syon. mouebit caput post tergum tuum: cum fugeris. exprobrasti sancto israel. viribus tuis ascripsisti: q vastasti iudeam. sed ex diebus antiquis ego plasmaui illud. nunc adduxi. i. ego: qui ab eterno disposueram q sic flagellarem peccantes: nunc impleui. ego: auctor fui. tu: minister. Ponam itaq; circulum in naribus tuis. sicut fit buba-

lo. ⁊ chamum in labiis tuis. sicut fit equo. et
reducam te in terram tuã. Tunc addidit esa-
ias verba sua ad ezechiam dicens. Tibi aũt
ezechia hoc erit signum liberationis tue. ter-
cio anno recedet a te sennacherib: non reditu-
rus. Ego autem predico tibi: quid facies hoc
anno. ⁊ quid: secundo. vt cum videris imple
ta: scias verũ esse quod predixi de tertio. Co-
mede hoc anno: quod reperis. vel scd̃m esaiã
que spõte nascuntur. vel scd̃m septuaginta
que ꝓus seueras. Imminente messione irru-
erant assyrii. ⁊ vastauerant segetes. vineas.
⁊ oliueta. sed quedam inter vngulas equoꝝ
calcantium euaserunt. Unde dicunt septua-
ginta: comede que ꝓus seueras. etiam: õ con
culcatis quedam sponte germinauerunt. de
quibus dicit esaias. comede que sponte na-
scuntur. etiam: cum prescissent aduentũ sen-
nacherib: congregauerãt sibi vndecũqꝫ victu
alia. ⁊ reposuerant in ierusalem. de quibus
dicit liber regum: comede quod reperis. Por
ro: secundo anno: comede que sponte nascun
tur. vel scd̃m ysaiaꝫ: pomis vescere. quod idẽ
est. Scd̃o enim anno dũ moraret̃ sennache-
rib in egypto: quia defuerant eis predicta vi
ctualia: multiplicauit eis dominus abũdan-
ter que sponte gignit humus. Porro: in ter-
cio anno fugato hoste: securi seminate. meti-
te. ⁊ comedite. ⁊ tunc: de ierusalem egredien-
tur reliquie. ⁊ quod saluatum est de monte
syon. ⁊ quod reliquũ est de domo iuda: mit-
tet radicem deorsum. ⁊ faciet fructum sur-
sum. ꝑ simile arboris loquitur. que quanto
profundius figit radicem: tanto copiosius et
altius facit fructum. ⁊ est sensus. Multitudo
populi que fugit de iudea ante faciem hosti-
um. ⁊ recepit se in ierusalem vt saluaretur:
fugato hoste redibit in terram suaꝫ. ⁊ popu-
labit eam. hoc audito: gauisus est ezechias.
de consilio esaie ⁊ sapientium: obturauit capi
ta fontium extra vrbem. ⁊ exitus aquarum
ĩ iudea. ne redeũtes assyrii inuenirent aqua-
rum abundantiam. Tũc obturauit ezechias.
superiorem fontem aquarum gyon. ⁊ auertit
eas subter ad occidentem vrbis dauid. vt in-
fluerent piscinam interiorem. Fecit etiam an
te fontem syloe quasi stagnum. in quo colli-
gerentur aque. ⁊ reseruarentur ciuib⁹ in vsuꝫ
obsidionis. ⁊ scd̃m epiphanium: ad preces
esaie copiosius solito egresse sunt aque õ fon
te syloe. hoc autem stagnum vocat in euan
gelio: natatoria syloe.

De fuga senna-cherib.

Factum est autem post annum: re-
dijt sennacherib ab egypto. ⁊ cum
vastasset iudeaꝫ: tandem obsedit ie
rusalem. sed in eadem nocte: angelus domi-
ni ꝑcussit in castris assyriorum centum octo
gintaqꝫ milia. ⁊ timens sennacherib fugit
cum decem viris tantum: vt aiunt hebrei. et
redijt in niniuen. Aiunt hebrei caput ⁊ bar
bam ei rasam ab angelo esse ignominiam.
⁊ impletum esse illud esaie. In die illa radet
nouacula ducta in regem assyriorum: caput
⁊ barbam. Cunqꝫ adoraret in templo. nes-
rach deum suum: ad ramelech ⁊ serasar filij
eius ꝑcusserunt eum gladio. ⁊ fugerunt in
ararath partem armenie campestrem: ⁊ vbe
rem: ad radicem montis tauri. ꝑ quam flu-
it arares. ⁊ regnauit pro eo filius eius assara
don. Indignati erant maiores filij in patrẽ:
ꝙ filium minorem natu prefecerat eis in re-
gem: eo ꝙ magis diligeret matrem illi⁹: quã
ipsorum. In hoc autem ostensus est nequi-
or populo: ꝙ patricidio filiorum est reserua-
tus. Porro: ierosolimite videntes stragẽ ho-
stiũ: egressi sunt. ⁊ spoliauerunt castra. Spo
lia vero mortuorum tollentes: excusserunt ex
eis puluerem tantum. Nam ignis diuinus
latenter eoꝝ cadauera incinerauerat.

De regressu solis

e Zechias autem post inopinabilem et incredibilem triũphũ: licet scdm iosephum cum populo hostias deo immolasset: non tamen digne gratias egit. Nam et animo elatus est. et canticum non cantauit: sicut in huiusmodi facere consueuerãt patres. et ppterea: egrotauit vsque ad mortem. et venit ad eum esaias. et ait. Hec dicit dominus. Dispone domui tue. quia morieris tu et non viues. Contristatus ezechias eo q filium non haberet. non q domum relinqueret desolatam. sed ne forte frustraretur in eo promissio facta dauid de christo: et conuersus ad parietem. fleuit amare. Forte: vt secretius oraret. et ne astantes: lacrimas eius viderent. vel forte: ad parietem porticus templi iuxta quam cubabat. et quia in porticum ascendere non poterat ad orandum: saltem ad faciem eius orauit dicens. Obsecro domine. memento quomodo ambulauerim coram te in veritate. Quasi diceret. Et si nõ peccaui: parce. ne pereant apud te que feci coram te. Porro: anteq egrederetur esaias mediam partem atrii: dixit ad eum dominus. Redi. et dic ezechie. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui orationem tuam. et vidi lachrimam tuam. Ecce sanaui te. die tercio ascendes in templum. diebus tuis addã: quindecim annos. de manu regis assyriorũ cuius reditum times: et liberabo te. et vrbem hanc propter me et propter dauid seruũ meum. Hic apparet quia manasses nondum natus erat. qui post mortem patris cum regnare cepisset: duodecim erat annorum. Et ait ezechias. Quod erit signum quia dominus sanabit me: Cui esaias. Vis vt ascẽdat vmbra decem lineis in horologio: an vt reuertatur totidem gradibus: Erat enim hora diei decima. et vmbra gnomonis descenderat per decem lineas. dedit ergo regi optionem signi. vtrum vellet: q sol staret p spacium decem horarum immobilis. vel rediret ad orientem: et iterum inchoaret diem. Gnomon est stilus qui ponitur in centro semicirculi in horologio. vt ex vmbra illius cognoscantur hore. Quodlibet autem istorum fieret: adderetur duodecim horis diei: decem hore. huic sensui consonat hebreus. dicens. Vis vt stet vmbra decẽ lineis. an vt reuertatur: In esaia quoque de reditu solis ad ortum cantum: agitur. et non de ascensu vmbre. Verũtamẽ: super librum regũ sic exponitur. Vis vt ascẽdat vmbra decem lineis: procedente sole super terram p boreales plagas versus orientem: sicut quotidie p noctem sub terra procedere solet: Et sic completis decem horis: statim redeat ad locum vbi nunc est. et pficiat diem istum: Et elegit rex: vt rediret sol ad orientem. Si enim staret: alicui cause naturali posset ascribi vel forte: quia iam alio tempore factum fuerat sicut sub iosue: signum inauditum elegit. Et statim sol stans in oriente: reuersus est iterum p decem lineas p quas iam descenderat. Tũc fecit esaias afferri massam ficuum. et cathaplasmauerunt sup vulnus eius. Hebreus magis proprie dicit: super vlcus eius. Quidam suspicantur fuisse apostema. cuius sanies in cutis supficiem prouocatur: siccioribus ficis contusis. Porro: aquila. simachus. et theodocio: regium morbum fuisse dicunt. cui queque dulcia. vel sumpta. vel apposita contraria putantur. et ita: dei potentia monstrata est. cum p res noxias sanitas est restituta. et conualuit ezechias. et tertia die ascendens in templum: ait. Ego dixi domine. i. dum egrotarẽ: penes me cogitaui. in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. i. nondum suscepta sobole quam expectabam descendam ad inferos. et dum hec cogitarem: quesiui a te orando residuum annorum meorum vt prius velles me patrem fieri: q anima priuari. Huic cantico ezechie premittunt septuaginta titulum talẽ: oratio ezechie regis iude. Sed melius est in esaia scriptura ezechie regis iude. Nam i hoc cantico narrauit tãtum que cogitauerat. vel orauerat: dum egrotasset. et non orauit in eo: nisi duobus verbulis tantum ibi. Domine

responde pro me. ⁊ in fine. domine: saluum me fac.

De morte ezechie.

In illo tempore. misit merodach: baladam. filius baladam rex babilonis: litteras ⁊ munera ad ezechiam. petens: vt ei socius esset: ⁊ amicus. Nam eo tempore: rex medorum ⁊ rex babiloniorum recesserant a monarchia assyriorum sub assaradoch. ne essent sub eo Precipua tamen causa legationis huius: creditur hec fuisse. caldei vigebant in astronomia. nec poterant inuenire secundum artem suam: quare dies fere in duplum protensa fuerat. ⁊ tandem audierant. Hoc pro regge ierosolimorum factum esse. ⁊ miserunt ad eum: vt suscitarentur rei veritatem. Preterea chaldei adorabant solem. ⁊ miserũt regi munera: vt honorarent hominem. quem honorauerat deus eorum. ⁊ letatus est ezechias in aduentu eorum. ⁊ iterum elatus est in animo suo. nec fuit in domo sua: nec in omni potestate sua aliquid. quod nõ ostenderet eis. etiam domum aromatum. quam quidam tradunt fuisse cellam aromatum in templo domini. in quod inducere gentiles nefas erat. Secundum epiphanium vero: domus erat longissima. quam fecit salomon iuxta descriptionem patris sui: contra orientem syon. ⁊ fecit occulti aditus compositionem longe a ciuitate. que deprehendi ab vniuerso populo nequeat. pluribus quoqꝫ sacerdotibus ignota erat. illicqꝫ posuit rex aurum. et aromata que aducta erant de ethiopia. In ea post sepulchra regum: erant sepulchra pontificum. ⁊ postremo sepulchra prophetarum. Hoc secretum dauid ⁊ salomonis: ezechias gentibus denudauit. ⁊ ossa paterna contaminauit: et presentia prophanorum. ⁊ ab ipso die sterilis factus est.

Porro: cum abissent legati: venit esaias ad regem. ⁊ ait. Quid dixerunt viri isti. ⁊ vnde venerunt ad te: Qui cum indicasset ei quod quesierant: dixit esaias. Hec dicit dominus. Ecce dies veniunt. ⁊ auferentur in babilonem omnia que sunt in domo tua. ⁊ que absconderant patres tui. Sed ⁊ de filijs tuis erunt eunuchi in palacio regis babilonis. Hoc impletum esse fabulantur hebrei in daniele ⁊ socijs eius. qui cum ioachim filio iosie capti sunt. Sed verius creditur eos eunuchos fuisse. non corpore: sed mente. Et respondit ezechias. Bonus est sermo domini. Sit pax ⁊ veritas in dieb' meis. ⁊ dormiuit ezechias cum patribus suis. ⁊ celebrauit exequias eius vniuersus iuda. ⁊ sepelierunt eum super sepulchra filiorum dauid. i. eminentius sepulchrum ceteris fecerunt ei: causa pietatis qua coluit deum. Ipse enim sic cõmendatur in libro regum. non fuit similis ei: neqꝫ ante eum: neqꝫ post: de cunctis regibus iuda. In hoc excipitur dauid quia nondũ erat sub eo regnum iuda. Si queritur de iosia. dicimus: ꝙ iosias fuit melior eo. sed iste preponitur ei in hoc. ꝙ magnificatus est preclaris bellorum titulis. ⁊ ꝙ tria inaudita fecit dominus pro eo. Regressum solis. additionem annorum. stragem hostium per angelum. In diebus ezechie: siracicusa. ⁊ cacitina in sicilia condite sunt. Romulus milites ex populo sumpsit. quasi ex mille vnum. Cures qui sub stacio rege sabinorum romulo fauebant: quirites appellauit. centum elegit senes. quos appellauit patres. Romul' apud paludum capree nusquam apparuit. ⁊ suadente lucio: quirini nomine cõsecratus est. Post romulum: senes predicti singuli p quinos dies rempublicam rexerunt: per annum fere ⁊ dimidium. Quod regnum appellatũ est inter tempus. Tunc secundus a romulo regnauit numa pompilius. qui predictos senes senatores appellauit. Hic primus: congiarium militibus dedit. i. imperialem lar-

gitionem in sui promotione. Januarium et februarium anno addidit. Fundamenta capitolij iecit. Sibilla erichtea claruit.

De manasse. et obitu esaie.

P Ost ezechiam: regnauit manasses filius eius pro eo. duodecim annorum erat cum regnare cepisset. Et quinquagintaquinque annis regnauit in ierusalem. et fecit malum coram domino. et edificauit excelsa que dissipauerat pater eius. Et erexit aras baal. et lucos. Et extruxit altaria milicie celi: in duobus atrijs templi. Et posuit ydolum luci in templo domini. Et traduxit quendam filium suum per ignem tophet. ariolos. augures. phitones. et aruspices multiplicauit. et errare fecit iudam in vijs gentium. Cumque arguerent eum prophete missi a domino: nemini eorum parcebat. Sed plateas ierusalē sanguine prophetarū purpurauit. Insuper: aliorum sanguinem innocentium fudit: multum nimis. donec impleret ierusalem vsque ad os. esaiam quoque affinem suum: eiectum extra ierusalem circa piscinam syloe: serra lignea p medium secari fecit. qui dum in principio sectionis angustiaretur: peciit sibi dari aquā vt biberet. Et cum nollent ei dare: dominus de sublimi misit aquam in os eius: et expirauit. Nec tamen carnifices a sectione destiterunt. ob hanc aque missionem: confirmatum est nomen syloe. quod interpretatur missus. nec sepelierunt eum in sepulchro prophetarum. Sed sub quercu rogel. iuxta transitum aquarum quem fecerat ezechias. in memoriā miraculi quod fecerat dominus in aquis illis: ad preces esaie. Tradit enim epiphanius: quod dum sennacherib rediret ab egypto: premisit exercitum ad obsidendam ierusalem. Qui castrametatus est circa piscinam syloe. vt aquis eius vterentur. Eratque piscina quasi cōmunis. Nam et ciues: ad eam descendere poterant et hostes. Orans autem esaias: obtinuit a domino. vt cum egrediebantur ciues: erant ibi aque sicut prius. Cū vero accedebant hostes. siccabātur aque prius ita: vt mirarent assyrij: vnde essent aque in vrbe. Porro: in iugem memoriam huius facti: adhuc aque syloe non iugiter sed incertis horis ebulliunt. Cumque in propria persona accessisset sennacherib: facta est strages supradicta in exercitu ipsius. In tante rei memoriam. populus gloriose prophetam sepeliuit: in loco predicto. vt etiam orationibus eius post mortem: indesinenter huius aque beneficio potirentur.

De morte manasse.

I Mmisit ergo dominus aduersus manassem regem babiloniorum qui depopulatus ē iudeam. et manassem dolo captum traxit in babilonem. et pluribus affixit tormentis. Et intelligens manasses hanc esse manum domini: egit penitentiam. Et attente orauit ad dominum. et misertus est dominus: reduxit eum in regnum suum. q cum venisset ierosolymam: deleuit ydola. lucos. et aras que fecerat. ita: vt in memoriam priorum nihil superesset. Et restituit cultum domini sicut prius. et populum idipsum agere docuit. et sic a priori conuersatione mutatus est. vt non sine grandi ammiratione vitam ageret beatam. Muros quoque ciuita-

tis et turres ⁊ antemuralia multa munitione firmauit. Et mortuus est manasses. et sepultus in orto domus sue. in orto azam. Et regnauit amon filius eius pro eo. In diebus manasse. sibilla erofila claruit in samo. Unde: et samia dicta est. Parthenii: tharentum condiderunt. Glaucus de choo: p̄mus ferri glutinum intra se excogitauit. Tertius romanorum rex. tullius hostilius. Hic primus regum romanorum: purpura ⁊ fascibus usus est. Qui post longam pacem: bella reparauit albanos. vegentes. fidenates: vicit. adiecto monte celio: ampliauit vrbem. Tandem cum domo sua: fulmine conflagrauit.

De amon et iosia.

p Orro: amon viginti ⁊ duorum annorum erat: cum regnare cepisset. Et duobus annis regnauit in ierusalem. Tamen: septuaginta dicunt duodecim. qui fecit malum coram domino: sicut pater suus in iuuentute fecerat. Et tetenderunt ei insidias serui sui ⁊ interfecerunt eum in domo sua. Populus autem percussit eos: qui interfecerant regem. Et sepelierunt eum cū patre suo. ⁊ statuerunt sibi regem: iosiam filium eius pro eo. Octo annorum erat iosias cum regnare cepisset. ⁊ triginta ⁊ vno anno regnauit in ierusalem. Et ambulauit per omnes vias dauid patris sui non declinauit ad dexteram neqz ad sinistram. Qui in quarto regni sui anno. qui erat ei duodecimus etatis: vt dicit iosephus: pietatem et iusticiam mirabilem in se iam demonstrabat. Nam populum iam reuocabat ab ydolatria. Et opera praua velut senior emendabat. Porro: anno regni sui octauo: omnem ciuitatem ⁊ prouinciam a cultu ydolorum purgauit. vt nullum vestigium ydolatrie superesset. Hieronymus in paralipomenon: dicit archam eductam de templo in diebus achas p̄ ydolis in ea positis. Et fuit in domo sellum patrui ieremie. patris ananeel. viri olde. que habitauit in ea: vsqz ad iosiam. Scrutabatur etiam domos: ne quid latenter remaneret suspectum. Et in vnaquaqz causa insticiam coluit. tamquam anime sue medicinam. Misitqz in totam prouinciam: vt referrent ad reparationem templi munera: pro sua voluntate vnusquisqz. Et preposuit huic operi helchiam sacerdotem magnum. et amasiam: qui erat supra ciuitatem. et saphan scribaz. Et facta est templi reparatio fideliter ⁊ indilate.

De ieremia propheta.

a Nno tertiodecimo regni iosie: exorsus est prophetare ieremias filius helchie. de sacerdotibus anathot in terra beniamin. tertio ab vrbe miliario. Et prophetauit vsqz ad euersionem vrbis quadraginta annis: et vno. Preter illud tempus: quo in egypto p̄phetauit in thamis. Et cum puer esset: dixit ei dominus. Prophetam in gentibus dedi te. Qui cum dixisset. a a a. domine deus nescio loqui. quia puer sum ego: misit dominus manum suam et tetigit os eius. ⁊ ait. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ex tunc: licet esset adolescēs. cepit prophetare et predicare. Mane consurgens ieremias et frequens stans in porta domus domini. ⁊ in atrijs

templi. ⁊ ostendit ei dominus signa euersionis ierusalem: quã predicebat. Primo signo significauit ei: auctorem illius euersionis deum. Ostendit enim ei: quasi furem vigilantem cum virga. vt dampnificaret dormientes. Sic enim dominus iam vigilabat: ad percutiendum populum suum. Secundo vero signo ostendit ei dominus: quo ministro ad hoc vteretur. per ollam succensam a facie aquilonis. Et ait. Ab aquilone pandetur omne malum: super omnes habitatores huius terre. idest. a chaldeis. qui iuxta situm ierusalem ab aquilone venerunt. Has duas visiones vidit sub iosia. De tertia: incertum est. Verius tamen putatur: q sub aliis regibus viderit eam. sicut ⁊ cetera que sequũtur. In tertia enim visione ostendit ei dominus: causã euersiõis. nec fuit hec visio imaginaria: sed corporalis. Precepit enim dominus: vt tolleret lumbare suum. ⁊ absconderet illud super eufraten. ⁊ post multos dies ex mandato domini reuertens: inuenit illud putrefactum. ⁊ nulli vsui aptum. ⁊ ait ei dominus. Sicut adheret lumbare ad lumbos viri. sic agglutinaui mihi domum israel: et domum iuda. Sed quia recesserũt a me fornicando post deos alienos: quasi putrefient trans eufraten captiuati. Reliqua ieremie locis suis tractabimus.

De inuentione deuteronomii.

p Orro: octauodecimo anno regni iosie: precepit iosias helchie: vt residuum pecunie que oblata fuerat ad templi reparationem: conflaretur. ⁊ fierent inde vasa ad ministerium domini. Cumq; helchias omnia diligenter scrutaretur: inuenit librum moysi in templo. Forte: aperuit archam. ⁊ inuenit deuteronomium: quem moyses reponi fecerat in ea. Et misit eum regi: per manum saphan. Qui cum legisset coram rege: scidit rex vestimenta sua. Audiuit enim maledictiones scriptas in trãsgressores legis. ⁊ crebras cõminationes domini. Quod si sequerentur ydola: eiceret eos de terra quam dederat eis. sicut eiecerat amorreos a facie eorum. ⁊ mirabatur: quod adhuc essent in terra. ⁊ verebatur imminere captiuitatem. Tunc precepit helchie ⁊ viris prudentibus: vt consulerent dominum super se ⁊ super populum suum. Qui descenderunt ad holdam prophetissam vxorem sellum. qui habitabat in ierusalem in secunda. idest. in secundo ambitu muri: quem fecerat ezechias. de quo dixit sophonias. ⁊ vlulatus a secunda. Forte: non inuenerũt ieremiam. vel potius: nullius adhuc momenti erat. Et respondit holda: hec dicit dominus. Ecce adducam mala que scripta sunt in libro legis. super locum hunc. et habitatores eius: quia irritauerunt me in cunctis operibus manuum suarum. succendetur indignatio mea: ⁊ non extinguetur. Regi autẽ qui misit vos dicetis. Hec dicit dominus. Pro eo quod audisti verba voluminis. Et perterritum est cor tuum. ⁊ humiliatus es: differentur hec mala. nec fient in diebus tuis. Et colligam te ad patres tuos in pace. Quod non est intelligendum: de pace ipsius regis. ipse enim occisus est a pharaone. Sed de pace populi. idest priusquã inferret populo que cõminatus fuerat. His auditis: mittens rex in omnem prouinciam cõgregauit omnem populum in ierusalem. Et stans super gradus: legit cunctis audientibus omnia verba libri. Et percussit fedus coram domino. et compulit omnes sacramenta prestare: vt leges moyseas per omnia custodirent. Et deleuit aruspices. et maleficos omnes. Et omnia vestigia ydolatrie redegit in puluerem. Et contami-

nauit excelsa. et valle tophet. et ignem moloch. forte: ossa mortuorum vbiqz sparsit.' vel quelibet alia immunda. vt potius abbominabilis quam venerabilis locus appareret. Equos quoqz solis et currus quos deputaverant reges iude in introitu templi iuxta exedram nathamelech eunuchi: penitus destruxit. Fecerāt ibi iudei ydolum solis: quasi puerum inberbem. quia nullum patitur senium. sed quotidie renouat. Fecerāt et ei equos et currum putantes: q̄ in hunc modum helyam transtulisset. et ascendens rex in bethel super altare quod fecerat ieroboam combussit ossa sacerdotum. et falsarum prophetarū: eruta de sepulcris excelsorum. iuxta verbum abdon prophete. cuius titulum cum legisset in sepulchro: precepit ne mouerentur ossa eius. nec etiam illius cum quo sepultus erat. Id ipsum fecit in excelsis samarie. et in vrbibus manasse. et effraim. et symeon: vsqz in neptalim. Ossa de tumulis excelsorum eruta sup altaria comburens. et tam ossa q̄ altaria: in puluerem redigens. Hoc predictum erat de iosia: ante annos trecentos sexaginta et vnū. et reuersus in ierusalem: fecit phase. conuocās ad illud: etiam filios israel qui captiuitatem assyriorum aliquo modo effugerant. vel etiā de captiuitate aliquo casu redierant. et traditur ex eis habuisse ad vndecim milia nathinneorum. Non est factum phase tale a dieb9 iudicum. In paralipomenon legitur: a diebus samuelis. quod posset dici vicio scriptorum factum: et scriptum esse samuelis. p samlomonis: nisi idipsum in iosepho legeretur. Potest ergo intelligi. q̄ samuel fecit phase. et si in historia non legatur. Q̄d autem iudices fecerint phase: certum est. quoniā moyses et iosue iudices fuerunt. Et factum ē hoc phase in ierusalem: octauo decimo anno regni iosie.

De morte iosie.

In diebus eius ascendit pharao nechao rex egypti: contra regem assyriorum. Audierat enim iam debilitatum. Quia medi et babilonij a monarchia eius recesserant. et estimabat q̄ de facili posset obtinere syriā. Primo tamen aggressus erat regem ad remon. qui regnabat tunc in carthamis. Descendit ergo iosias: in occursum eius. prohibens ne transitum faceret p iudeam. et misit pharao ad iosiam dicens. Quid mihi et tibi rex iuda: Non aduersum te venio. ad eufraten ppero. mittit me deus ad medos. sine me. ne deus qui mecum est interficiat te. et non acquieuit iosias. sed cum rege ad remon: componebat acies vt dimicarent aduersus pharaonem. Et forte: dū transisset a curru in currum qui sequebatur eum more regio: occisus est a sagittarijs in campo magedon. et planxit eum insolabiliter ad remon rex cum exercitu suo. Unde illud dictū est. Non erit planctus sicut planctus ad remon. Traditur autem: quod iuxta arborem et fontem occisus fuerit. que statim aruerunt. Et relatus est in ierusalem: et sepultus in mausoleo patrū suorum. et planxit eum vniuersus iuda et ierusalem. et maxime ieremias. qui super exequias eius scripsit trenos lamentabiles. quo modo sedet sola ciuitas. Et quibus vtebantur cantores et cantatrices: super exequias iosie. et longis temporibus in iudea super iosiam eos replicabant. Quibus postea superaddidit idem ieremias alias lamentationes super excidio ciuitatis. In diebus iosie. quartus romanorum rex: ancus marcius. nume nepos ex filia: auentinum montem et ianiculum vrbi addidit. Supra mare sextodecimo ab vrbe miliario: hostiam condidit. oraculo dodoneo primum grecia vsa est. Quintus romanorum rex: tarquinius priscus. q̄ circum rome edificauit muros et cloacas. et capitolium extruxit. ludos romanos instituit anon a delphino: in thenarum depoxtatus dicitur.

Reliquit aūt iosias tres filios. eliachim qui et iechonias. pmogenitū

vigintiquinque annorum. Medium autem ioachas. qui et sellum dictum est: vigintitrium annorum. et tertium mathaniam: circiter octo annorum. Tulit ergo populus terre medium filium ioachas. et constituit eum regem pro patre suo qui tribus mensibus tantum regnauit in ierusalem. Nam vt dicit paralipomenon: veniens rex egypti in ierusalem amouit eum. et imposuit mulctam terre centum talenta argenti. et vnum auri. et constituit regem pro eo. fratrem eius primogenitum eliachim sibi tributarium. et mutato nomine: vocauit eum ioachim. vt mutatio nominis: signum esset subiectionis. et duxit secum ioachas in dolo: sub spe honorandi eum in egypto. Nam cum venisset in reblata: vinxit eum. et ligatum misit in carcerem in egypto: et mortuus est.

De ioachim.

Porro ioachim vigintiquinque annorum erat cum regnare cepisset. et vndecim annis regnauit in ierusalem. et fecit malum coram domino: iuxta omnia que fecerant patres eius. Cumque argueret eum vrias propheta: comminatus est ei valde. et fugit vrias in egyptum. et misit post eum ioachim. et reduxit eum. et morte turpissima interfecit eum. Anno quarto regni ioachim: cepit regnare in babilone nabuchodonosor qui victo rege egypti: tulit omnia que eius fuerant a riuo egypti: vsque ad flumen eufraten. et transiens eufraten: omnem syriam vsque ad pelusium cepit: preter iudeam. Porro: anno quarto ioachim locutus est ieremias ad omnem populum iuda. et ad ciues israel: dicens A tertiodecimo anni iosie: locutus sum vobis verba domini. hodie est: vicesimus tercius annus. et non audistis me. propterea: hec dicit dominus. Adducam nabuchodonosor seruum meum: super terram hanc. et super omnes nationes que in circuitu eius sunt. et seruient regi babilonis septuaginta annis. Cumque impleti fuerint anni septuaginta: visitabo super regem babilonis. et super terram chaldeorum iniquitatem eorum: et ponam illam in solitudines sempiternas. et mirabantur quod tam audacter loqueretur. Nam et in principio regni ioachim cum staret in atrijs templi: et dixisset. Hec dicit dominus. Dabo domum hanc sicut sylo: et vrbem hanc dabo in maledictionem: apprehenderunt eum sacerdotes et prophete. et omnis populus dicentes: morte moriatur. Et ascenderunt de domo regis principes iuda. et sederunt in porta domus domini. et accusabant ieremiam sacerdotes et prophete. Qui respondit. Misit me dominus: vt prophetarem aduersus locum istum. Ecce: in manibus vestris sum: facite quod rectum est in oculis vestris. et liberauerunt eum principes a manibus populi. et maxime aichan filius saphan. dicentes: quod micheas in diebus ezechie similia predicasset. et multi prophete in diebus regum. nec aliquid a regibus perpessi sunt: sed honorati. Clauserunt tamen principes ieremiam: ne publice predicaret. Dixitque tunc dominus ad ieremiam. Tolle volumen. et scribes omnia verba que locutus sum tibi aduersus iudam. et alias gentes: a diebus iosie vsque ad diem hanc. Et vocauit ieremias baruch filium nerye. et scripsit baruch ex ore ieremie: omnes sermones domini. et dixit ad eum ieremias. Clausus sum. nec valeo ingredi domum domini. Ingredere ergo tu. et lege que scripsisti: in die ieiunij audiente populo. et vniuersis qui veniunt de ciuitatibus suis. et fecit baruch sicut preceperat ei ieremias. sepe legens in domo domini. Factum est autem in anno quinto ioachim in mense nono predicauerunt ieiunium omni populo in ierusalem. et vniuersis qui confluxerant de iuda. et legit baruch sermones ieremie: in introitu porte noue domus domini. Quod cum audisset filius gamarie micheas: descendit ad principes et seniores domus regis: qui sedebant in gazophilacio scribe. Qui cum nunciasset eis que audierat: aduocauerit

ad se baruch. Qui cum legisset omnia ver
ba coram eis: obstupuerunt. et dixerunt ei.
Abscondere tu et ieremias. et nemo sciat vbi
sitis. et ingressi sunt ad regem. Qui sede-
bat in domo hyemali mense nono. Et posi-
ta erat arula coram eo plena prunis. Cum-
q; legisset: vidi filius nathanie tres par-
gellas. vel quattuor: scidit rex volumen
scalpello scribe. ⁊ proiecit in ignem: donec cō-
sumeretur. quibusdam tamen contradicenti-
bus. ⁊ precepit rex seruis suis. vt comprehē-
derent baruch. ⁊ ieremiam. Dominus autē
abscondit eos. Et dixit iterum dominus ad
ieremiam. Scribe rursum in volumine om
nes sermones quos combussit ioachim. ⁊ su
peraddes plures. ⁊ precipue ea que dicit do-
minus contra ioachim. non erit ex eo: qui se-
deat super solium dauid: ⁊ cadauer eius ꝓ-
icietur ad estum per diem: ⁊ ad gelu ꝑ noctē
Non plangent eum: ve frater. ve soror. i. non
plangent eum frater ⁊ soror dicentes ve. Nō
concrepabunt ei: ve domine. ⁊: ve inclite in se
pultura asini sepelietur. putrefactus ⁊ ꝓiect⁹
extra portas ierusalem.

De nabuchodonosor et morte ioachim.

a Actum est autem in anno octauo
ioachim: ipse est quartus anni na-
buchodonosor: ascendit nabucho-
donosor in iudeam. ⁊ depopulabatur eam.
Rechabite autem qui habitabant in taber-
naculis seorsum ab hominib⁹: timētes ascē-
derunt in ierusalem vt saluarēt animas su-
as. Et dixit dominus ad ieremiam. Vade.
⁊ introduces omnes rechabitas in vnam ex
edram thesaurorum: iuxta domum domini
⁊ introduxit eos in gazophilatium filiorum
ennam. ⁊ posuit coram eis ciphos ⁊ calices
plenos vini dicens. bibite vinū. Qui respon
derunt. Non bibemus. quia ionadab filius
rechab pater noster: precepit nobis dicens.
Non bibetis vinum: vos ⁊ vxores vestre. et
filij vsq; in sempiternum: domum non edifi-
cabitis. sementē non seretis. vineas non plā-
tabitis. in tabernaculis habitis cunctis die-
bus. ⁊ viuatis multis diebus super terram:
in qua peregrinamini. Et tunc ait dominus
ad ieremiam. Dic habitatoribus ierusalem
Hec dicit dominus. Nunquid non accipie-
tis disciplinam vt obediatis mihi. sicut re-
chabite patri suo: Propterea: inducam sup
vos mala que locutus sum. De stirpe vero
rechab: non deficiet vir stans in conspectu
meo. Porro: cum ascendisset nabuchodono-
sor in ierusalem: cepit ioachim ⁊ ligauit eū.
⁊ trahebat secum in babilonem. ⁊ nobiles
cum eo. In itinere vero imposuit ei nabu-
chodonosor ei tributum. ⁊ remisit eum in ie-
rusalem. Sed obsides traxit secum: pueros
de semine regio. ⁊ seruiuit ei ioachim tribus
annis. Sed cum audisset q; rex egypti iterū
pugnare vellet contra nabuchodonosor: ne
gauit ei tributum quod promiserat. ⁊ ascen-
dens rex babilonis in ierusalem: sub iure fe-
deris intrauit eam. Sed cum intrasset: fi-
dem non seruauit. sed iuuenes fortissimos
quosq; occidit: vna: cum rege ioachim. quem
etiam ante muros insepultum proici iussit.
Et quia non seruauerūt ei fidem hostes: ideo
forte liber regum vocat eos latrunculos. di-
cens. Et immisit dominus in ioachim la-
trunculos caldeorū. ⁊ syrie. ⁊ moab. ⁊ amon.
vt disperderent eum iuxta verbum domini.
Nam ⁊ stimata sunt inuenta in corpe occi
si. contra legem ⁊ nomen ydoli quod colebat
chodonazer.

De iechonia.

e T constituit nabuchodonosor filiū
ei⁹ regem. ioachim iechoniā. equo
cū scz patri. decē ⁊ octo annorū erat

tes. Non est sepatus populus isrl̄ a populo
terraꝝ. Tulerūt enī ð filiabus eoꝝ sibi ⁊ filijs
suis vxores. Manus quoqʒ sacerdotū ⁊ ꝓnci-
pum ⁊ sacriseruoꝝ in hac inuenit trāsgressio
ne. Tūc scidit esdras vestimenta sua. ⁊ flens
⁊ orans iacuit in terra vsqʒ ad sacrificiū ve-
spertinū. Tūc accesserūt ad eū ꝓncipes. dicē-
tes. Surge. tuū ē discernere qđ agam⁹. Ma-
nus nr̄a erit tecū. Tūc adiurauit esdras sa-
cerdotes. ꝓncipes. ⁊ leuitas. vt ꝑijcerent vni-
uersas vxores alienigenas. ⁊ eos q ð his na-
ti erant. Et missa ē vox ad oēs filios trans-
migrationis. ⁊ cōuenerunt in ierlm in tertiū
diem mense nono. q december apud latinos
dicit. vicesima die mensis. Et surgēs esdras
cōminabatur illos. qđ ꝯtra legē dei semē san
ctum cōmiscuerāt semini incircūcisoꝝ. ⁊ op⁹
esse vt abijcerēt vxores. Et rn̄dit multitudo
populus multus est. ⁊ tēpus pluuie. ⁊ nō su-
stinemus stare foris. ⁊ opus hoc nō est diei
vnius. vel duoꝝ. Elige tibi ꝓncipes. ⁊ transi
ꝑ vniuersum israel. ⁊ apud quoscūqʒ inuene-
ris mulieres alienigenas eice eas incūctan-
ter. Et inuēte sunt in ierusalem ꝑmo apud
filios iesu filij iosedech ⁊ fratres eius. ⁊ sta-
tim eiecte sunt. Nec enī credēdū est iesū mag
nū sacerdotē habuisse alienigenā. ⁊ qꝛ visus
est a zacharia sordibus vestib⁹ indutus ad
filios ei⁹ referendū est. vel qꝛ cū pontifex esset.
populū nō arguebat. Idipsuʒ fecerūt ꝑ vni-
uersum israel. Et offerebat vnusquisqʒ apud
quem inuenta erat hec transgressio arieteʒ ꝓ
dedinatione peccati.

De neemia.

eT factū est in anno vicesimo regis
arthaxersis erat pincerna regis ne-
emias ð filijs captiuitatis. qui dū
esset in susis castro. audiuit ꝑegrinos ebrai-
ce loquētes. Et accedens sciscitat⁹ est ab eis
ð statu iudee ⁊ ierlm. ⁊ accepit ab eis vrbeʒ
esse sine muris. ⁊ habitare in ea populū dei i

afflictione. Nā ꝑ dies sustinebāt impetū ho
stiū. ⁊ noctibus intrabant latrūculi. ⁊ plate
as implebāt cadaueribus occisoꝝ. Et fleuit
neemias. ⁊ cibū desiderabilem nō gustauit.
nocte et die clamans ad dn̄m. Cūq3 staret i
mensa. ⁊ leuaret vinū regi apparuit q̄si lan-
guidus ante eum. Et ait rex. Quare tristis
es. Quodue malū latēt i corde tuo. Et rn̄dit
tremens. q2 ciuitas sepulchri patrum meoꝝ
deserta est. Si bonu3 tibi videtur mitte me
⁊ reedificabo eā. Et ait regina q̄ sedebat iux-
ta regē Qn̄ reuerteris. Et cōstituit ei tēpus
reuertēdi. Nec fuit hec regina hester vt q̄dā
tradiderūt. Nec in diebus esdre historia illa
occurrit. Nō eni esdras i volumine suo siluis-
set. Et dedit rex neemie epistolā ad ꝓncipes
trāsflumē in qua mādauerat d̄ honore ex-
hibēdo neemie tanquā duci ⁊ legato misso
a latre eius. ⁊ d̄ impendijs vrbis reedificāde.
Et misit cū eo ꝓncipes militū et equites. Et
transitū faciēs ꝑ babiloniā. multos de filijs
captiuitatis secu3 reduxit. Et venit vicesimo
q̄nto anno regni arthaxersis scd̄m iosephum
Porro i ierl̄m summ9 erat sacerdos helisa-
phat filius eliachim. Et siluit neemias trib9
dieb9. ⁊ nocte cōsurgēs cum paucis circuibat
ruinas muroꝝ. cōsiderās qualiter reedificari
possent. Quarta die locutus ē ad multitu-
dinē. venite ⁊ edificemus muros ierl̄m. ⁊ nō
simus vltra in opprobriū gentibus. manus
eni dei nobiscum est. ⁊ verba regis q̄ locut9
est mihi.

De reedificatio-ne ierusalem.

Et surrexerūt sacerdotes. ⁊ edifica-
uerūt portam gregis. Alia trāsla-
tio habet. edificauerūt portā. ⁊ ꝓ-
baticā piscinā. Hec ē porta iuxta tēplum. ꝑ
quā inducebant greges ad offerendū. Hec
alibi turris gregis dicit. Fuit aūt altera tur-
ris gregis in via bethleē. vbi iacob pauit pe-
cora sua. ⁊ pastores vigilantes supra gregē
suū viderūt multitudinē militie celestis. Se-
cundo filij asanaa edificauerūt portā pisciu3.
⁊ statuerūt portā pisciū. et statuerūt valuas
ei9. et seras. et vectes. hec respicit iopē ⁊ dia-
polim. ꝑ quā inferebat copia pisciū. hec scd̄m
iosephū postea dicta ē porta dauid. Tertio
edificauerūt portā veterē pigmētarij. et auri
fices. vestigia eni istius erāt a dieb9 iebuseo
rū et melchisedech. Quarto portam vallis. q̄
sc3 ducebat in vallē iosaphat edificauerūt fi-
lij zailoe. Quinto edificauit portā sterq̄linij.
mechias ꝓnceps vici bethacherez. Per hanc
portā sordes sciuitatis effluebāt mundanti-
bus fluuijs in torrentē cedron. Sexto edifi-
cauit porta3 fontis ꝓnceps pagi masphа. et
muros piscine syloe. Muros autē inter por-
tas edificauit populus ꝑ vicos et ciuitates.
vnusquisq3 scd̄m possibilitatē suam. Nec te
moueat si alia noia portarū inuenias. q̄ for-
te in interiori muro facte sunt. vel alique de
ꝑdictis alia postea sortita sunt vocabula. Nā
porta negociatoꝝ forte porta est gregis in q̄
negociatores ergasteria sua posuerant ob tē
pli viciniā. Sz et porta iudiciaria potuit esse
porta vetus. q̄ in fronte ciuitatis por emine
bat. Porta v̄o aquaꝝ potuit esse porta fon-
tis. Porta v̄o equoꝝ nō fuit porta ciuitatis.
sed statuta erat ante atria tēpli vsq3 ad quā
ascendere in equis licitū erat. Porro neemi-
as cū seruis suis instabat operi. nec somno
aut cibo suauiter vtebat. sed sub necessitate.
Et cōsūmatū est opus ꝑ annos duos ⁊ q̄t-
tuor mēses. licet in multa angustia. ⁊ pluri-
bus impedimētis. Primo eni finitime nacio
nes in manu forti aggrediebantur eos. Nee-
mias v̄o mediā ꝑtem populi armatam sta-
tuit extra ciuitatē. vt sustineret impetus ag
gredientiū. Alia vero media ps edificabant
vna manu ponētes lapidē. et altera gladiu3
tenētes. Porro secundu3 interuenit impedi-
mentū. Orta est eni fames in terra. ⁊ obli-
gauit se popul9 debito sub vsuris. sed ⁊ agros
⁊ vineas ⁊ oliueta vendere cōpulsi sūt. Tan
dē etiā filios ⁊ filias venūdare in seruos. Et
conuocata multitudine. compulit neemias

diuites ⁊ magistratus remittere vsuras .et restituere vineas ⁊ agros. ⁊ seruos quos e-
merāt. ⁊ excutiēs sinū suū dixit. Sic excutiat
deus omnē virū q̄ non cōpleuerit verbū hoc
Et dixit vniuersa multitudo amē. ipse quoq3
annonas q̄ regi debebātur cōdonauit. Qui
cū dux missus esset a rege. tñ annonas q̄ du
cibus debebātur non comedit. a p̄ma die q̄
egressus est a rege vsq3 dū redijt ad eū. Pre-
terea tertiū habuit impedimētū. qđ p̄ncipes
trans flumen q̄ inuidebant ei corruperūt mu
neribus quosdā senioꝝ q̄ erant in hierusalē
vt eū mori pderent. Q đ cū nequirēt varijs
eū terrebant rumoribus. vt sic ab ope cessa-
ret dicētes. multi cōiurauerūt aduersum te.
vade ⁊ abscōdere ab eis. Rursumq3 aiebāt.
Delatū est ad regē q𝔭 velis rebellare. ⁊ te fa-
cere regem i iudea. Noli exasperare dñm tuū.
Cūq3 multa fingerent in hūc modū nō p̄ua
luerūt. q: manus dñi erat cū eo.

De inuētiōe ignis

Ostquā aūt edificatus est mur⁹.
p quia rari erant habitatores i ierl̃m
p̄cepit neemias. vt clauderent por-
te ante solis occasum. nec apirentur ante ca-
lorē solis. Cūq3 immineret mēsis septimus q̄
fere totus apud eos sollennis est. cōuenerūt
in ierl̃m q̄si vir vnus. ⁊ accepit neemias qđ
nō habebat ignē đ sublimi. Traditūq3 ē ei a
senioribus qđ hieremias in diebus captiui-
tatis abscōderat stipites altaris. ⁊ prunas i
inferiorib⁹ terre. in valle iosaphat. Cūq3 ve-
nissent ad locū eruderauerūt puteū. ⁊ inue-
nerunt stipites ⁊ prunas. ⁊ aquā crassam. et
tollentes ea sup struem lignoꝝ ⁊ hostias q̄
erant sup altare pieceruntt. ⁊ erupit ignis. et
appellauit neemias hūc diem nephar. qđ in-
terp̄tatur purificatio. Alij dicūt nephi. ⁊ ora-
bant sacerdotes. Jonatha inchoante. ⁊ cete
ris. r. Porro p̄ma die scenophegiaꝝ dixerunt
esdre. vt afferret librū legis. ⁊ legeret corā po-
pulo. Stetitq3 esdras sup gradū ligneū quē
fecerat ad loquendū. iuxta portā aquarum. i.

portam atrij secus quā erāt luteres. Et legit
đ mane vsq3 ad mediū diem. Leuite v̄o du-
odecim silentiū faciebant in populo. flebat
āt ois populus. ⁊ dixit esdras. Nolite cōtri-
stari q: sanctus dies dñi est. Sed ite. come-
dite pinguia. et bibite mulsum. ⁊ date ptes
eis q̄ nō p̄parauerūt sibi. Cūq3 redijssent i di-
em secundū inuenerūt in lege p̄ceptū esse a
dño vt habitēt filij israel in tabernaculis mē
se septimo. in die sollēni. Et mandante esdra
egressi sunt. ⁊ tulerunt frondes oliue. ⁊ ligni
pulcerrimi mirti. ⁊ palmaꝝ. ⁊ fecerūt sibi ta-
bernacula in atrijs. ⁊ domatibus suis. et in
atrijs domus dei qđ nō fecerāt a diebus io-
sue filio nun. Et obseruatū est deinceps i isrl̃
vsq3 in hodiernū diem. Die v̄o octaua fecerūt
collectā iuxta ritū statuentes. vt quisq3 da-
ret tertiā ptem sicli p annū ad oleū. ⁊ panes
ppositionis. ad ligna ⁊ sacrificia sempiterna i
diebus festis. ⁊ p peccato. Die v̄o vicesima
tertia quia audierant i lege amonites ⁊ mo
abites nō intrabūt ecclesiā dei. separauerūt ab
ecclesia alienigenas. ⁊ immūdationē sui sta-
tuerūt in crastinū generale ieiuniū. vt affli-
gerēt animas suas hoīes ⁊ iumēta vsq3 ad
pueros septēnes. ⁊ cōuenerūt octies ad au-
diendā legē. quater i nocte. ⁊ q̄ter in die. le-
ctione terminata pstemebat popul⁹ ad oran-
dū. ⁊ fiebāt p̄ces sup eū. ⁊ tandē bñdictio sa-
cerdotalis. Ex his vt dicit beda. ecclesia tra-
xit exemplū. Nā ⁊ supra grad⁹ legit. ⁊ leuite
pclamatiōes faciūt i populo. ⁊ octies cōue-
nitur ad ecclesiā. ⁊ si nō penit⁹ eo modo quo
illi. Semel eni in nocte surgim⁹ ad noctur-
nos. scđm illud. Media nocte surgebā ad con
fitēdū tibi. In die v̄o septies psallim⁹ scđm
illud. Septies i die laudē dixi tibi. Singul āt
horis quasi legitur lectio. quā capitulare di-
cimus. post quam psternimur ad p̄ces i di
ebus pfestis. ⁊ subdit oratio p bñdictione.

De dedicatione muri et obitu ne.

Orro videns neemias vrbem fere
p vacuā habitantibus rogauit opti-
mates. vt habitarent in ierl'm. ⁊ be
nedixit eis q̄ se sponte obtulerūt. Reliqua vero
multitudo misit sortez ⁊ decimū caput fecit
habitare in ierl'm. Post aliquot tēpus con-
gregati sunt in ierl'm ad dedicationē muri. ⁊
ascenderūt sacerdotes ⁊ leuite. ⁊ cantores. cū
musicis instrumentis. ⁊ psallentes incede-
bant ꝑ murū. Esdras vero ꝓcedebat. Neemi-
as ⁊ optimates cū eo sup alterā ꝑtem mu-
ri incedebant psallentes. Reliqua vero multi-
tudo sequebatur eos sup terrā. ⁊ ducebant
choros. His expletis rediit neemias ad regē
anno tricesimo secūdo regni sui. Et mortu'
est esdras in senectute veneranda. ⁊ cū mul-
ta liberalitate sepultus in ierl'm. Hūc q̄dam
hebreoꝝ autumant fuisse malachiā. sed ma-
lachias post regressum captiuitatis natus ē
in iudea in sophis. Quē quia vite optime
fuit. ⁊ aspectu decorus populus appellauit
malachim. i. angelū. Tradunt etiam. q̄ que
ꝓphetice dicebat eadē die angelus dei appa
rens iterabat. Et mortuus ē dū adhuc iu-
uenis esset. ⁊ sepultus in agro suo. Porro cir
ca finem dierū suoꝝ rediit neemias in ierl'm
ex bn̄placito regis. ⁊ intellexit mala q̄ fiebant
in ea. Sacerdotes namqꝫ in dieb' vicis sue
nō habitabāt in gazophilaciis circa templū
sed in domib' ꝓpriis cū omni domo sua. et
custodiā vasoꝝ dn̄i posuerant in domibus
sequestratis a templo. Et edificauit de ꝓprio
gazophilatia in q̄bus excubabāt sacerdotes
⁊ reponebātur vasa. Preterea inuenit popu
lū calcantes torcularia in sabbato ⁊ inferen
tes i ierl'm vinū ⁊ vuas. ficus. ⁊ omne olus.
Gentes quoqꝫ inferebāt pisces. ⁊ venalia. et
vendebant in sabbatis filiis iuda. Et obiur-
gauit optimates dicēs. Cur ꝓphanatis diē
sabbati. Et inducitis irā dei sup israel. ⁊ sup
ciuitatē hanc. Et adiurauit eos de custodia
sabbati. ⁊ ꝓcepit claudi portas in sabbato ne
intrarent negociatores. Et manserunt extra
ierl'm semel ⁊ bis. ⁊ cōtestatus ē eis neemi-
as. q̄d si deinceps venirēt manū mitteret in
eos. Et recesserūt. ⁊ fecit neemias in ierl'm bi
bliotecā. cōgregans libros d̄ regib' ⁊ ꝓphe-
taꝝ. ⁊ dauid. ⁊ epistolas regū. ⁊ d̄ donariis.
⁊ ꝓ his oibus q̄ fecerat orauit neemias ad
deū. dicēs. Memēto mei deus me' in bonū.
Hucusqꝫ sumpta ē series historie ab anna-
libus hebreoꝝ. que vero post hec apud iudeos
gesta sunt d̄ scriptis iosephi ⁊ affricani exhi-
bētur. ⁊ d̄ libro machabeoꝝ. quē q̄dam ab
hebreis scriptū autumant q̄dā a grecis. Et
mortuus ē neemias vir benignus. ⁊ sepult'
iuxta murū quem edificauerat. Post artha-
xersem regnauit xerses duobus mēsib'. Post
quē sogdian' mēsibus septē. Post quē reg-
nauit darius cognomento nothus. sub quo
egyptus recessit a ꝑsis. Ea etate solis defec-
tio facta est. Et ignis d̄ ethna erupit. plato
natus ē. ipocrates medicus claruit. Dionisi'
in cilicia tyrannidē exercuit. Post darium
regnauit arthaxerses q̄ cognominat' ē men-
non. Darii ⁊ parasitidis fili' hic ab hebreis
dicit̄ assuerus. Sub hoc historia hester con
scripta est.

Incipit liber hes.

Ibrū hester trāstulit hierony-
l mus ad petitionez paule et eu-
stochii d̄ hebreo i latinū. ⁊ qꝛ in
greco corruptus erat ꝑ varias
editiones reuelauit eū d̄ archiuis hebreorū.
⁊ diligēter trāstulit vbo adverbū. Regnauit
assuerus ab india vsqꝫ ethiopiā sup centuz
vigintiseptē ꝓuintias. Et erat i susis ciuita-
te soliū regni ei'. Tertio igit̄ anno impii sui
fecit grande cōuiuiū cūctis ꝓncipib'. ⁊ indi-
tis ꝓuinciaꝝ corā se. centū ⁊ septuaginta di
ebus. i domo illa mirabili d̄ q̄ legit̄ in histo
ria alexādri. cui' columne erāt argētee. tectū
instar firmamēti cōcameratū. habēs gem-
mas diuersi coloris i figurā sydeꝝ ⁊ signoꝝ
dispositas. Post hos dies cōuiuii inuitauit
omnē populū q̄ erat i susis. ⁊ discubuerūt ex-
tra domū septē dieb' i vestibulo orti delicia-
rū. In ortu erat vinea hñs vites argēteas.

⁊ palmites aureos ⁊ botros ex varietate gē-
maꝝ distinctos. Sup cōuiuātes extēsa erāt
tentoria q̄ appēdebāt columnis argenteis ⁊
marmoreis. eburneis circulis inserta funib⁹
bissinis. atq; purpureis. Lectuli quoq; au-
rei ⁊ argētei dispositi erāt sup pauimentum
smaragdino ⁊ pario stratū lapide. Bibebāt
aūt oēs i aureis poculis vinū p̄cipuū ⁊ abū-
dans. nec erat q̄ nolētes cogeret ad bibēduȝ.
licet id moris esset apud psas. Uasti quoq;
regina fecit cōuiuiū feminaꝝ in palatio re-
gis. Die aūt septimo. cū rex incaluisset me-
ro p̄cepit septē eunuchis vt introducerēt regi-
nā i decore suo. vt ostēderet oib⁹ pulcritudi-
nē illi⁹. Que ad impiū regis venire cōtēpsit.
Et irat⁹ rex quesiuit a septē sapiētib⁹ q̄ vide-
bant faciē regis cui sentētie vasti subiaceret.
Et rn̄dit manuchā. Nō lesit te solū vasti sed
⁊ oēs viros regni tui. Nā ei⁹ exemplo mulie-
res ꝑuipendēt impia viroꝝ. Egrediat̄ ergo
edictū a facie tua vt vltra vasti nō ingredia
tur ad regem. sed altera melior regnet ꝓ ea.
Et exijt edictū i oēs ꝓuincias ꝑ eplaȝ regis
Et dixerunt pueri regis ad eū. Querant̄ regi
puelle v̄gines ⁊ speciose. ⁊ tradant̄ aggeo eu
nucho ad custodiā. ⁊ accipiāt mūdū mulie-
brē. i. vestes ⁊ cult⁹. ⁊ ornat⁹. Uñ ⁊ ministres
taliū mūdiburdos vocam⁹. Et quecūq; ocu
lis regis placuerit regnet pro vasti. Placuit
sermo regi. ⁊ iussit hoc fieri. Erat aūt i susis
iude⁹ vocabulo mardocheus. d̄ tribu gem-
mi. qui descēderat d̄ trāsmigratione iecomie.
Hic erat nutricius f. lie fratris edesse q̄ ⁊ he-
ster vocabat̄. quā orbatā vtroq; parēte mar
doche⁹ adoptauerat i filiā. Hec inter ceteras
tradita ē eunucho. nec idicauit poplm̄ suum
Sic eni mādauerat ei mardoche⁹. ⁊ iuenit
gr̄aȝ in oculis eunuchi. ⁊ accelerauit ei cultū
muliebrē. ⁊ dedit ei septē puellas vt eā orna
rēt ⁊ excolerēt. Porro v̄gines ꝑ sex mēses vn
gebāt̄ oleo mirtino. ⁊ alijs sex q̄busdā pigmē
tis ⁊ aromatib⁹ vtebāt̄. vt post ānū ingrede
rent̄ ad regē. ⁊ q̄ vespe intrabat egrediebat̄
mane. nec poterat redire nisi rex ex noie iussis-
set eā venire. Mardoche⁹ aūt versabat̄ i ve-
stibulo dom⁹ regie curam agēs salutis filie.
Tandē instabat dies quo hester filia abiel
intrare debebat ad regē. nec q̄siuit ab aggeo
cultū muliebrē. sed posuit i voluntate eius. q̄
tenebat̄ puellis dare quecūq; petissent. Et in
trauit ad regē anno septimo regni ipsi⁹ mēse
decimo q̄ hebraice dicit̄ thebet. latine ianua-
rius. Et inuenit gr̄aȝ apud regē. ⁊ fecit eam
regnare ꝓ vasti. ⁊ celebrauit nuptias ꝑ mē-
sem. ⁊ mādauit ꝑ eos q̄ aggari dicunt̄. i. cur-
sores requiē vniuerso regno. ꝑ tēpus nuptia
rū. Mardoche⁹ aūt q̄ frequētius morabat̄ i
babilonia vn̄ ⁊ adducta fuerat hester trans-
tulit se i susis. Eo tp̄e irati sunt regi duo eu-
nuchi ianitores. ⁊ machinabant̄ vt occide-
rēt eū. qd̄ nō latuit mardocheū. ⁊ indicauit
hester. ⁊ illa. ex noie mardochei detulit ad re
gē. Quesitūq; ē ⁊ inuētū. ⁊ appēsi sūt i pati-
bulo. Et traditū ē corā rege i annalib⁹. i qb⁹
reges accidētia tp̄is sui redigebāt. Post hec
assuerus exaltauit aman amalachite. q̄ erat
de stirpe agag quē samuel trucidauit. ⁊ ad-
orabāt eū serui regis p̄ter mardocheum qui
ꝓpter patrias leges coram eo genu nō flecte
bat. Qd̄ attēdēs aman indignat⁹ ē. ⁊ acci-
piēs eū hebreū esse ait. pse liberi flectunt ge-
nua. hic aūt seru⁹ dedignat̄. Et disposuit ꝑ-
dere iudeos q̄ erāt i regno assueri. veteri mo
tus odio quia iudei deleuerāt amalechitas.
Duodecimo itaq; anno regni assueri mense
p̄mo missa ē sors i vrnam. q̄ hebraice dicitur
phur corā aman. quo die ⁊ quo mēse gēs iu
deoꝝ deberet interfici. ⁊ exiuit mēsis duode
cimus. Tūc ait aman ad regē. Interest re-
gis seruare pacē. nouerca aūt pacis ē dissimi
litudo. Est gens i regno tuo dissimilis cete-
ris. nouis vtēs legib⁹. insup ⁊ regis scita cō
temnēs. Expedit tibi vt nō insolescat. decer-
ne ergo vt peat. ⁊ ne dispēdiū sentias i tribu
tis decē milia talētoꝝ appendā archarijs ga
ze tue. Tulitq; rex anulū quo vtebat̄. ⁊ dedit
illū aman. dicēs. argētū tuū sit. ⁊ de populo
age qd̄ tibi placet. Tūc scripsit aman ex nomie
regis lr̄as. anulo regis designatas i oēs pro-
uincias. vt occiderent̄ iudei a puulo vsq; ad

fanem. et bona eorum diripentur tertiadecima die mensis duodecimi. Statimque i susis pependit edictum quod cum legissent iudei fleuerunt. Sed et mardocheus indutus est sacco. et aspsus cinere magna voce eiulabat per forib' palatij non enim fas erat indutos sacco intrare palatium Quod cum accepisset hester consternata est. et misit ei vestem. quam indutus intraret ad eam. quam accipere noluit. sed significauit ei per eunuchum causam fletus. et exemplar edicti quod pendebat in susis misit ei. monens eam vt intraret ad regem. et supplicaret ei pro populo suo. Que respondit. Iam triginta dieb' non sum vocata ad regem Et decretum est. vt quis non vocatus accesserit moriatur. nisi forte rex auream virgam ad eum intenderit. Rursumque mardocheus ad eam. Quid scis vtrum idcirco ad regnum veneris. vt in tali tempore parareris Si nunc silueris per alium liberabit dominus populum suum. et tu et dom' patris tui peribitis. Tunc mandauit hester mardocheo vt omnes iudei qui erant i susis per triduum ieiunarent. et orarent pro ea. Sed et ipsa ieiunauit. Die autem tertia induta regalib' stetit i atrio domus contra basilicam regis cum duab' puellis. quarum vna incombentem sustinebat. altera sequens longitudinem vestis summis digitis deportabat At ille sedebat supra solium contra hostium domus. que cum respexisset eam toruo vultu collapsa est. Cumque vidisset hester lapsam placuit ei. et extendit contra eam virgam auream. Que surgens et accedens osculata est summitatem virge. et ait rex. Quid vis hester. Quicquid petieris dabitur tibi. Que rndit. Obsecro vt venias ad me hodie. et aman tecum ad conuiuium. Et surgens venit ad eam. et fouens eam gremio consolabat dicens. Noli timere. Pro subditis lex data est. tu vero mihi conregnas. Veneruntque ambo ad conuiuium regine. Cumque rex bibisset abundanter ait Pete quod vis hester. et impetrabis. Que rndit. Obsecro vt veniat cras rex. et aman ad conuiuium. et indicabo ei cor meum. Egressus est itaque aman let'. Cumque vidisset mardocheum non assurrexisse sibi indignat' est. et conuocans vxorem et amicos exposuit eis omnem gloriam suam. addens quod cum solum cum rege hester vocauerat ad

conuiuium. Verumtamen se nihil habere reputabat dum vinceret mardocheus. Et dixerunt ei. Iube parari trabem quinquaginta cubitorum. et suggere regi vt appendat mardocheus in ea. vt sic eas lete cum rege ad conuiuium. et iussit parari crucem. Noctem illam rex duxit insomnem. et iussit sibi legi annales. et ventum est ad locum vbi scriptum erat quod mardocheus nunciauerat ei facin' eunuchorum. et ait rex. Quid honoris cum secut' est mardocheus pro hac fide. Et dixerunt ei. Nihil. Et quesiuit rex quis esset i atrio. Et dixerunt pueri. Aman. Ipse enim intrauerat vt suggereret regi de morte mardochei. Cumque vocat' intrasset aman dixit rex ad eum. Quid debet fieri viro quem rex vult honorare. Qui cogitans pro se dictum esse. rndit. Debet indui stola regia. et coronari diademate. et sedere super equum regis. et primus de principib' teneat equum. et per ciuitatem incedens clamet. Sic honorabitur quem rex voluerit honorare. Dixitque ei rex. Festina. et fac vt locut' es mardocheo ne quicquam ex his pretermittas. Et fecit aman mardocheo vt locut' fuerat. qui prius renitebat. putans sibi illudi ab aman. sed veritate cognita assensit et rediit mardocheus ad fores palatij. Aman vero festinabat i domum lugens. et operto capite. et dixerunt ei amici ei' Si de semine iudeorum est mardocheus. ante quem cadere cepisti non poteris ei resistere. Sed cades. Et ecce nuncij regis compellebant eum intrare. Et intrauit cum rege ad conuiuium Et ait rex. Pete quod vis hester. Que rndit. Dona mihi aiam meam. et populum meum ne pereamus. Vtinam i seruos venundaremur. et gemens tacerem. Et ait rex. Quis est qui hec audeat facere. Que rndit. Hostis noster est iste aman. Quod ille audiens obstupuit. Rex autem irat' surrexit et intrauit i ortum. Aman vero supplicabat regine pro aia sua. Cumque reuersus esset rex repperit aman corruisse super lectulum i quo iacebat hester. et ait. Etiam reginam vult opprimere me presente. Et dixit arbona eunuch'. en lignum quod parauerat mardocheo stat i domo aman. Et ait rex. Appendite illum i eo. Et suspensus est aman in patibulo. Et dedit rex hester domum aman. Et ingressus est mardocheus ad regem. Confessa est

enim hester q̄ patruus ei⁹ esset. ⁊ dedit rex
anulū mardocheo quē ab aman recipi iusse-
rat. Hester aūt cōstituit mardocheū sup do
mū suā. Que iterū flens p̄cidit ad pedes re
gis supplicās vt veteres l̄ras quas scripserat
aman cōtra iudeos nouis ep̄lis irritaret. Et
acq̄euit rex. Et scripsit mardoche⁹ l̄ras anulo
regis sigillatas ad p̄ncipes p̄uinciar̄ ne oc-
ciderent iudei. imo illos q̄ parati erāt ad oc-
cisionē iudeor̄ interficerēt iudei. ⁊ man⁹ p̄n-
cipū esset cū eis. Et factū ē nomē iudeor̄ ce-
lebre ita vt plures ḋ gētib⁹ religioni eor̄ iun
gerent. Et recordat⁹ ē mardoche⁹ sommium
qḋ viderat ⁊ interp̄tationē; ei⁹ intellexit. Et
hoc erat sommiū. apparuerūt ei voces. ⁊ toni
trua. ⁊ terre motus sup terram. ⁊ ecce duo
dracones parati cōtra se i p̄liū. ad quor̄ cla-
more nationes excitate sūt vt pugnarēt cōtra
regē iustor̄. ⁊ fuit dies illa tenebrar̄. ⁊ discri
minis. ⁊ cōturbata gēs iustor̄ clamauit ad
dn̄m. ⁊ ecce fons p̄uus creuit i flumē maxi-
mū. ⁊ orta ē lux magna. ⁊ humiles exaltati
sūt. ⁊ deuorauerūt inclitos. Porro in secūda
ep̄la quā scripsit p̄ iudeis excusa utq; se rex in
hūc modū. ne putetis si diuersa iubemus ex
animi leuitate venire. sed p̄ necessitate tēpor̄
ferre sentētiā vt reipublice poscit vtilitas. Mul
ti sublimati a regib⁹ honore collato abusi sūt
i sup̄biā. ⁊ i ipsos q̄ dederūt molliunt insidi-
as. Aman ⁊ animo ⁊ genere macedo ⁊ ex ob
liquo cōmaculās gen⁹ p̄sar̄ adeo intumuit.
vt regno nos p̄uare niteret ⁊ spiritu. Nam
mardocheū cui⁹ fide viuim⁹. ⁊ cōsortē regni
hester cū omni gēte sua nouis machinatio
nib⁹ expetijt ad mortē cogitās vt illis inter-
fectis nr̄e insidiaret solitudini. ⁊ regnū p̄sar̄
trāsferret i macedonas. Nos v̄o nutu dei vi
uētis cui⁹ bn̄ficio patrib⁹ nr̄is regnū traditū
ē. ⁊ vsq; hodie custoditū iudeos absoluim⁹.
⁊ hostes eor̄ interfici iubem⁹. Igit tertiade
cima die mēsis duodecimi p̄cusserunt iudei
hostes suos plaga magna p̄ p̄uintias vsq;
ad septuaginta milia q̄nq;. Quarta v̄o de-
cima die celebrauerūt cōuiuia cū gaudio p̄ticu
las inuicē sibi mittētes. In susis v̄o interfe-
cerūt q̄ngētos viros. ⁊ i q̄rtadecima die ob-
tinuit hester a rege vt adhuc occiderent i su-
sis hostes iudeor̄. ⁊ suspēsi sūt decē filij amā
⁊ ḋ alijs circiter trecēti p̄ierūt. ⁊ ideo iudei q̄
habitabāt i susis duobus dieb⁹ occisioni va-
cantes q̄ntadecima die cōuiuia celebrauerūt
⁊ p̄pterea mādauit hester. ⁊ mardoche⁹. hos
duos dies i numero sollēnitatū recipi. ⁊ dies
phurim. i. sortium obseruari a iudeis. vt me-
moriā facti nulla deleret obliuio. Hos dies
tn̄ vocat ioseph⁹ cōuersatores. eo q̄ iudei de
merore i gaudiū cōuersi fuerāt. Scripsit aūt
mardoche⁹ ad iudā sūmū sacerdotē i ierl̄m.
q̄ patri suo elisaphat successerat. vt dies isti
sollēnes haberent i iudea i sempiternum. In
dieb⁹ assueri atheniēses viginti q̄ttuor l̄ris in
ceperūt cū antea sedecim tm̄ vterent. Seno-
nes galli duce brenno romā inuaserūt. ⁊ excep-
to capitolio incēdiaz vastauerūt sex mensibus.
Tribuni militares p̄ cōsulib⁹ esse ceperunt.
Obijt anaxagoras phisicus. ⁊ eraclitus tene
brosus. ⁊ democrit⁹. ⁊ socrates venenū bibit.
diogenes ⁊ ysocrates daruerūt. Aristotiles au
diuit platonē octauūdecimū annū agens.

De ocho.

p Ost assuerū regnauit arthaxerses
q̄ ochus dictus ē. Hic misit vago-
sū p̄fectū vniuersis regionib⁹ trans
flumē. Erat aūt i ierl̄m sūm⁹ sacerdos ioha-
nes. q̄ iude patri suo successerat. Erat aūt fra-
ter iohānis iesus. q̄ ad pōtificatū aspirabat.
⁊ p̄pterea vagosi familiaritatē sibi cōparauit
Qua cōfidētia iesus altercat⁹ i tēplo aduersus
iohānē adeo irritauit fratrē vt eū interficeret.
Tn̄ vagosus indignat⁹ ascēdit i ierl̄m. Cūq;
p̄hiberēt eū ab ingressu tēpli dixit. Mūdior
sū ego cadauere. quo tēplū p̄phanastis. Et i-
gressus tēplū spoliauit illud. ⁊ iposuit mini-
stris tēpli iterū tributa. ⁊ annonas anni sep-
timi. a qbus p̄ interuētū esdre absoluti fue-
rāt. Porro arthaxerses egyptū ad suū reuo-
cauit impiū. nectanabo rege in ethiopiam
pulso. i quo egyptior̄ regnū destructum est.

Idē ochus p̄dasmo iudeoꝝ capta ī hircania accolas trāslatos iuxta mare caspiū collocauit. Eo tp̄e romani gallos supauerunt. demostenes ⁊ ysocrates claruert. Obijt plato. post quē peusippus tenuit achademiā.

De dario filio ar.

P Ost ochū regnauit filiꝰ arsamus. ⁊ mortuo iohāne i ierlm successit ei filius eiꝰ iadus i sacerdotiū. Post arsamū regnauit filiꝰ eiꝰ dariꝰ. hic p̄fecit regionib' trās flumē saraballā d̄ genere cittheoꝝ. ex q̄bus samarite descēderūt. Erat aūt iado frater manasses ad pōtificatū anhelās ꝑpter q̄d ysachā filiā saraballe duxit vxorē. Cūqꝫ ministraret i sacerdotio indignati sūt ierosolimite. ⁊ iubebāt eū recedere ab vxore aut nō introire i sacrariū. Itaqꝫ manasses cū vxore trāstulit se ad socerū suū. q̄ pollicitꝰ ē q̄ edificaret ei tēplū. instar ierosolimoꝝ sup̄ montē garizim. sed hoc ē sentētia regis darij faciendū erat. Interim aūt cōtradidit ei abissaꝫ. q̄ ē mediterraneꝰ vicus tyrioꝝ insignis. ⁊ trāsierūt ad manassen plures d̄ ierosolimitis. q̄bus saraballa pecunias ministrabat. terrā colendā deputabat. ⁊ habitationem.

De alexandro.

E O tp̄e mallius torq̄tus consol romanꝰ filiū suū virgis cesū securi p̄cussit. qꝛ cōtra impiū cōsulū cū hostibus pugnauerat. ⁊ tn̄ expugnauerat. Per idē tēpus philippꝰ rex macedonū p̄ insidias peremptꝰ ē a pausania. trahēte genꝰ ab oreste Cui. successit filiꝰ eiꝰ alexāder vicesimū agens annū. Qui volēs obtinere syriā trāsyt hellespontū. ⁊ cōgregati sunt aduersus eū duces darij q̄ erāt trās flumē. ⁊ sup̄ granicū fluuiū expugnant eos. Cūqꝫ p̄curisset lidiā ⁊ yconiā p̄uenit ad loca pāphilie. Tūc dariꝰ filius arsami delectū collegit exercitū. ⁊ trāsiuit eufraten. ⁊ mōtē silicie taurū. sperās i cilicia macedones expugnare. Tūc gauisus ē saraballa putās q̄ post victoriā occurreret dario. et edificationē tēpli ab eo īpetraret. Ipse q̄dem lōgeuꝰ a p̄lijs vacabat. Sꝫ aliter q̄ sperabat euenit. Nā victus ē dariꝰ a macedonibus. ⁊ capta matre eiꝰ vxore. ⁊ filijs ad p̄sas fugiēs remeauit cū paucis. Tūc alexāder cepit aspirare ad monarchiā orietis. ⁊ intrās syriā cepit damascū. ⁊ subiugata sydone tyrū obsidebat. Tūc saraballa eligēs d̄ suis octo milia i alexādri p̄fectus ē auxiliū dicēs se libentius obseq̄ ei q̄ dario. ⁊ q̄ loca sub potestate sua cōstituta ei traderet. ⁊ grate susceptus ē ab alexādro. Preterea dixit ei se habere generū manassem fratrē p̄ncipis sacerdotū genus iudee multosqꝫ alios cū eo p̄sentes ex ea gēte quos velle aiebat sub eo tēplū cōstitutis locis edificare. q̄d p̄futurū alexandro testabat. qꝛ potētia iudeoꝝ i duo diuisa nō rebellaret. Cōcedēte d̄o alexādro omni studio edificauit saraballa tēplū ⁊ altare. q̄d p̄māsit vsqꝫ ad destructionē factā p̄ romanos. et i eo manassem cōstituit pontificē. Porro dū alexāder erat i obsidione tyri scr̄psit ad p̄ncipē sacerdotū i ierlm inuitās eum vt sibi p̄beret auxiliū. ⁊ exercitui venalia p̄pararet. ⁊ redderet sibi tributa q̄ p̄us dario cōferebat. Et rn̄dit iadus se dario sacramenta dedisse. nec eo viuēte posse trāscēdere cōstituta. Tūc cōminatus ē alexāder gēti iudeoꝝ. q̄ p̄ eū discerēt q̄bus deberēt cōstituta seruare. Tunc iniectis aggeribꝰ tyrū fecit cōtinentē. Qua vastata gazā obsedit. ⁊ mortuus est saraballa. Alexāder aūt capta gaza i ierosolimā festinabat. ⁊ timētes iudei clamauerūt ad dn̄m. et imolabāt hostias. ⁊ iadus orabat p̄ gente. Qui post sacrificiū obdormijsset p̄cepit ei deus vt cōfideret. sertisqꝫ ciuitatē ornaret. ⁊ ipse pōtificalibꝰ indutus ⁊ reliq̄ sacerdotes cū eo legitimis stolis induti. obuiā exierūt alexandro. Et surgēs a sopore oraculū oībus indicauit. Audiēsqꝫ nō lōge esse a ciuitate alexandrū p̄cessit cū sacerdotibus ⁊ ciuiū multitudine sacra ad locū q̄ saphimꝰ appellat. q̄d latine trāslatū scopulum sonat. vnde ierosolima ⁊ templum videri potuisset. Et factum est cōtra spem omniū q̄ sequebantur regem.

Nā alexander intuens antistitem pōtificali
stola insignē. ⁊ sup cidari laminā ī q̄ sc̄ptuz
erat nomē dei descēdit d' equo. ⁊ adijt eū sol⁹
⁊ nomē adorauit. ⁊ pōtificē venerat⁹ est. ⁊
obstupuerūt ṗncipes exercitus. ⁊ ludificataz
regis mentē putauerūt. Solus parthemi⁹ q̄-
siuit ab eo cur sacerdotē gētis iudee adoras-
set. Et rn̄dit. Nō hūc adoraui sed deum cui
ṗncipatū sacerdotij gerit. Nā ꝑ somniū ista
li habitu deum cōspexi adhuc ī licia ciuitate
macedonie cōstitut⁹. dūq3 mecū cogitarem
vtrū asiā ꝑossem obtinere iussit me cōfidere.
Nā ipse exercitū meū ꝑduceret. ⁊ ꝑsaꝝ mi-
hi traderet ṗncipatū. Nūc aūt ṗmo vidi in
hoc sacerdote ipsius effigiē. ⁊ q̄ mihi ꝓmisit
ꝓuētura cōfido. ⁊ ꝓpterea deum adoraui. ⁊
hoīez venerat⁹ sū. Et ingressus ē vrbē alexan
der. ⁊ ī tēplo sacrificauit deo sc̄dm sacerdotis
ostēsionē. ⁊ attulerūt ei danielē ī quo sc̄ptuz
erat quēdā grecoꝝ ꝑditurū ꝑsaꝝ potētiā. et
arbitrās d' se sc̄ptū esse gauisus ē. ⁊ ī crasti-
nū cōuocās populū iussit petere q̄ vellent. et
ipsis petētibus cōcessit iudeos vbiq3 patrijs
vti legib⁹. ⁊ septimū annū sine tributis esse.
ꝓpter sabbatū terre. Et ex inde ad illas ciui-
tates ꝓfectus ē. Tūc samarite vidētes eius
munificētiā circa iudeos cognatos se dixerūt
esse iudeoꝝ. originē suam ab effraim ⁊ ma-
nasse recensentes. ⁊ postulauerūt vt templū
eoꝝ ī garizim honoraret. qd ī reditu se factu
rū ꝓmisit. Cūq3 peterēt ab eo relaxationem
septimi anni quesiuit q̄ essent. ⁊ dixerūt se esse
hebreos. Cūq3 adderet vtrū essent iudei ne-
gauerunt se iudeos esse. Et rn̄dit. Judeis tm̄
hec ego cōcessi. Porro nos sub silētio ꝑtransi-
mus. qualiter alexāder darium vicit ⁊ porū. ⁊
quō cōsuluit arbores solis ⁊ lune. ⁊ cetera ad
miratione digna q̄ ṗceptori suo aristotili ꝑ
epl'aꝫ indicauit. ad ea q̄ circa populū dei ge-
sta sūt festinātes. Itaq3 cū venisset alexāder
ad mōtes caspinos misit ad eū filij captiui
tatis decē tribuū. ex edicto eni tenebant egre-
di nō licere. postulātes ab eo egrediēdi licen-
tiā. Cūq3 q̄sisset causam captiuitatis accepit
eos recessisse aperte a deo isrl'. vitulis aureis
imolādo. ⁊ ꝑ ꝓphetas dei ṗdictū eos a capti
uitate nō redituros. Tūc rn̄dit ꝙ arct⁹ inclu-
deret eos. Cūq3 angusta viarum obstrueret
molib⁹ bituminatis. vidēs laborē humanū
nō sufficere orauit deū isrl' vt opus illud cō-
pleret. ⁊ accesserūt ad se inuicē ꝑrupta mōtiū
⁊ fact⁹ ē locus imeabilis. ex quo liquido ap-
paret nō esse dei volūtatē vt exeāt. egredientur
tn̄ circa finē mūdi magnā hominū stragem
facturi. ⁊ vt ait ioseph⁹ de⁹ qd factur⁹ ē ꝑ fi-
delib⁹ suis. si tm̄ fecit ꝑ īfidelī. Cūq3 redijsset
alexāder ī babilonē sūpto veneno vsū lingue
amisit. ⁊ extremā volūtatē suā sc̄pto expssit.
⁊ noluit monarchiā suā ī aliquē trāsferre. ne
aliqs par ei ī potētia apud posteros legeret
⁊ duodecim quos ab adolescētia socios ha-
buerat regni successores instituit. Hec autē
institutio nō stetit. nā q̄ttuor ex his tm̄ alijs
abiectis regnauerūt. Sicut ī historia danielis
ē cōphēsuz. Mortu⁹ ē aūt cū esset annoꝝ
trigintaduo ⁊ duodecim annis regnauit. et
dicit a q̄busdā ꝙ duodecim alexādrias edifi
cauit. ꝓ numero ānoꝝ q̄b⁹ regnauerat. Ipse
ī amone cōdidit parethomū. ī. virtutis sue in-
diciū. Et regnauit post eū in egypto ptholo-
meus. q̄ cognominat⁹ ē sother q̄ cum regno
suo adiecisset syriaz apposuit vt adderet ⁊
iudeā ⁊ ascēdēs ī ierl'm die sabbati sciens ea
die iudeos arma nō moturos sub simulatio
ne sacrificādi deo nullo cōtradicēte intrauit.
Vn̄ sc̄dm iosephum ouidi⁹ sabatharchides
iudeos ridiculos appellauit. q̄ ꝓ supstua su
perstitiōe graue dāniū sustinuerūt. Ptholo-
me⁹ nāq3 multos d' iudea ⁊ garizi captiuos
trahēs ad egyptū redijt. ⁊ vēditioni exponēs
eos a negociatorib⁹ natiuū distracti sunt ⁊
dispsi. ⁊ ꝑ hāc captiuitatē licet nō fuerit ge-
neralis. diffusi⁹ dispsi sūt ī nationes. Vn̄ in
actib⁹ aplo'ꝝ legit cōuenisse in ierl'm iudeos
ex omni natiōe q̄ sub celo ē. Jaddo pōtifici
successit fili⁹ ei⁹ onias. Cui successit fili⁹ ei⁹ sy
mon iust⁹. Cui successit frater su⁹ eleazar⁹ ꝓ
cōia filio symonis adhuc ꝑuo. Eo tpe ap-
pius claudi⁹ cecus rome claruit. q̄ aq̄s clau-
dius induxit ⁊ viā appiā strauit. theophrat⁹

philosophus claruit. qui a diuinitate loquē-
di ut ait cicero nomē accepit. Cēsu rome agi-
tato inuēta sunt ciuiū ducēta milia septua-
ginta. condite sunt a romanis ariminum
⁊ beneuentum.

De ptholomeo philadelpho.

Post ptholomeū sother regnauit i
egypto philadelphꝰ. hic studiosus
⁊ libroꝝ cupidꝰ. demetriū biblio-
thece sue pfecit. Cūq; quesisset ab eo d nume
ro libroꝝ uiginti milia adesse rñdit. sed pau-
lo post usq; ad qnqginta milia puenire pos-
se. ⁊ nunciatū sibi dixit. apud iudeos esse legē.
ore ipsius dei editam. ⁊ digito eiꝰ scriptam.
Sūmope laborandū esse dicebat ut i grecū
cōuersa eloquiū i archiuis regalibꝰ haberet̄.
Hec eni erat lex. dei. quā philosophi zena di-
cūt. i. uiuentē. zen eni uita sonat. quē uulgꝰ ap
pellat iouē. Et ad ostēdendā legis eiꝰ sancti-
tatē addidit. ꝙ nō nisi a dei uiuētis cultori-
bus trāsferri potuisset. Nā theopompus cū
historijs qs scribebat eā uoluisset interficere
uersus ē i amētiā p dies triginta. Theotectꝰ
quoq; ꝓ causa eadē factꝰ ē cecus. ⁊ peniten-
tes sanati sunt. Et suggessit regi ut scriberet
pōtifici iudeoꝝ. ut iudeos hebree ⁊ grece lin-
gue pitos ad ipsū dirigeret cū lege dei. q ad
eā trāsferēdā sufficerēt. Q d ut ipetraret mu
nera cū eplis mittenda cēsuit. Aderat ibi ari-
steus q lōgo tpe iudeoꝝ calamitati cōpati-
ens. oportunitate liberandi eos inuenta ait.
Quō qd postulas obtinebis. tot iudeis in
regno tuo seruientibꝰ. Solue itaq; eos. ⁊ ni-
hil gratiꝰ erit pontifici iudeorum. nec ob hoc
qd dico me iudeoꝝ affinē estimes. Sed qz
scio tua interesse si factorē omniū deū bono
raueris. Et liberauit rex d iudeis cētū uigin
ti milia. dans dñis eoꝝ ꝓ capite cētū uigin-
ti dragmas argenti. Cunq; dixisset rex hoc
magnū esse dixerit. Magnū qdē ē. sed nō regi
munifico. Tūc scpsit rex eleazaro i hunc mo-
dū. Gentē tuā q sexꝰ nos erat libertate dona
ui. arbitrās hoc esse deo iocūdū. quoꝝ quos-
dā militie assignaui. alios quoꝝ fidē pbaue-
rā cōstitui i palatio. leges ꝟo uras in nra bi-
bliotheca reponere decreui. Bene ergo facies
mittēdo nobis uiros seniores. q ualeāt in-
terptationē eaꝝ caute nobis relinquere. Trās
misi modo argēti cētū talēta ꝓ imolatiōibꝰ
faciendis. ⁊ separaui qnqginta talēta auri ad
crateras ⁊ ligatoria faciēda. ⁊ gemmas sine
numero ad artificū optionē. tu māda nobis
q ex his uolueris fieri. qd gratiꝰ āplectemur
Tūc mittēs ad eū eleazarus qd postulabat
rescripsit ita. ad interptandā legē quā postu
las misi uiros seniores. de unaquaq; tribu
sex. legē ferrētes. tue aūt pietatis erit. uel iusti-
cie ad nos eā caute remittere. Hij sūt septu-
aginta interptes. q licet septuagintaduo fu-
erint more sacre scpture septuaginta dicunt.
q modicū numeꝝ si sup aliquā sūmā super
crescit sepe subticet. Qui cū uenissent ad regē
benigne ab eo collecti sunt. nō tamen ad regē
intromissi usq; in diem quintuz. Immine-
bat enim ea die sollēnitas triūphalis ꝓ triū-
pho quodā quem maiores sui ea die habue-
rant. Ea igitur die suscepit eos quos coram
uniuersitate pncipum decreuerat honorare.
post susceptionē ꝟo duodecim diebꝰ fuerit cū
rege. ⁊ sciscitatus ē ab eis q i corde suo dispo-
suerat. ⁊ pcipue de duobus d cognitione dei
⁊ regni gubernatione. cūq; instruxissent euz
de regni āministratione pleniꝰ disputauerūt
de uno deo colendo. ⁊ ꝙ nulla creatura deꝰ
esset. Inde est ꝙ ubicūq; occurrit eis de tri-
nitate. uel sub silentio transierunt uel enigma
tice transtulerunt. ne tres deos colendos tra
didisse uiderētur. similiter ⁊ de incarnatione
uerbi facientes. ut in ysaia. qui cum dixisset
puerum nobis nasciturū. ⁊ addidisset sex eiꝰ
noia quoꝝ unū ē deꝰ ꝓ illis sex noibꝰ trāstu-
lerūt magni cōsilij angelꝰ. ne uiderent tradi-
disse hoiēz deificatū. Tūc ostēderit regi rotu-
lū quē attulerant. nec sufficiebat admirari rex
cartaꝝ tenuitatē. ⁊ cōpaginationē q oculis
dephēdi nō posset. qōq; lre auree in candore

cartarū adeo legibiles apparerent. Introducti aūt sunt i domū regis secus mare secretā q̄ erat ad negeciorꝫ deliberationē. et date sunt eis celle singule. et quicquid visum ē eis oportunū et cōmodū ad interp̄tandū. Diluculo egrediebant ad optādū regi bona et policronitudinē. tūc lauabāt se ad mare. scd̄m purificationē iudeorum. postea interpretabantur vsqꝫ ad horā nonā. Inde trāsibant ad cibū et requiē et cōsūmauerūt opus septuagintaduobus dieb᷒. Vn̄ quibusdā visum ē. q̄ nō trāstulerint tūc nisi pentateucū. postea deo vel p̄ulso redirēt. vel post aliqui ex eis ad regē redeūtes trāstulerūt psalmos et prophetas. Verūtamen s. miraculose factū est. vt tradit augustinus q̄ vna et eadē sine dissonantia inuēta sit editio min᷒ miraculose fieri potuit vt i tot dieb᷒ interp̄tati sunt legem psalmos et prophetas. Hieronym᷒ tñ videtur velle q̄ interp̄tationes sex dierꝫ i sabbato conferebāt. ex oibus cōflantes vnā. nec mirādū esse hoc asserit cū esdras legē quā p spiritū reparauerat postea cū veteri scriptura q̄ apud samaritanos erat correxit. Opere cōpleto conuocauit demetrius q̄ sup libros erat oēs iudeos q̄ erāt i alexandria et d̄ p̄uincia p̄itiores et lecta ē corā oibus trāslatio illorꝫ et approbata postea data ē ad regē. et corā eo replicata. Cūqꝫ peterēt interpretes a rege dari auctoritatē. vt imobilis pseueraret hoc se facturū laudauit. si deinde ita caste corrigerēt eā vt qd̄ semel iudicatū foret nō cogerēt irritare. et remisit eos munerib᷒ honoratos. eleazaro quoqꝫ transmisit munera. In tēplo deo misit p̄ter vasa mensam aureā. gēmis impciabilib᷒ insignitā. cui᷒ crassitudo cū esset dimidij cubiti. tñ materiā supabat op᷒. Eo tpe sostrat᷒ pharū i alexādria cōstruxit. aratus claruit argenteus numus p̄mus in vrbe figuratus est Romanos cartaginēses nauali p̄lio vicerunt. metello consule fugato.

De euergete.

P Ost philadelphū regnauit frater ei᷒ ptholome᷒ euergetes. q̄ ab egyptijs euergetes dictus est. quod reuectionem sonat. q̄ post vastatā syriam et siliciā et partē asie. inter innumera spolia q̄ cepit etiā deos eorꝫ quos cābises i psas trāsuexerat reuexit. Iudeorꝫ pōtifex onias symonis iusti fili᷒. cui successit symon fili᷒ ei᷒. sub quo iesus fili᷒ syrach librū sapiētie. q̄ ecclesiasticus dicit cōposuit. quē panarethon vocāt. et p̄dicti symōis mētionē i eo facit. Porro onias cū negasset tributa euergeti zelo legis vel poti᷒ ex auaricia vt dicit ioseph᷒ q̄ eū inhonoriū fuisse testat cōpulit regē i irā. et missus ē legat᷒ a iudeis etiā inuito onia ad regē ioseph᷒ vir nobilis thobie fili᷒. et sororis onie. hic habuit filiū hircanū. cui᷒ dū puer esset p̄bauit pater prudētiā. tradēs ei trecēta iuga boum sine loris. q̄ nō solū pacē reformauit sed remissus ē a rege dux iudee. et finitimarꝫ regionum. Eo tpe enim᷒ tarētin᷒ a cathone questore romaꝫ trāslat᷒ ē. parco sūtpu cōtēptus. et vni᷒ ancille ministerio. q̄dragīta ferme milia gallorū a romanis sunt cesa. apud rodum colossus magnus terre motu corruit.

De philopotore.

P Ost euergetē regnauit fili᷒ ei᷒ ptholome᷒ philopator. quē vicit rex syrie antioch᷒ magn᷒. et iudeā sibi subiugauit. Pōtifex iudeorꝫ onias magn᷒ symonis fili᷒. ad quē repandū sed᷒ qd̄ legerat fuisse inter abrahā et maiores suos lacedemoniorꝫ rex arius legatos misit. Porro antiochus tributa septimi anni. et ministrorꝫ tēpli q̄ philadelph᷒ relaxauerat a iudeis reuocauit. q̄ cū finitimas regiōes supra modū ifestaret. delata ē res ad romanos et missi sunt ad eū scipio nasica et scipio affrican᷒. et ab ifestatione sub religione iurisiurādi amouerūt eū. insup tulerūt ab eo obsidem filiū ei᷒ seleucū. quē volēs recipe ab eis tradidit apro filiū minorē natu antiochū epiphanem. ita q̄ esset obses ppetuus. i nō rediturus. p̄pter eiusdē antiochi seuiciā descendit onias in egyptū ad ptholomeū epiphanē. vt ē sup dictū. et occis᷒.

est in ꝑside antiochus in fano nanee. ⁊ mē-
bratim eiectus a sacerdotib⁹. qui in dolo ꝓ-
miserant ei thesauros. ⁊ cum paucis indu-
xerunt in aditum.

De seleuco.

P Ost antiochū magnū regnauit in
syria fili⁹ eius maior seleucus pessi-
mus. sed iners. pōtifex iudeoꝝ oni-
as nā onia trāseūte in egypto fili⁹ ei⁹ simon
sedit ꝓ eo. cui successit fili⁹ ei⁹ onias. sub hoc
misit seleucus nunciū heliodoꝝ in ierlm. ad
spoliandū cōmune erariū tēpli. quo ingresso
in tēplū surrexerūt duo iuuenes ð latibulis.
⁊ occiderūt eū. Videt̄ tn̄ iosephus velle ange
los fuisse in similitudinē hominū. In secun
do machabeoꝝ legitur q̄ apparuit terribilis
sessor equi ⁊ cōculcabāt eū. ⁊ cōfract⁹ ē et cō-
minutus sed nō mortuus. Timensq̄ȝ onias
indignationē seleuci. orauit ad dn̄m ꝓ defū-
cto. ⁊ surrexit. q̄ rediēs ad regē ait. Si habu
erit dn̄s me⁹ aliquos quoꝝ sitiat sanguineȝ
mittat eos in ierlm. vt spolient tēplū. Eo tp̄e
aristobolus natione iude⁹. ꝑipatheticus phi
losophus scripsit cōmentarios explenationuȝ
in moysen tholomeus philometori Audiēs
ḋo antiochus epiphanes q̄ rome obses erat
ꝓ patre. patrē mortuū. sciensq̄ȝ fratris inertiā
ð regno syrie habēdo ꝑsumēs clam romam
egressus ē. licet q̄dā tradāt eū sub cōniuentia
senatoꝝ rediisse. reuersusq̄ȝ in syriaȝ benignuȝ
se oībus ⁊ munificū exposuit. strenuus erat
in agēdis. ⁊ acer i hostes. vnde ⁊ a populo
cognominat⁹ ē epiphanes qð sonat illustris
⁊ mortuo fratre regnauit ꝓ eo. tūc iniq̄tateȝ
sibi insitā aperuit. quā pro regno obtinendo
palliauerat. Tūc surrexerūt i ierlm filij belial.
introducētes ritus gentiū. ⁊ petierūt ab an-
tiocho vt facerēt in ierlm ephebiā. i. lupanar
ephebox. ⁊ q̄ hierolimite scriberent̄ antioce-
ni. ⁊ gimnasia. in q̄bus dogmatizabāt ð ri-
tu gētilitatis. ⁊ fecerūt sibi ꝑputia. i. nō circū-
cidebāt puulos suos. vel q̄ ritu ꝑputiatoꝝ
viuebant. Quidā tn̄ volūt q̄ q̄daȝ velami-
na fecerūt circūcisioni sue. ne in denudatione
grecis apparerēt dissimiles. causa ḋo huius
flagitij hec fuit. Onias sine liberis duos ha
bebat fratres. iesum ⁊ iohannē. q̄ cōtēdebāt
ð pontificatu. ⁊ vt placerēt antiocho declina
uerūt ad ritus gentiū. adeo vt etiā noīa gen-
tiliū sibi imponerēt. ⁊ iesus dictus ē iason io-
hannes ḋo menelaus. Cūq̄ȝ plures essent cū
iasone supplicauit antiocho ð faciēdo gigna-
sio in ierlm. ⁊ audierūt eū viri pessimi. culpa
biles i cibo ⁊ violatione sabbati ⁊ hmōi. post
ea antiochus amouit iasonē. ⁊ eleuauit me-
nelaum q̄ secutus est oniam in antiochiaȝ.
hic eni cū vidisset facinus fratrū descēderat
ad regē. si posset mutare animū regis. qð cū
nequiret. sedebat in antiochia in asilo. ⁊ ve-
niens post eū menelaus suasit andronico vt
occideret oniam q̄ euocās eū ð asilo occidit
eū. ⁊ iratus rex ꝓ morte iusti andronicū ex-
uit purpura. ⁊ flagellatū ꝑ ciuitatē in eodeȝ
loco fecit eū interfici. i quo ille occiderat oni-
am. Porro cū antiochus ꝑcussisset egyptū i
dolo ascēdit in ierlm. ⁊ ꝑ diuisione ciuiū ad
libitū fecit in ea. ⁊ ꝑcussit multos in israel. ⁊
lugebat omnis terra. Cūq̄ȝ redisset i egyptū
⁊ esset repulsus ꝑ nūcios romanoꝝ post bi-
enniū rediit in ierlm in furore. ⁊ aperuerunt ei
portas fauētes sibi ⁊ interemit cōtraria sen-
tientes. ⁊ expoliauit templū menelao ducto-
re. tollēs vasa ⁊ lucernas. mēsaȝ ⁊ sacrariū. et
vrnā aureā. a vellis quoq̄ȝ nō abstinuit. et
posuit i tēplo idolū iouis olimpici. oblatiōes
mosaicas fieri ꝓhibuit. altare ereū amouēs.
⁊ suillā edere. ⁊ idolo immolare coegit iudeos.
arcēq̄ȝ muniuit i ciuitate dauid. in q̄ posuit
ꝑsidiū macedonū. q̄ iudeis i oībus erāt inhu
mani. Nā quoscūq̄ȝ circumcidisse filios suos
reperissent. suspēdebāt ⁊ puulos ad colla eoꝝ.
Videtes aūt samarite iudeos hec pati ð cō-
suetudine nature sue. se nō esse cognatos iu-
deoꝝ fatebant̄. ⁊ q̄ hacten⁹ ꝑdicauerāt tem
plū sup garizim dei esse maximi negauerūt.
scribētes antiocho i hūc modū. Deo epipha
ni relatio a sichimitis sidonioꝝ. maiores nr̄i
ꝓpter pestes quandā supstitionē sabbatoꝝ

secuti sunt. edificātes in garizim tēplum sine nomine. veniuntq3 iudices nostri ad nos. ⁊ similia iudeis nobis inferūt. cū ab initio sydonies esse noscamur. cohibe iudices tuos ab afflictione nr̄a. ⁊ tēplū sup garizim noie greci iouis petimus dedicari. ⁊ adiudicauit antiochus facere petitionem eoꝝ.

De machabeis.

t Unc multi iudeoꝝ sponte. qdā3 timore regis iussa secuti sunt. ꝓbati vo patriis legib⁹ adheserunt. Erat ibi ꝺ modū medico iudee vico sacerdos nomine mathatias fili⁹ iohānis filij simonis. filij asamonei. ꝺ vice ioachim. i. vni⁹ illoꝝ vigintiqtuor quos dauid degit. In eūdē modū dictus ē zacharias ꝺ vice abia. Erātq3 ei filij qnq3. iohānes. symon. iudas. eleazarus. ⁊ ionathan quisq3 suo cognomine censebat Sz sufficit ꝺ iuda dicere. q dicebat machabeus. hij vidētes mala induti ciliciis planxerūt. ⁊ venerūt emissarij directi a rege i modū statuētes idola in loco qbus coegerūt iudeos imolare ⁊ dixerūt matathie. Princeps es in ciuitate hac. ⁊ prior iussa regis imple. q clamauit Et si oēs obediant regi ego ⁊ filij mei ⁊ fratres mei obedim⁹ legi dei celi. nō sacrificabim⁹. Tūc. qdam ex iudeis imolauit i medio. ⁊ surgēs matathias cū suis trucidauit eū sup arā. ⁊ nūcios regis interemit. arāq3 deponēs clamauit. Qui dei est seqtur me. ⁊ cū omni tribu sua exijt i solitudinē oia relinquēs. multiq3 cū filijs ⁊ uxorib⁹ ad solitudines cōfugerūt. malētes herbis vti q̄ inqnari. quos iudices regis ꝑus verbis flectere conabant vt diligerent q̄ ꝓfunt. ne eis tanquā hostib⁹ vterent. Qui noluerunt eos audire. Tūc emissarij regis aggressi sunt eos in diebus sabbatoꝝ. qb⁹ nefas erat eis arma mouere. ⁊ ꝑcusserūt quosdā. alios in speluncis globis fumiferis suffocantes. ⁊ ꝑierūt ex eis mille. plures liberati. adiūcti sūt mathatie. ⁊ eū iudicē sibi statuerūt q docuit eos pugnare i sabbatis dicēs. Si sup hec legē seruabitis eritis hostes legis. dantes causam vt ꝑeat popul⁹ dei ⁊ lex cū populo ꝑibit. Et exinde dicit iosephus ꝑmanet nobis cōsuetudo pugnādi. etiā si tali die bella consurgant. colligēsq3 mathatias armatos aras deposuit idoloꝝ imolantes quos potuit interemit. pueros nō circūcisos iussit circūcidi. et anno vno hūc gessit magistratum. Cūq3 grauiter egrotaret cōuocās filios ait. Ego decretā ꝓficiscor viā. cōmendo vobis patrias leges. vt ꝓ eis grata mente moriamini. Nam corpa mortalia sūt. factoꝝ vo monumēta imortalitatis ordinē cōsequūt. concordiā habete. ⁊ simonē ꝓpter sapiētiā i cōsilijs habete patrem. Iudā vo fortitudinem ducē i armis. ⁊ mortuus ē mathatias. ⁊ sepult⁹ ē in modum. et planxit eū israel plāctu magno. ⁊ surrexit pro eo iudas machabe⁹ filius ei⁹. ⁊ factus est q̄si leo defendens israel clipeo suo.

De preliis iude machabei.

t Unc apolloni⁹ dux samarie i virtute magna egressus ē ꝯtra iudam. Iudas aūt occurrit ei. ⁊ percussit eū multosq3 cū eo. ⁊ reliq fugierunt. Tulitq3 spolia multa. ⁊ gladiū apollonij. ⁊ erat pugnās i eo oib⁹ dieb⁹ vite sue. Seron autē dux inferioris syrie audiēs iuda3 roboratū tulit sub se ꝯstitutos. ⁊ iudeos trāsgressores. ⁊ castra metat⁹ ē i bethsura. ⁊ occurrit ei iudas. ⁊ vidēs suos ꝓpter paucitatē. ⁊ ieiuniū desides hortabat eos nō. i multitudine sed i pietate cōfidere. ⁊ cōfligēs cū syris duce eoꝝ interfecto. ꝑsequebat fugiētes i descēsu bethorō vsq3 in campū. ⁊ ceciderūt ex eis octingenti viri. Joseph⁹ dicit octo milia. Reliq fugerūt ad maritima loca philistijm. ⁊ cecidit timor iude sup gētes. Audiēs hec antioch⁹ congregauit omnē ꝓpriā virtutē. ⁊ multos ab insulis mercede cōduxit. Cūq3 militib⁹ stipendia distribueret vidit thesauros deficere. Nō eni oia tributa ei reddebantur ꝓpter seditiones

gentiū. ⁊ deliberauit ire in ꝑsidem. ⁊ accipe tributa regionū. ⁊ reliquit lisiam de genere regali sup negocia regni. ab eufrate vsqȝ ad fines asie inferioris. ⁊ vt nutriret antiochum filiū eius. donec rediret ⁊ tradidit ei medietatem exercitus. ⁊ elephantos ꝓcipiens, vt vastaret iudeā. ⁊ euerteret ierusalē. ⁊ genus iudeoꝝ extirparet. Ipse vero abijt in persidem. egressus ab emath quā antiochiā nominauerat. ⁊ pambulauit supiores regiones. Lisias vero elegit ptholomeū nichanorem. ⁊ gorgiam viros potentes ex amicis regis. ⁊ misit cū eis quadraginta milia peditū. ⁊ septē milia equitū vt venirent in terrā iuda. ⁊ applicuerūt in emaus in loco campestri. ⁊ superuenerūt syri eis ad auxiliū. et multi trāsfuge iudeoꝝ. ⁊ negociatores qdam sperātes iudeoꝝ emere captiuos. Judas vero cū exercitu venit in masphat ⁊ hortabat suos spem ponere in deū. dimittens scdm legē nouiter vxoratos. ⁊ q possessiones paulo ante acqsierāt. Et assumpsit gorgias qnqȝ milia viroꝝ. et mille equites electos. ⁊ egressi sunt circa solis occasum vt p noctem irruerent sup iudam. Quod ꝓsentiēs iudas statuit ⁊ ipse castra hostiū latenter inuadere. ⁊ focos plurimos i castris derelinquens peruenit ad campestria emaus. Gorgias vero neminē in castris iudeoꝝ inueniēs arbitrās eos fugisse ad montes querebāt eos in montib⁹ diluculo apparuit hostibus in castris iudas cū trib⁹ milibus. plus vel minus. vtrūqȝ ꝓpter paucitatē. Cūqȝ in opinatos hostes inuaderet multos occidit. reliquos persecutus ē vsqȝ gesseron ⁊ campos idumee ⁊ azoti. ⁊ ceciderunt ex eis tria milia. Judas vero dicebat suis ꝑdam cōtemnere. dū adhuc pugna cōtra gorgiā superesset. Uidentes aūt q cū gorgia erāt castra suoꝝ incensa. nā fum⁹ a longe hoc eis indicabat. scientesqȝ suos in fugam versos ⁊ ipsi terga dederūt. Judas vero post plenitudinem victorie tulit hostium spolia multa. ad ꝓpria remeans. ⁊ laudans deum. Et adheserunt plures iude. ⁊ fuerūt cum eo circiter decem milia viroꝝ. Sequenti vero anno congregauit lisias exercitum quadraginta milia viroꝝ. ⁊ quinqȝ milia equitum ⁊ venerunt in iudeaȝ. ⁊ occurrit illis iudas in bethoron cū decem milibus. ⁊ ꝓcursores statim prosternens congressus est cum eis. ⁊ ceciderunt de exercitu lisie quinqȝ milia viroꝝ. ⁊ timens suorum desperationem. nisi eis viuere cū libertate licuisset ⁊ rediit antiochiā. ꝑsidia cōgregans pegrinoꝝ. vt cum maiori apparatu rediret in iudeam.

De purificatione templi.

Otiens igitur victis antiochi ducibus ꝑsuasit iudas populo vt ascēderent hierosolimā. templūqȝ mundarent. ⁊ inuenientes templū desertū. ⁊ i eo frutices pullulasse planxerūt planctu magno ⁊ elegit iudas milites. q expugnarent eos. q arcem ꝑsidij custodiebant. dū ipse templū a feditate purgaret. Quod diligenter emendans introduxit vasa noua. candelabrū ⁊ mensaȝ arā quoqȝ ex auro factā. ⁊ posuit vela in ingressu. ⁊ ianuas restaurauit. ⁊ deponēs altare qd statuerat antioch⁹ de lapidibus nouis aliud edificauit. ⁊ enceniatū ē tēplū vicesima quinta die decēbris q dedicatio stetit in posteꝝ. alijs duab⁹ habitis in desuetudinem. De hac dictū ē in euāgelio. Facta sunt encenia i hierosolymis. ⁊ hiems erat. ⁊ obtulerūt holocausta i nouo altari. ⁊ adoleuerūt incēsum de calculo igne cōcepto. ⁊ accēderūt luminaria multa. ⁊ dixerūt festū luminū. vel propter multitudinē luminariū. vel qr tūc illuminauerat eos de⁹. sedētes in tenebris. et statuerūt iudā summū sacerdotē. facta sūt aūt hec post tres annos qbus tēplū manserat ꝓphanatū. scdm danielis ꝓfationē. quā an̄ qdringentos ⁊ octo annos ꝓdixerat. ⁊ sollenizauerūt octo dieb⁹ sub vmbraculis scdm ritum scenophegie memores. quod paulo ante in speluncis habitauerant statuentes. vt posteri p octo dies hanc renouationem templi celebrarent.

Unde iosephus ait. Ab illo tpe ⁊ hactenus
hanc festiuitatem celebramus. vocantes eā
lumina. eo q ꝑter spem lumen nobis religio
nis apparuit. Tūc cōstruxit iudas murū in
circuitu ciuitatis. ⁊ edificauit turres. custo
des in eis deputans. Sed ⁊ bethsurā mu
niuit. vt ea ꝑ castello aduersus hostes vte
ret. arcem tñ ꝑsidij nō dum obtinuit.

De prelijs iude.

p Orro gentes finit me reparationem
ierusalē et robur iudeoꝝ egre fere
bant. ⁊ ꝑsequebātur eos ques iu
das viriliter debellabat. ⁊ ꝑcussit idumeos
plaga magna. ⁊ pugnauit cōtra timotheuꝫ
ducem filioꝝ amon. ⁊ fugauit eum. ⁊ vasta
uit iazer et redijt in iudeam. et cōgregate sūt
gentes q̄ erāt in galaad aduersus iudeos q̄
erant in finibus eoꝝ. Qui fugiētes in the
mā. miserūt ad iudam vt ferret eis auxiliuꝫ.
nūciantes q festinaret timotheus capere lo
cum in quē cōfugerant. Cūqꝫ adhuc legerent
epistole. superuenerūt nuncij a galilea indicā
tes congregari eos q̄ erant in ptolomaide. ⁊
tyro. et sidone aduersus iudeos. Ergo vtrobiqꝫ
hostibus nūciatis misit iudas simoneꝫ fra
trem suū. cū tribus milibus dectoꝝ in sola
tiuꝫ galileoꝝ. Ipse vo cū ionatha fratre suo
⁊ octo milibus in galatidē. relinquens in iu
dea iosephū. ⁊ azariā duces. vt seruarent iu
deam. Sed cū nullo hostiū interim bellū cō
mitterent. ⁊ venit simon in galileam. ⁊ cōtri
te sunt gentes ab eo ⁊ ꝑsecutus est eos vsqꝫ
ptholomaidē. et tulit spolia eorum. et iudeos
quos trahebant captiuos. et redijt in iudeā.
Iudas vo et ionathas transeūtes iordaneꝫ.
ambulauerūt viam triū dieꝝ ꝑ desertum. ⁊
occurrerūt eis nabuthei. et susceperūt eos pa
cifice. ⁊ narrauerūt eis q̄ acciderant fratrib᷒
eoꝝ i galaathitide. et quō i munitione tenē
tē cōphensi. Iudas vo ꝑus incendit bosor
⁊ spoliauit. ⁊ surgēs nocte cum diluculo ve
nisset ad obsidionē vidit portantes scalas. et
machinas. vt cōphenderēt munitionem. ⁊
venit post eos tribus ordinib᷒. ⁊ insonuit tu
ba. et castra timothei cognouerūt q̄ macha
beus est. ⁊ fugerūt ab eo. et ceciderunt ex eis
fere octo milia. et vastauit iudas ciuitates
gentiū in galaathitide. Post hec cōgregauit
timothe᷒ exercitū aliū. ⁊ sedit secus torrentē.
iudas vo abijt obuiam illis. et ait timothe᷒
ꝑncipibus suis. Si transierit iudas ad nos
potens poterit aduersum nos. Si vo timue
rit transire. et castra posuerit extra flumen.
transeamus ad eum. et poterim᷒ aduersus
illum. et transiuit iudas torrentē. relinquens
post se qui clamarent neminem remanere. ⁊
cōterrite gentes fugerunt ad fanū qđ erat in
carnaim. Iudas vo succendit fanum cum
omnib᷒ qui erant in eo. Tunc cōgregauit iu
das vniuersos israhelitas qui erant in gala
thide. et vxores. ⁊ paruulos. vt venirent in ter
ram iude. Cūqꝫ venissent in ephron petierūt
a ciuibus transitū. ⁊ noluerunt eis apire. Et
eradicauit iudas ephron. et transijt ꝑ eā su
per interfectos. et erat iudas cōgregās extre
mos ꝑ totam viam. ⁊ exhortans. ⁊ trāsmis
so iordane ascenderūt in montē syon. ⁊ obtu
lerūt holocausta q nemo ex eis cecidisset. et
redierūt in eadē die iudes de galaathitide. et
simon de galilea. Interim vo dū aberant io
sephus et azarias volentes sibi facere nomen
congressi sunt cū gorgia. et fugerunt. ⁊ ceciderunt
runt de populo duo milia. ⁊ magnificatus ē
iudas in israel. qui quasi ꝓpheta habebatur.
quia ꝑdixerat ioseph ⁊ azarie ne egrederent.
⁊ vastauit iudas idumeos. ⁊ philistiim. et ꝑ
transiens samariā declinauit in azotū. et cō
bussit aras ⁊ deos eoꝝ. et cum spolijs redijt
in iudeam.

De morte antio.

c Um hec fierent in iudea ꝑambu
labat antiochus supiores regiōes
et audiuit esse ciuitatē elimaidē in
ꝑsida opulentam. et templū in ea locuplex. in
quo erant velamina aurea. et lorice. et scuta
q̄ reliquerat alexander. et querebat ꝑdari eā.

sed nõ potuit. Nã. cũ in alte fugauerũt eũ ignominiose. ⁊ nũciatũ ẽ ei ĩ via quõ fracti erãt principes eius in iudea. ⁊ pulsus in furorem iussit agitari currũ sine intermissione. superbe intonãs venturũ se ierosolimã. ⁊ faceret eã poliandrũ iudeorũ. ⁊ statim apprehendit eũ amarus dolor viscerũ. ⁊ contigit illũ impetu euntẽ de curru cadere. ⁊ collisus ẽ. ⁊ manifestauit deus in eo virtutẽ suã. vt q̃ sibi videbatur etiam fluctib' maris imperare. ⁊ montiũ altitudines in statera appendere in gestatorio portaretur. ⁊ ebullierunt vermes de carnibus eius ⁊ viuentes effluebant. ⁊ fetore illius grauabatur exercitus. Cũq; nec ipse fetorem suũ ferre posset. ductus est ad agnitionẽ sui venire. ⁊ ait. Iustũ est mortalẽ esse subditũ deo ⁊ vouebat se liberaturũ iudeos. ⁊ pares atheniensibus facturũ. pollicebatur quoq; se futurũ iudeũ. ⁊ in omni loco predicaturũ dei potestatẽ. ⁊ desperãs scripsit omnia hec ad iudeos. orans vt fideliter adhererent. antiocho filio eius. Cũq; pfiteretur se pati hec propter templi violationẽ miratus est iosephus polibiũ bonũ virũ dixisse. ideo periisse antiochũ q2 voluit templum diane in pside deuastare. Nam q̃ nullatenus egit peccatũ. sed tñ cogitauit nullo reatu tenet. Hinc patet scdm opinionẽ iosephi. quia lex cohibebat manũ. ⁊ nõ animũ. Tunc vocauit antioch' philippũ collactaneũ suũ. ⁊ cõstituit eũ tutorem regni. dans ei diadema. stolã ⁊ anulũ. vt ferret ea ad antiochũ filiũ suũ. ⁊ poneret eũ sup soliũ regni ⁊ mortuus est antiochus pegre in montibus. ⁊ miserabiliter. Quod cũ accepisset lisias cõstituit antiochũ quẽ nutrierat regem. ⁊ vocauit eũ eupatorem.

De ingressu antiochi eupatoris in iudeam.

Tunc cogitauit iudas vt obsideret eos qui erant in arce presidij ⁊ fecit balistas. ⁊ machinas. ⁊ cõportauit aggerem. Tũc egressi sunt q̃dam de obsessis. ⁊ adiunxerũt se illis aliqui ex impijs israel. ⁊ venerũt ad regẽ ⁊ dixerũt. Quousq; nõ vindicas nos q̃ decreuimus seruire patri tuo. ⁊ tibi. Accede. ⁊ libera obsessos tuos. ⁊ redde nobis hereditates nr̃as. et iratus rex vehementer collegit exercitũ. Sed et de regnis alijs venerunt ad eũ cõducticij. et erunt centũ milia peditũ. et viginti milia equitũ. et elephanti triginta duo. et applicuit ad bethsuram vt expugnaret eã. et recessit iudas ab arce. ⁊ admouit castra cõtra castra regis. ⁊ ordinauit rex diluculo exercitũ. et ostẽderunt elephãtis sanguinẽ vue et mori ad acuendũ eos in prelium. et astiterunt singulis elephãtis ad custodiã mille pedites loricati. et equites quingẽtos. et turres lignee erãt sup singulos ⁊ in turre triginta duo viri pugnãtes desup. ⁊ intus magister bestie. et distẽta ẽ pars exercit' regis sup montes. Alij p loca ibant humilia. ⁊ resplẽduit sol in clipeos aureos. ⁊ resplenduerunt mõtes ab eis. et apparuit iudas in prelio cũ suis. et ceciderũt de exercitu regis sexcenti viri. et vidit eleazarus frater iude vnaz de bestijs ceteris eminentiorẽ. et arbitrans regem esse in ea cucurrit p hostes. et subijt elephantũ. et effodit eũ in vmbilico. et cadens elephas oppressit illũ. Tunc diuerterũt iudei a prelio. et ascẽdit rex post eos. et capta bethsura positisq; in ea custodib' obsedit ierlm. et statuit illic balistas ⁊ machinas. ⁊ ignis iacula. et scorpios ad mittẽdas sagittas. et fundibula. esce aũt erãt nõ ĩ vrbe eo q septimus ann' esset. ⁊ egressi sunt plures. Tũc audiuit lisias q philippus redierat a pside. et querebat suscipe regni negocia. et suggessit regi dicens. Deficim' quottidie. et esca nobis modica ẽ. ⁊ munitus ẽ locus quẽ obsidemus. et incũbit nobis ordinare de regno. Demus ergo dextras hoībus istis. statuẽtes vt ambulẽt in legibus suis. ⁊ seruiẽt nobis. ⁊ facta pace iurauit rex et principes ei'. et intrauit mõtẽ

ſyon. ⁊ vidēs munitionē loci rupit iuſiurādū ⁊ deſtruxit muruꝫ in giro. ⁊ reuerſus antiochiam inuenit philippū dominantē in ea. ⁊ vi occupauit ciuitatem.

De demetrio et nichganore.

e O rex exiit demetrius ſeleuci fili⁹ ab vrbe roma. ⁊ aſcēdit i ciuitates maritimas ⁊ regnauit ibi. Hunc dū adhuc puer eſſet patru⁹ ei⁹ antioch⁹ epiphanes ꝓuauerat regno. ⁊ deſcēdit romā in accuſationē patrui. Audiēs vo patruū defūctū rediit. ⁊ plures recepūt eū. Sꝫ ⁊ exercit⁹ ligauit antiochū. ⁊ liſiā vt traherēt eos ad eū Q̄ ō cū accepiſſet ait. Nolite mihi oſtēdere faciē eoꝝ. Et occidit eos exercit⁹. Et ſedit demetri⁹ ſup ſoliū pr̄is ſui. Tūc venerūt ad regē impij ex iſrl̄. ⁊ alchim⁹ aaronita dux eoꝝ q̄ volebat fieri ſacerdos. ⁊ accuſauerūt iudam dicētes. Perdidit iudas oēs amicos tuos. ⁊ nos diſꝑdidit ō terra nr̄a. Mitte ergo virum cui credis q̄ videat exterminiū. ⁊ vindicet. ⁊ cōſtituit rex alchimū ꝑncipē ſacerdotū. ⁊ miſit cū exercitu bachidē i iudea Qui miſit nūcios ad iudā ⁊ fratres ei⁹ i dolo loquētes de pace. ⁊ nō attēdit iudas ſermonib⁹ eoꝝ. Multi vo ō populo crediderūt eis dicētes. homo ſacerdos ō ſemine aaron venit. non decipiet nos. Et egreſſi ſūt ad bachidem. ⁊ occidit ex eis ſexaginta viros vna die. ſcd̄m illud ſanguinē ſcōꝝ tuoꝝ effuderūt i circūitu ierl̄m. et nō erat q̄ ſepeliret. Alij fugerūt ab eo dicentes. Nō ē ei veritas ⁊ iudiciū. Tūc receſſit bachides a ierl̄m. ⁊ applicuit i bethzecha. ⁊ multos ex eis q̄ a ſe refugerāt occidit. ⁊ ꝓiecit in puteū. ⁊ cōmiſit regionē alchimo. relinquēs eis adiutores. ⁊ ipſe reuerſus ē ad regē i antiochiā. Tūc alchim⁹ ſeducebat oēs vbis. et ad libitū cuiq; loquens ſubito manu valida trāſfugaꝝ circūſept⁹ ē. ⁊ fecit mala in iſrael. plus q̄ gētes. Q̄ ō attēdēs iudas ceſſauit exire i regiōes ⁊ fecit vindictā i viros deſertores. Vidēs aūt alchim⁹ q̄ nō poſſet iudam ſuſtinere rediit ad regē. accuſans iudā i multis. ⁊ miſit rex nichanorē q̄ cū eo fuerat rome i iudeā. mandās ei euertere populū. ⁊ venit nichanor i ierl̄m cū exercitu. ⁊ locut⁹ ē ad iudā cū dolo vbis pacificis. ⁊ ſalutauerūt ſe inuicē. Sꝫ cū iudas intellexiſſet inſidias exiliit ⁊ refugit ad ſuos. poſtea cōgreſſi ſunt iuxta vicū capharſalama. ⁊ vict⁹ iudas fugit in ciuitatē dauid. Et egreſſi ſūt ſacerdotes ad nichanorē ſupplicātes. ⁊ oſtēdētes holocauſta q̄ offerebāt ꝓ rege. ⁊ irridēs ſpreuit eos. ⁊ apponēs manū capiti iurauit. Niſi tradit⁹ fuerit mihi iudas cū rediero ſuccēdā locū iſtū. Et receſſit nichanor a ierl̄m. ⁊ venit i bethoron. ⁊ ſuſcepit exercitū ſyrie ſibi deſtinatum. Et exiuit iudas cū trib⁹ milib⁹ poſt eū. ⁊ cōmiſerūt ꝓliū tertia die mēſis adar. ⁊ ꝯtrita ſūt caſtra nichanoris. ⁊ cecidit ipſe ꝑmus. ⁊ fugit exercit⁹ ei⁹ armis ꝓiectis. et egreſſi de caſtellis iudee i circūitu ꝑcuſſerūt eos vſq; ad vnū. ⁊ caput nichanoris amputātes. ⁊ dexterā quā ſupbe extēderat. ſuſpēderūt ea ō ierl̄m. ⁊ linguā ei⁹ minutatim inciſam dederūt auibus ad comedēdū. ⁊ ſtatuerunt diem illam ſollēnem omnibus annis. ⁊ ſiluit terra iuda a ꝓelijs dies paucos.

De federe iudeorū cum romanis.

t Unc audiuit iudas nomē romanoꝝ. ⁊ vtutes eoꝝ q̄s fecerāt i orbe ⁊ quos volebāt vel ꝑuabāt regno. vel exaltabāt. ⁊ q̄ cū amicis optime cōſeruabāt amicitias. ⁊ i oib⁹ iſtis nemo poſtulabāt ſibi diadema. ſed fecerāt ſibi curiā. ⁊ trecēti viginti cōſiliū agētes. ⁊ miſit romā eupolemū filiū iohānis. ⁊ iaſonē filiū eleazari Qui intrātes curiā dixerūt. Iudas machabeus ⁊ frēs ei⁹. ⁊ popul⁹ iudeoꝝ miſerūt nos ad vos ſtatuere vobiſcū ſocietateꝫ. ⁊ vt auferatis ab eis iugū grecoꝝ. Placuitq; ſermo romanis ⁊ reſcripſerūt federis formā ⁊ reſcriptū in tabulis

rudis miserūt in ierlm. vt esset ibi memoria-
le. i hūc modū. Bn̄ sit romanis. ⁊ gēti iudeo
rū. i mari et i terra. et pax i eternū. Q̄ ƀ si in-
stiterit bellū romanis auxiliū feret gēs iude-
orū. nō accipiēs stipēdia a romanis. Idipsū
faciēt romani iudeis. Tūc scripserunt romani
ad demetriū. Quare grauasti iugū tuū su-
per amicos n̄ros ⁊ socios iudeos. Si ergo
iterū adierint nos aduersū te faciemus illis
iudiciū. ⁊ pugnabimus tecū. mari terraqꝫ.

De morte iude.

Interea cū audisset demetrius q̄ cecidit ni-
chanor cū suis misit rursum i iudeā bachidē
⁊ alchimū. ⁊ dextrū cornu cū illis. et applicu-
erūt exercitū ad ierlm. ⁊ surgētes abierūt in
berea. et iudas posuit castra i laisa cū tribus
milibꝰ electoꝝ. Qui vidētes multitudinem
hostiū timuerūt valde. et subtraxerūt se ƀ ca
stris. nec remāserūt i iuda nisi octingēti viri.
Sꝫ ⁊ iudas corde dissolutꝰ ē. Nā bellū pur
gebat eū. nec habebat tēpꝰ cōgregādi. et locu
ti sūt ad eū q̄ residui erāt. non poterimus ad
eos. sed liberemꝰ aīas n̄ras modo. ⁊ reuerta
mur ad frēs n̄ros. et tūc pugnabimꝰ aduer-
sus eos. Qui r̄ndit. Absit rē istā facere. vt fu
giamꝰ ab his. ⁊ supinducamꝰ opprobrium
glorie n̄re. sed moriamur in ꝟtute ꝓpter frēs
n̄ros. ⁊ cōgressi sūt cū hostibus. et expugna-
bāt cornu dextrū. Qui aūt in sinistro cornu
erāt venerūt eis a tergo. et ingrauatū ē p̄liū. ⁊
cecidit iudas. ⁊ ceteri fugierūt. Simon aūt et
ionathas frēs eiꝰ redimētes corpꝰ ab hosti-
bus tulerūt illud i modim. ⁊ sepelierūt i sepul-
chro patrū suoꝝ. ⁊ planxit eum populus terre
planctu magno. Et emerserūt iniq̄ in isrl̄. et
facta ē fames magna ⁊ tradidit se bachidi
oīs regio. ⁊ elegit bachides impios viros. et
cōstituit eos dn̄os regionis q̄ psequebantur
amicos iude. Et cōgregati sūt amici iude. di
gentes ionatham in ducem sibi.

De ionatha.

e Et surrexit ionathas loco iude fra-
tris sui. et q̄rebat bachides eū oc-
cidere. Tūc ionathas cū suis fugit
i desertū thecue. ⁊ misit fratrē suū iohannē
ad nabutheos amicos suos. vt cōmēdarēt ei
apparatū suū q̄ erat ꝑcosus. ⁊ exeuntes filij
iambri ꝑcusserūt iohānē. et tulerūt oīa q̄ habe-
bat. Post hec nūciatū est ionathe et simoni
fratri eiꝰ. q̄ filij iābri facerēt nuptias. et duce
rēt spōsā ex madaba. Et surrexerūt ad eos de
insidijs et ꝑcusserūt multos i vindictā sangui
nis frīs sui. Et redierūt ad ripā iordanis. Et
audiuit bachides et venit die sabbatoꝝ i ꝟ-
tute magna. et dixit ionathas ad suos. Ecce
bellū ex aduerso. Aqua ꝟo iordanis hic et in-
de. et paludes et saltꝰ. et nō ē locꝰ diuertendi.
Clamate ergo i celū. et pugnemꝰ et cōmissū ē
bellū. et ceciderūt ex ꝑte bachidis mille viri. et
versus ē bachides i fugā. et reuersus ē i ierlm
et edificauit i iudea ciuitates munitas. ⁊ po
suit custodiā i eis. ⁊ accepit filios ꝑncipū re
gionis obsides. ⁊ posuit eos in arce i ierlm i
custodia. Tūc ꝑcepit alchimus destrui mu-
ros domꝰ sancte interioris. et destrui opera
ꝓphetaꝝ. Cūqꝫ cepisset destruere ꝑcussus ē
paralisi. et mortuꝰ ē cū tormēto magno. Tūc
redijt bachides ad regem. ⁊ siluit terra iuda
duobꝰ ānis. Post quos viri iniq̄ i isrl̄ redu-
xerūt bachidē i iudea. Qui voluit cōpꝛhen
dere ionathā occulte. sed nō potuit. Nā ino-
tuit cōsiliū eiꝰ ionathe. Qui cōpꝛhēdēs qu-
īq̄ginta viros ƀ his q̄ insidiabant̄ ei occidit
eos. et secessit ionathas cū suis i bethbessi q̄ ē
i deserto. et firmauit eā. et ascēdit bachides
in ꝟtute magna. et obsedit bethbessē. et egres-
sus ionathas reliq̄t simonē i ciuitate. ⁊ fecit
sibi ionathas numeꝝ. ⁊ ꝑcutiebat ꝑ noctem
multos hostiū i tabernaculis eoꝝ. Simon
ꝟo egressus ƀ ciuitate succēdit machinas. ⁊
pugnauerūt cōtra bachidē ⁊ contritꝰ ē ab eis.
Et iratꝰ ē bachides cōtra viros q̄ reduxerāt
eū i iudeā. et multos ex eis occidit. Q̄ƀ au-
diēs ionathas misit ad eū legatos cōponere
pacē cū ipso. q̄ libēter accepit ⁊ iurauit se ni-
hil mali facturū ionathe oībꝰ diebꝰ vite sue. ⁊

reddidit ei captiuitatē quā ꝑus erat ꝑdatus i terra iuda. ⁊ redijt i terrā suā. ⁊ cessauit gladius ex isrl. Et sedit ionathas in magma iudicans ibi populū. ⁊ extermināns ipsos ex isrl

De alexandro.

e O tpe ascēdit alexāder fili' antiochi epiphanes. ⁊ occupauit ptholomaidā. ⁊ regnauit i ea. Qd ō audiens demetri' cōgregauit exercitū. ⁊ misit ad ionathā vt secū faceret pacē. ⁊ nō cū alexandro. Insup dedit ei potestatē cōgregādi exercitū. ⁊ obsides q erāt i arce. iussit ei reddi. ⁊ venit ionathas i ierlm. ⁊ cepit innouare ciuitatē ⁊ muniuit mōtē syon i circūitu. ⁊ fugierūt custodes quos posuerat bachides in iudea. tñ i bethsura aliq remāserūt. q erat eis ad refugiū. ⁊ audiuit alexāder ꝓmissa q fecerat demetrius ionathe. ⁊ ꝓlia ⁊ ꝟtutes quas ipse fecerat. ⁊ frēs ei'. ⁊ scripsit ad ionathan dicēs. Audiuim' ō te ꝙ vir potēs es. ⁊ apt' vt sis amicus noster. ⁊ nūc cōstituim' te hodie sūmū sacerdotē gētis tue. ⁊ vt amicus regis vocaris. ⁊ misit ei purpurā ⁊ coronā aureā ⁊ induit se ionathas stola sancta i die sollenni scenophegie. ⁊ cōgregauit exercitū. ⁊ fecit arma copiosa. Qd ō audiēs rex demetri' contristatus ē. ⁊ remisit ad ionathā in hec verba. Manete i amicitia nra ⁊ nūc absoluo oēs iudeos a tributis. ⁊ potestatē arcis q ē i ierlm de sūmo sacerdoti. ⁊ oēꝫ aīaꝫ iudeoꝝ q est in regno meo captiua relinquo liberā gratis. et ꝙ oēs dies sollēnes sint dieu imunitatis. ⁊ remissiōis. ⁊ dies decreti circa illos. i. tres ante sollēnitatē ⁊ tres post ptholomaidē ⁊ duas ciuitates cōfines eius do sūmo sacerdoti ad necessarios sūptus scōꝝ. ⁊ singulis annis qndecim milia sicloꝝ argēti ad instauranda opa scōꝝ. ⁊ ad innouādos muros i ierlm. ⁊ i iudea sūptus dabunt ō rōnib' regis. Ionathas aūt ⁊ populus nō crediderūt. ⁊ cōplacuit eis i alexādrū. ⁊ ferebāt ei auxiliū oībus diebus. Tūc cōgregauit rex alexāder exercitū ⁊ mouit castra cōtra demetriū. ⁊ fugit exercitus demetrij. ⁊ cecidit demetrius i illa die. Tūc misit alexāder ad ptholomeū regē egipti. dicēs. Da mihi filiā tuā vxorē. Et acqeuit ptholomeus significās vt occurreret ei ptholomaide. ⁊ exiuit ptholomeus ō egypto. ⁊ filia eius cleopatra. ⁊ occurrēti sibi alexandro i ptholomaide dedit eā vxorē. Tūc alexāder vocauit ad se ionathan. ⁊ veniens ionathas ptholomaidē inuenit grāꝫ i cōspectu duorū regū. Et venerūt qdā pestilētes ex isrl post eū. ⁊ accusabāt eū sed nō attēdit ad eos rex. sed magnificauit ionathan ⁊ induit eū purpura. ⁊ scripsit eū inter ꝑmos amicos. Sūt aūt qttuor insignia regalia. purpura. fibula aurea. diadema. ⁊ sceptrū. ⁊ reuersus est ionathas in ierusalem cum gloria.

De demet. cretēsi

p Ost tres annos venit demetri' filius demetrij a creta. hic occiso pře fugit ad cretēses parētes maternos. ⁊ resūptis virib' redijt i maritimā philisteorū ⁊ i syriā celes. ⁊ cōstituit appolloniū ducē exercitus. q ꝓuocauit ionathā i ꝓliū. q assumptis decē milibus. egressus ē ō ierlm. et veniēs iopem expulit inde appolloniū. ⁊ obtinuit eā. ⁊ ibat appollonius i azotū. ⁊ insecutus ē eū ionathas. ⁊ cōmiserūt ꝓliū in cāpo ⁊ fugierūt eqtes appollonij i azotū ⁊ intrauerūt fanū dagon vt se tuerent. ⁊ succēdit ionathas ciuitatē. ⁊ fanū. ⁊ eos q erant in eo. Et fuerūt ō occisis i cāpo. ⁊ succēsis in fano fere octo milia. ⁊ trāsiuit ionathas i ascalonem. ⁊ receperunt eū ascalonite i gloria. ⁊ redijt ionathas i ierlm. ⁊ audiuit alexāder ꝟtutē ei'. et addidit adhuc glorificare ionathā. ⁊ misit ei fibulā aureā. q solet dari cognatis regū. ⁊ dedit ei acharon. ⁊ oēs fines ei'. ⁊ cū vteret ionathas duobus insignibus regijs. forte signū erat ō renouatiōe regni iudeoꝝ. Et ascēdit alexāder i supiores ptes cilicie. ⁊ egressus ē rex egypti socer eius i ꝟtute magna. ⁊ qrebat obtinere regnū alexādri dolo. ⁊ apiebātur ei ciuitates. ⁊ occurrebāt ei. Sic eni mā

dauerat alexander. et transiens in singulis ciuitatib' relinquebat custodias. et vt appropinquauit azoto ostenderunt ei templum dagon succensum. et cetera demolita. et tumulos eorum qui cesi fuerant et dicebant sic fecit ionathas. vt inuidiam facerent ei. et tacuit rex. Et occurrit ptholomeo ionathas in ioppem. et salutauerunt se. Et abiit ionathas cum rege vsque ad fluuium eleutherum. et rediit in ierusalem. Cumque ptholome' obtinuisset ciuitates vsque seleuciam maritimam misit ad demetrium dicens. Ueni componam' pactum. et dabo tibi filiam meam. penitet enim me quod dederim eam alexandro. et tollens filiam suam dedit eam demetrio. et recessit ab alexandro manifeste. et intro iuit ptholome' antiochiam. et imposuit sibi diademata egypti. et asie. Tunc alexander venit contra eum in bellum. et victus est a ptholomeo. et fugit in arabiam ad parentes maternos cum antiocho filio suo. Rex autem arabum timens virtutem ptholomei occidit alexandrum. et reseruauit filium et misit caput alexandri ptholomeo. Qui gauisus est. sed factum est. vt tertia die moreretur et regnauit demetri' in solio patrum suorum.

De antiocho adolescente.

In diebus illis. expugnabat ionathas arcem que erat in ierusalem et nunciauerunt hec demetrio quidam inimici ex israel. Qui iratus venit ptholomaidem. et scripsit ionathe ne obsideret arcem. sed occurreret sibi festinato. et elegit ionathas de senioribus israel. et dedit se periculo. et accepit pecuniam multam et vestes. et abiit ad regem et dans ei munera inuenit gratiam in conspectu ei'. et licet multi accusarent eum magnificauit eum rex in conspectu omnium. et statuit ei principatum sacerdotii et quecumque habuerat prius. Et vidit demetrius quod siluit terra in conspectu suo dimisit exercitum in loca sua. et retinuit secum exercitum peregrinum. et inimici ei' erant omnis exercitus patrum eius Trifon erat quidam partium alexandri prius. et videns quod omnis exercitus minabat contra demetrium iuit in arabiam. vt reduceret in antiochum filium alexandri in terram patris sui. Eo tempore demetrius erat offensus suis misit ad eum ionathas. vt eiceret eos qui erant in arce in ierusalem. et qui in presidiis erant quia impugnabant israel. et rescripsit demetrius dicens. Hec et maiora faciam tibi cum fuerit oportunum. Nunc ergo recte feceris si miseris mihi viros in auxilium. quia discessit exercitus me' a me. et misit ei ionathas tria milia electorum in antiochiam. et delectatus est rex in aduentu eorum. et surrexerunt antiocheni centum viginti milia et volebant interficere regem. et fugit rex in aulam. et misit iudeos per ciuitatem. et occiderunt centum milia hominum. et liberauerunt regem. Residui de ciuium dederunt dextras regi. et fecerunt pacem. et glorificati sunt iudei et redierunt in ierusalem et siluit terra in conspectu demetrii et mentit' est omnia que dixerat ionathe et recessit ab eo. et vexabat eum valde. Eo tempore reuersus est triphon de arabia reducens antiochum adolescentem. et imposuit ei diadema. et congregati sunt ad eum exercitus quos dispserat demetrius. et pugnauerunt contra demetrium. et fugit. et obtinuerunt antiochos et triphon antiochiam. et scripsit antiochus adolescens ionathe dicens. constituo tibi sacerdotium. et constituo te super quattuor ciuitates. vt sis de amicis regis. et misit illi vasa aurea. dans ei potestatem bibendi in auro. et esse in purpura. et habere fibulam auream. et symonem fratrem ei' constituit ducem a terminis tyri vsque ad fines egypti. et exiit ionathas et perambulabat ciuitates et venit ascalonam. et occurrerunt ei honorifice ascalonite de prius resistentes ei postea dederunt ei dextras. et accepit obsides ex eis. et misit eos in ierusalem. et perambulabat regiones vsque in damascum. agens regni negocia. Et audiuit ionathas quod principes demetrii qui erant in cades galilee cum exercitu magno volebant eum remouere a negocio regni. et occurrit illis. relinquens fratrem suum symonem intra prouinciam. et congressus est cum eis. et fugierunt omnes qui erant cum ionatha preter duos. et scidit ionathas vestimenta sua et orauit. et aggressus hostes conuertit eos in fugam. et redierunt ad eum qui recesserant ab eo. et insecut' est hostes vsque ad castra eorum qui erant in cades. et ceciderunt ex eis tria milia. et re

dixit ionathas in ierlm. Et misit ionathas
romā renouare cum eis amicitiā. sparciatis
quoqꝫ scͥpsit. quos supra lacedemios dixímꝰ.
dicēs. Pridē scͥpsit nobis arius rex dester sub
onia summo sacerdote iudeoꝝ. qꝛ de genere
abrahe estis. ⁊ frēs nr̄i. ⁊ fecimꝰ vobiscū fra/
ternitatē. Ex tūc memores sumꝰ vr̄i i sacrifi/
cijs ⁊ oblationibꝰ nr̄is sicut decet meminis/
se fratrū. ⁊ nūc misimꝰ ad vos vt innouemꝰ
fraternitatē. ⁊ rescͥpserūt sparciate pecora nr̄a
vr̄a sūt. ⁊ vr̄a nr̄a. Et innouata ē fraterni/
tas. Et audiuit ionathas ꝙ iterū egressi sūt
ꝑncipes demetrij cū exercitu multo sup quā
ꝓus. ⁊ egressus ē aduersus eos. Qui cū au/
dissent aduentū ionatha nocte fugiēt. relin/
quētes focos i castris. ⁊ mane secutꝰ est eos
ionathas. ⁊ nō cōprehēdit. Trāsierāt eni flu
men eleutherū. Et diuertit ionathas ad ara
bes. q dicunt zabadei ⁊ ꝑcussit eos. Simon
aūt declinauit i iopē. Audierat eni ꝙ vellent
ꝑsidiū tradere. ꝑtibus demetrij. ⁊ posuit ibi
custodes. ⁊ redijt ionathas i ierlm ⁊ inno/
uauit muros i ea. ⁊ muniuit eā valde. ⁊ inter
arcē ⁊ ciuitatē. vt esset ciuitas singularis in
terra. ⁊ nec emāt. neqꝫ vendāt. i. nō indigētes
bonis alioꝝ. Eo tp̄e cogitauit triphon occi/
dere antiochū adolescētē. ⁊ iponere sibi diade
ma. sed timuit ionathā strenuū defensorē an
tiochi. ⁊ elegit vt eum ꝑus occideret. scͥpsitqꝫ
ionathe. vt occurreret ei i bethsan. ⁊ venit ad
eū ionathas cū q̄dragīta milibꝰ viroꝝ. vi/
dēsqꝫ triphon qꝛ nō posset extēdere manus i
eū honorauit eū. dans ei munera. ⁊ ꝑcipiēs
exercitibꝰ suis vt obedirēt ei sicut sibi. Et ait
ionathe. vt qd vexasti populū. Elige tibi pau
cos. ⁊ veni mecū ptholomaidē. ⁊ tradā eā ti/
bi. ⁊ reliq̄ ꝑsidia. ⁊ exercitū. ⁊ vniuersos mini/
steriales regni. ⁊ redibo. Et credidit ei iona/
thas ⁊ remisit i iudā exercitū. ⁊ retinuit tm̄
tria milia. ex quibus etiam dimisit in galilea
duo milia. ⁊ erāt mille cū eo. Cunqꝫ intrasset
ptholomaidē ligauerunt eū ciues. ⁊ oēs qui
erāt cū eo interfecerūt. Et plāxit oīs terra iu/
da ionathā. estimās occisū esse. Et dixerunt
gētes q̄ erāt i circuitu iuda nō hn̄t ꝑncipē.

tollamꝰ ↄ hoibꝰ memoriā eoꝝ. Et cōgrega/
uit triphon exercitū. vt veniret in terrā iuda
⁊ attereret eā. timēsqꝫ populꝰ. ⁊ ascēdit i ieru
salem ait symoni. Tu es dux noster loco iu
de ⁊ et ionathe fratris tui.

De symone.

Et accelerauit symon ↄsūmare mu
ros ierlm. ⁊ misit exercitū i iopem.
Cognoscēs aūt triphon ꝙ surrexit
symon loco ionathe misit ad eū legatos. di/
cēs. ꝑ argēto qd debebat frater tuꝰ ionathas
in rōne regis detinuimꝰ eū. ⁊ nūc mitte ar/
gēti talenta centū ⁊ duos filios eiꝰ obsides. ⁊
remittemꝰ eū. Cūqꝫ cognosceret symon dolū
eiꝰ misit tm̄ argētū ⁊ pueros. ne murmuraret
populꝰ dicēs. Nō redemit fratrē. volēs reg/
nare. Et mētitus ē triphon. ⁊ intrauit regio
nē vt cōtereret eā. ⁊ cū appropinq̄sset bascha
ma. vidēs qꝛ nō ꝑficeret. occidit ibi ionathā
⁊ filios eiꝰ. ⁊ redijt i terrā suā. Et misit symō
⁊ accepit ossa ionathe. ⁊ sepeliuit eum i mo/
dim. ⁊ statuit septē piramides p̄ri ⁊ matri.
⁊ q̄ttuor fratribꝰ ⁊ sibi. ⁊ circūposuit colūnas
magnas. ⁊ sculpsit in eis arma ⁊ naues ad
memoriā eternā. Triphon aūt cū iter faceret
cū antiocho adolescēte. dolo occidit eū. ⁊ reg/
nauit ꝓ eo i asia. Tūc edificauit symon ꝑsi/
dia i iudea. ⁊ misit ad demetrium vt faceret
pacē cū eo. ⁊ mittēs munera. rogauit. vt fa/
ceret remissionē regioni. ⁊ rescͥpsit demetrius.
dicēs. munera suscepimꝰ. ⁊ pacē facimꝰ vobi
scū magnā. remittētes ignorātias ⁊ peccata
vsqꝫ i hodiernū diē. ⁊ absoluimꝰ vos ab om
ni tributo. ⁊ ablatū ē iugū gētiū ab isrl̄. ⁊ ex
tūc cepit scribere populus isrl̄ i tabulis ⁊ ge/
stis publicis. annotationes temporis in
hūc modū. Anno ꝑmo sub symone sūmo sa/
cerdote. magno duce. ⁊ ꝑncipe iudeoꝝ. Tunc
descēdit symon i gazā. ⁊ obsedit eam. ⁊ eiecit
idolatras ⁊ idola de ciuitate. et mundauit
edes. ⁊ collocauit i ea viros q legē facerent. et
muniuit eā. ⁊ fecit sibi habitationē. ⁊ obsedit
eos q erāt i arce ierlm. ⁊ clamauerūt ad sy/

monem vt acciperet dextras ⁊ dedit illis. Et eiecit eos inde. ⁊ mūdauit arcē a cōtamina tionib⁹. et intrauit eā cū musicis instrumen tis hymnis et ramis palmarum. statuēs vt oibus annis agerēt dies hic cū leticia. Et vi dit symon iohannē filiū suū φ vir esset plij. ⁊ posuit eū sub se ducē. et dedit ei gazā ad ha bitādū. Tūc cōgregauit rex demetri⁹ exercitū et intrauit mediā ad cōtrahenda sibi auxilia vt expugnaret triphonē. Sꝫ arsaces rex psi dis et medie. misit vnū d̄ pncipib⁹ suis. q̄ p cussit castra d̄metrij. ⁊ cōphēdit eū viuū. ⁊ po suit eū arsaces i custodia. et siluit terra iuda in dieb⁹ symonis. q̄ fecit sibi iopē i portū ⁊ in troitū i insulis maris. et dilatauit fines gen tis sue. et abstulit imūdiciā et sedit vnusq̄sq̄ sub vite sua. ⁊ sub ficu sua. nec erat q̄ eos terre ret. Et misit symō ad spartiatas ad innouādā fraternitatē. Romanis quoq̄ misit clipeū au reū mnarū mille. et statuerūt ei romani liber tatē. et scpserūt i tabulis ereis fedus. q̄ posite sunt in titulis in monte sion.

De antiocho demetrij.

e O tpe exiuit antioch⁹ filius deme trij i terrā patrū suoꝝ. ⁊ cōuenerūt ad eum oēs exercitus. ita vt pauci essent cū triphone. Et scpsit antioch⁹ symoni ⁊ gēti iudeoꝝ dicēs. Statuo vobis oia que cūq̄ remiserūt vobis reges ante me. et pmit to vobis facere pcussurā ꝓprij nūmismatis i regione vr̄a. Cūq̄ obtinuero regnū magni ficabo gentē vr̄aꝫ. et tēplū in gloria magna. Porro triphon fugiēs antiochum p mariti mā recepit se i doram. et insecut⁹ ē eū antio chus et obsedit ciuitatem terra ⁊ mari.

De morte symonis.

e O tpe lucius cōsul romanoꝝ scp sit regib⁹ et regionib⁹ i oriēte ne in ferrēt mala iudeis amicis suis. nec opē ferrēt inferētib⁹. et si q̄ pestilētes d̄ iude is cōfugerāt ad eos traderēt eos symoni pn cipi sacerdotū vt vindicaret i eos scd̄m legē suā. Antioch⁹ āt rex obsedit dorā secūdo. ⁊ cō clusit triphonē ne pcederet. ⁊ misit ei symon duo milia viroꝝ i auxiliū. et argētū et aurū. ⁊ vasa copiosa. q̄ noluit ea accipe. sed fregit pactū qd̄ fecerat cū eo. et misit ad eū atheno biū. mādās ei vt redderet et arcē q̄ i ierl̄m. et iopē. et gazā. et tributa locoꝝ q̄bus dn̄at⁹ fu erat. Alioq̄n veniret et expugnaret eū. ⁊ vidit athenobi⁹ i ierl̄m gloriā symonis et appara tū copiosū. et affluētiā i auro et argēto. ⁊ ob stupuit. Et rn̄dit symon Terrā alienam nō sūpsim⁹. sed hereditatē patrū nr̄oꝝ q̄ ab ini micis nr̄is iniuste aliquo tpe possessa ē. Et rediijt athenobi⁹ ad regē et renūciauit ei vba symonis. et gloriā ei⁹. ⁊ irat⁹ ē rex ira magna Porro triphon fugit nauigio in orthosiada. Rex aūt psequēs triphonē cōstituit cedebeū ducē maritimū. et reliq̄t ei exercitū vt expug naret iudeā. Et edificauit cendebe⁹ cedronē collocās i ea milites vt vastarēt fines iudee Q̄ d̄ cum accepit symon vocauit duos filios suos seniores. iudā et iohannem. Et ait illis. Ego et frēs mei expugnauim⁹ hostes isr̄l ab adolescētia vsq̄ i hūc diē. Nūc āt senui. Sꝫ estote loco meo et pugnate p gēte nr̄a. Auxi liū vo d̄ celo vobiscū sit. Et dedit illis vigin ti milia pugnatoꝝ. et eq̄tes. et pfecti sūt ad uersus cēdebeum. et erat fluui⁹ torrēs inter eos. et timuit popul⁹ trāsire. et trāsiuit iohā nes pmus. et insecuti sūt eū oēs. et insonuerūt sacris tubis. et cōuersus ē i fugā cendebe⁹. et castra ei⁹. et ceciderūt ex eis multi vulnerati. Uulnerat⁹ ē ⁊ iudas frater iohānis. et inse cut⁹ ē iohānes fugiētes vsq̄ cedronē. et ceci derūt ex eis duo milia viroꝝ. ⁊ redierunt filij symonis i pace. Porro ptholome⁹ fili⁹ abo bi cōstitut⁹ erat dux i cāpo iericho. Erat eni gener sūmi sacerdotis. et habebat argentū et aurū multū. ⁊ eleuatū ē cor ei⁹. ⁊ volebat ob tinere regionē ⁊ cogitabat dolū aduersus sy monē ⁊ filios ei⁹ vt tolleret eos. Symon āt pambulabat ciuitates regiōis gerēs sollicitu dinē eaꝝ. ⁊ descēdit i iericho cū iuda ⁊ ma thatia filijs suis ⁊ suscepit eos ptholome⁹ in municiūculā quā edificauerat i dolo. ⁊ fecit eis cōuiuiū magnū. et abscōdit ibi viros. ⁊ i trauit i cōuiuiū cū armatis. et occidit symo nē ⁊ duos filios ei⁹. ⁊ reddidit mala p bonis

Nā vxorē ſymonis cū duobus filijs eiꝰ mi/
noribus vinculauit. ⁊ ſcpſit antiocho regi vt
mitteret ei exercitū ī auxiliū. ⁊ traderet ei re/
gionē ⁊ ciuitates. ⁊ tributa. Miſit quoqꝫ nū/
cios ad tribunos vt venirēt ad ſe. ⁊ daret eis
argētū ⁊ aurū. ⁊ dona. Aliosqꝫ miſit occupa/
re ierſm. ⁊ montē tēpli. Porro alios miſit in
gazā vt interficerēt iohānē. ſed pcurrēs qdaꝫ
ī gazā nūciauit iohāni q̄ facta fuerāt. et ipſe
feſtinauit occupare ierſm. ⁊ occidit eos q̄ ve/
nerāt cū pdere. ⁊ factꝰ ē pnceps ſacerdotuꝫ
poſt patrem ſuum.

Recapitulatio hi ſtorie machabeo.

ſ Ecūdus liber machabeoꝝ nō ē hi/
ſtorie pſecutio. ſed pſecute recapi/
tulatio. Eſt eni epla quā ſcpſit iu/
das machabeꝰ ⁊ ſenatꝰ iudeoꝝ. ⁊ ieroſolimi/
te diſpſioni iudeoꝝ q̄ exulabat ī diuerſis re/
gionibꝰ orīētis. ⁊ maxime ī egypto. in q̄ inſi/
nuauerīt eis duas a ſe nouiter ſollēpnitates
inſtitutas orātes vt eas ſuſcipent. ⁊ ſollēni/
zarēt quot ānis. De purificatiōe tēpli quā fe/
cerant viceſimaquinta die mēſis caſleu. poſt
tres ānos pollutiōis facte ab antiocho. Alte/
rā quā inſtituerāt tertiadecima die menſis
azar. q̄ dicebat voce ſyriaca pdie mardochei
diē quā iſtituerāt p incredibili victoria. quā
habuerūt interfecto nichanore. cuiꝰ caput et
manū cōtra tēplū ſuſpēſa pdixīmꝰ. nihilomi/
nus hortātes vt ſollennē agerēt diē ſcenophe
gie. ⁊ diē ignis q̄ datus ē d̄ craſſa aq̄. q̄n nee
mias obtulit ſacrificia. In hoc āt loco huiꝰ
eple legiť ieremias abſcōdiſſe archā. ⁊ altare
incēſi. ī ſpelūca mōtis ī quo moyſes aſcēdit. ⁊
vidit dei hereditatē. ⁊ acceſſerīt qdā q̄ ſeque/
banť hieremiā. vt notarent ſibi locū. ⁊ nō po/
tuerūt inuenire. Qd̄ eos culpans hieremias
dixit. Ignotꝰ erit locus. donec cōgreget deꝰ
cōgregationē populi. ⁊ ppiciꝰ fiat. ⁊ tūc dñs
oſtēdet hec. ⁊ apparebit maieſtas dñi ⁊ nu/
bes ſicͭ ī diebꝰ moyſi. ⁊ ſicͭ cū ſalomon fecit vt
locꝰ ſcificaret magno dē. Qd̄ aūt ſupra di/
ximꝰ piphaniū aliter dixiſſe hieremiā de ma
nifeſtatiōe arche fortaſſe miſticū fuit. Ne āt
ieroſolimite viderent ſine cauſa has inſtitu/
iſſe ſollēnitates recapitulauerīt ī epla bella q̄
fecerīt cōtra hoſtes. q̄ frequēter obtulerāt d̄
pſide. ⁊ quō liberati erāt a deo ī manu forti
⁊ ſignis ⁊ pdigijs innumerabilibꝰ. In hac
āt recapitulatiōe appoſita ſūt q̄dā q̄ ī pdicta
nō leguntur hiſtoria. quoꝝ q̄dā iā ſupra poſui/
mus. ſuppſſa ħo ibi nūc ſupplebimꝰ. Forma
ħo eple hec ē. populꝰ q̄ ē ī ieroſolimis ⁊ ī iu/
dea ſenatuſqꝫ ⁊ iudas ariſtobolo magiſtro
ptholomei regis q̄ ē d̄ genere xpoꝝ ſacerdo
tū ⁊ his q̄ ī egypto ſūt iudeis ſalutē ⁊ ſanitatē
Bñfaciat vobis deꝰ ⁊ det vobis cor oibus vt
colatis eū ⁊ faciatis eiꝰ voluntatē. Adaperiat
cor vr̄m ī lege ſua. ⁊ ī pceptis ſuis ⁊ faciat pacē
Exaudiet orōnes vr̄as ⁊ recōciliet vobis. nec
vos deſerat ī tpe malo. ⁊ nūc hic ſumꝰ oran
tes p vobis. De magnis āt piculis a deo li
berati grās agimꝰ ipſi. ⁊ cetera q̄ ſecunť. picu
la ħo ſua ⁊ liberatiōes a deo factas enume/
rare cepunt a morte antiochi magni. ⁊ a fi/
lio eiꝰ ſeleuco. q̄ cū pus tēplū honoraret. ⁊ de
redditibꝰ ſuis pſtaret ſūptus ad miniſteriū
ſacrificioꝝ ad ſuggeſtionē ſymonis de tribu
beniamin q̄ erat ppoſitus tēpli. ⁊ inuidebat
omne miſit heliodoꝝ ad ſpoliādū cōmune era
riū. qd̄ dixit nō ptinere ad orōnē ſacrificioꝝ.
Erāt ſiqdē hec cōgregata ad victualia vidu/
arū ⁊ pupilloꝝ ⁊ plura q̄ erant dpoſita diui/
tū. terminauerīt āt pſecutionē huius eple in
morte nichanoris ī hūc modū. Igiť his er/
ga nichanorē geſtis. ⁊ ex illis tpibꝰ ab hebre
is ciuitate ppeſſa. Ego quoqꝫ ī his finē faci/
am ſermōis. ⁊ ſiqdē bñ ⁊ vt hiſtorie cōpetit.
hoc ⁊ ipſe velim. Sin aūt minꝰ digne conce
dēdū ē mihi. Sicͭ eni vinū bibere ſemp aut
ſemp aq̄ cōtrariū ē. alteriꝰ aūt vti delectabile
ita legētibus ſi ſemp exactꝰ ſit ſermo nō erit
gratus. hic ergo cōſummatus erit.

p Orro q̄daꝫ ſupaddita ī hac eplari
recapitulatiōe ſūmatim tangere cu/
rabimus. Sane ī ppbanatiōe an/

tiochi cũ cogerent iudei a patrijs legib' rece
dere. due mulieres delate sũt natos suos cir
cũcidisse q̃s infantib' ad vbera suspensis. cũ
publice p ciuitatẽ circumduxissent carnifices
p muros p̃cipitauerũt. Eleazar' quoq; vn' d̃
p̃morib' scribaꝝ. ⁊ vir etate p̃fect' aspcto de
bians cõpellebat̃ carnes suillas ⁊ carnes sa
crificij mãducare. Quidam ꝟo veteres eius
amici carnes licitas secreto afferentes roga
bãt vt simularet se ad impium regis mãdu
care. qd̃ renuẽs aiebat. Adolescẽtib' ãt forte
exẽplũ derelinq̃t. ⁊ plagis pempt' memoriã
mortis sue exẽplũ ꝟtutis posteris reliquit.

Contigit ãt ⁊ septẽ frẽs. vna cum
c matre apphensos cõpelli a rege ad
esum carnis porcine. q̃bus renuen
tib' iussit rex corã eis sartagines ⁊ ollas ene
as succendi. ⁊ p̃mogenito linguã amputari.
cuius cute capitis abstracta. ⁊ sũmitate ma
nuũ ⁊ pedũ p̃cisa corã matre ⁊ fratrib' mis
sus i sartagĩnẽ torrebat̃. In eundẽ modũ sin
guli fratrũ scd̃m ordinẽ geniture torq̃bant̃.
p̃missa tñ vnicuiq; exhortatione vt regi obe
diret ⁊ viueret. Supra modũ ãt mater mira
bilis ⁊ bonoꝝ memoria digna singulos hor
tabat̃ patria voce ⁊ feminee cogitationi ma
sculinũ animũ inserẽs dixit ad eos. Nescio
q̃liter i vtero meo apparuistis. nec enim ego
spiritũ ⁊ aiaꝫ donaui vobis. ⁊ vitã ⁊ singu
loꝝ mẽbra nõ ipsa cõpegi. sed q̃ formauit vos
spiritũ vobis. Iterũ cũ misericordia reddet
⁊ vitã. sicut. vosmetipsos nũc despicitis ꝑpter
legẽ ei'. Cũq; adhuc adolescentior superesset.
suadebat rex matri vt illi fieret i salutẽ. Cũq;
ꝓmisisset se suasurã filio indignata ad illũ pa
tria voce dixit. Fili miserere mei. dign' fratri
bus tuis effectus suscipe mortẽ. vt i illa mi
seratione te cũ fratrib' tuis recipiã. Tunc rex
indigne ferẽs se derisũ i hũc modũ. in hunc
crudelius sup oẽs deseuit. Nouissime aũt et
post filios mater defuncta ẽ. p hac tanta p̃
rogatiua martyrij asserũt plurimi d̃ his sep
tem fratribus ecclesiã sollennizare.

Dicitur quoq; in eadẽ ep̃la q' cũ
a iudas aduersus timotheũ dimica
ret apparuerunt aduersarijs viri de celo in
equis ducatum iudeis p̃stantes equib' duo
machabeũ medium habentes armis circũ
septum conseruabant. In aduersarios aũtẽ
tela ⁊ fulmina iaciebant. nec multo post tẽ
pore cũ egrederetur iudas a ierosolimis. vt
dimicaret aduersus lisiam apparuit p̃cedẽs
eos eques in veste alba. armis aureis. ha
stam vibrans. Additur quoq; q' ioppite iu
deos rogauerunt secum habitantes ascende
re scaphas. quas parauerant in die festo ad
colludendum. Cumq; in altum ascendissent
submerserunt ex eis non minus q̃ ducentos
Quamobrem iudas in nocte superueniens
portum succẽdit. ⁊ scaphas excussit. refugos
ab igne gladio peremit.
Amnitis quoq; nocte superueniẽs. ⁊ portum
cum nauibus succendit. ita vt lumen ignis
pareret ierosolymis. ab stadijs ducentis qua
draginta. Additur quoq; q' prelio cõ
misso apud iamniam plures. prostrati sunt
de iudeis. ⁊ venit iudas cum suis. vt corpa
prostratorum tolleret. ⁊ in sepulchris pone
ret paternis. Inuenerũt autem sub tunicis
interfectoꝝ de donarijs idolorum. que apud
iamniã fuerant. Omnibus ergo manifestuꝫ
factum est ob hanc causam eos corruisse. et
bene dixerunt iustũ' dei iudicium. qui occul
ta fecerat manifesta. ⁊ in preces conuersi ro
gauerunt dñm vt delictum coꝝ obliteraret.
At ꝟo vir fortissimus iudas collatione facta
a suis duodecim milia dragmas argẽti mi
sit ierosolimã offerre ea ibi ꝓ peccatis illoꝝ
in sacrificium.

Dicitur quoq; q' cum sceleratissi
a mus nicanor persequeretur iudam
post seducum comitum. et post
ea fractum comperit iudam esse in locis sa
marie. et disposuit cõmittere cum eo in die
sabbati. Iudei vero qui sequebantur nicano
rem p necessitatem dixerunt ei. vt honorem
daret diei sanctificationis. ⁊ deo q̃ vniuersa
cõspicit. At ille quesiuit ab eis. Si ẽ potẽs in
celo q̃ imperauit diẽ agi sabbatoꝝ. Et dixerũt.
Est de' viuus i celo. ⁊ potẽs q̃ iussit agi septi

mū dic̄. At ille ait. Et ego potēs sū sup terrā q̄ impo sumi arma ⁊ negocia regis impleri Machabe⁹ aūt cū pauci essent cū eo. formidātes impetū nichanoris ⁊ multitudinē singulos illoꝝ armauit. nō clipei ⁊ haste munitione. sed sermonib⁹ optimis. ⁊ exhortationib⁹ ꝑsertim exposito eis somnio qđ i eadē nocte viderat i hūc modū. Uiderat oniā summū sacerdotē et q̄ a puero i ꝟtutib⁹ exercitat⁹ fuerat. man⁹ portēdentē ⁊ orantē ꝓ pplo iudeoꝝ post hec apparuisse ⁊ aliū virum etate ⁊ gloria mirabili circa illū et oniā dixisse. hic ē q̄ multū orat ꝓ pplo. ⁊ ciuitate sancta hieremias ꝓpheta dei. Extēdisse aūt hieremiā dextrā. et dedisse iude gladiū aureū et dicentem Accipe sanctū gladiū mun⁹ missū a deo quo deicies aduersarios populi mei isrl. Qua visione cōfortati q̄ erāt cū iuda ipetū fecerūt in hostes. et ꝓstrauerūt ex eis nō minus q̄ triginta milia. nichanore cū eis interempto. ⁊ redierūt ierosolimā bn̄dicētes dn̄m. caput nichanoris ⁊ manū cū humero abcisaꝫ contra tēplū suspendētes. Itaqꝫ oēs cōmuni consilio decreuerūt nullo mō diē istū absqꝫ celebritate ꝑterire. hic terminat̄ epl̄a iude ad dispsionē iudeoꝝ. Terminata igit̄ eplari recapitulatione ad ꝓsecutionē historie reuertamur. đ iohanne filio symonis ꝓsequentes.

De cōmēdatione iohānis et hircani

m Ortuo symone q̄ vltim⁹ q̄nqꝫ filiorū machatie a samonei. dux et sacerdos fuerat i iudea successit ei filius ei⁹ iohānes cognoīe hircan⁹ a deuictis hircanis. quē ioseph⁹ i tribus cōmēdat i religione sacerdotij. i strenuitate ducatus. et q2 vir ꝓpheta erat. q̄ insecutus ē ptholomeū q̄ patrē ei⁹ dolo interfecerat. matremqꝫ eius cū duobus puulis tenebat i vinculis. ⁊ cōfugerat ad oppidū vltra iericonta qđ agon vocabat̄. obsesso q̄dē oppido cū iohānes acri⁹ insultabat ptholomeus matrem iohānis. et fratres sup muros vsqꝫ ad sanguinis effusionem cedebat. Fractusqꝫ pietate iohānes ab impugnatiōe se tpabat. matre tn̄ clamāte ne ꝓ se sineret scelus ptholomei multū. mortem eni suā sic iudicaret i mortalitate meliorē. ob hoc diutius tracta obsidione septimus aduenit ann⁹ feriat⁹ iudeis recessitqꝫ ab obsidiōe iohānes. ptholome⁹ ꝟo matre ipsius et fratribus occisis ꝯfugit ad zenonē philadelphie tyrannū q̄ cotila cognominabatur.

De institutione xenodochiorum.

p Ost hec antiochus pōticus rex syrie obsedit ierlm. quāobrem aperuit hircan⁹ duos đ octo loculis circūstātibus sepulcrū dauid. et sustulit ex eis pl⁹ q̄ tria milia talētoꝝ. deditqꝫ trecēta talenta antiocho vt ab obsidione recederet. ⁊ vt placaret murmur populi đ sepulcri aptione de reliq̄ pecunia pri⁹ instituit xenodochia pauperū i ierlm. Samariā captā solo equit. quā post herodes instaurās sebastē dixit. Mortuus ē aūt iohānes triginta tribus annis rebus optime administratis. relictis q̄nqꝫ filijs aristobolo ꝑmogenito. ⁊ antigono cum tribus minoribus. Cūqꝫ nullus eoꝝ ad regendū populū sufficeret vxorē suaꝫ disertissimam iudee ꝑfecit et. filijs.

De restitutiōe regni iudeoꝝ p aristobolū.

a Ristobolus ꝟo impatiēs dominij materni matrē cū trib⁹ fratribus minorib⁹ vinculauit i carcere. ⁊ antigonū quē diligebat secūdū a se ꝯstituit. imposuitqꝫ sibi diadema. ⁊ restitutū ē regnum iude. Fluxerāt aūt a sedechia sub quo regnum fuerat interruptū anni quadringenti septuaginta q̄nqꝫ. ⁊ mēses tres. vel a reditu đ captiuitate babilonis. vnde sepe legit̄ intermissuꝫ fuisse regnū vsqꝫ ad hircanū. ⁊ aristobolū intrāsitiue. i. vsqꝫ ad aristobolū hircani. Nec tn̄ regnauit aristobolus nisi p annū. eo q̄ matrē fame pemerat i vinculis. Cūqꝫ egrotaret

aristobolus intraretq̄ post ab herode dicta ē antonia redibat antigon⁹ de galilea. i q̄ multa p̄clare fecerat. indut⁹ nouis armis ⁊ dece dētibus. Cūq3 ingrederet ierl'm i dieb⁹ sceno ph:giaꝝ ob honorē fratris. ⁊ vt ostētaret decorē armoꝝ populo armat⁹ intrauit. qđ videtes emuli ipsi⁹. ⁊ maxime vxor fratris . que oculos in eū iniecerat sed ipse ei assensū non p̄bebat. accusabāt eū dicētes aristobolo. frater tu⁹ audiēs te egrotantē i manu forti ⁊ armata intrauit. vt te ꝑimat ⁊ regnet. qđ ita ꝓbare potes. iube eū venire ad te . si venerit armat⁹ sup his q̄ dixim⁹ certus esto. posuit ergo ad suggestionē vxoris. aristobol⁹ armatos i subterraneo q̄ pirgustratonis dicebat. ꝑ quē antigon⁹ trāsitū factur⁹ erat. q̄ si veniret armat⁹ eū interficerēt. ⁊ aduocās fratrē aristobol⁹ p̄cepit nūcio vt diceret ei ne veniret armat⁹. sed regina corrupit nūciū muneribus. vt diceret ꝙ cū armis descēderet affectabat eū rex videre in armoꝝ decore.

De nece antigoni.

e Rat aūt eo tp̄e i ierl'm genitaliac⁹ qdā. iudas noīe. de heresi esseoꝝ. qui scolasticis suis arte sua p̄dixerat de morte antigoni. ⁊ diē ⁊ locū. is cū vidisset antigonū i armis gloriantē exclamauit pape. nūc mihi pulcrum ē mori qñ ante me veritas interijt . mearūq3 p̄dictionū aliqđ mēdaciū dep̄hēsū ē. viuit antigon⁹ iste. q̄ hodie moritur⁹ erat i pirgostratonis. locus aūt ille abhinc sexcētis stadijs distat. hore āo dici sūt q̄tuor. cū sic eiularet senex paulo post occisus ē antigon⁹. cū armatus descēderet ꝑ pirgūstracōis. seq3 locoꝝ equocatione senex agnouit fuisse deceptū. Audiēs aūt rex mortem fratris indoluit. adeoq3 morb⁹ inualuit vt sanguinē laceratis viscerib⁹ euomeret. quē vn⁹ de seruul' huic officio destinatus foras efferēs vbi antigonus occisus fuerat . casu effudit. sup adhuc extantes cruoris maculas. quod vidēs populus exclamauit. asseris nutu dei i vltionē occisi. sanguinē libatū occisoris. . Cūq3 causaȝ clamoris rex sciscitaret. nullusq3 ei auderet ꝓdere. tandē minanti ꝓ taciturnitate suppli-

ciū. verū qđ erat. ei indicauerunt. ⁊ ingemiscēs ait. fas nō erat. vt dei lumen scelera mea laterēt. q̄tenus o corp⁹ iprobū matri fratriq3 aīaȝ damnatā detinebis. vtinam nō paulatim sanguinē meū eis libem. totū simul accipiant. ⁊ his dictis expirauit.

De tyrannide regis alexandri.

q Uuo mortuo vxor ei⁹. q2 ꝓlem ex eo nō susceꝑat fratres viri soluit a vinculis. maiorē natu alexandrum regē cōstituēs. q̄ cognominat⁹ ē iamnes. q2 etiā modestia p̄stare videbat. tertiū secū viuere coegit p̄uatū. duxitq3 vxorē noīe alexandrā. q̄ ⁊ salma dicta ē. hic adeo neq̄ssim⁹ fuit ꝙ i sex annis circiter q̄nq̄gīnta milia senioꝝ interfecit. q2 facinora ei⁹ detestabant. Cunq3 offensus esset populo muniuit sibi palatiū i turri q̄ baris dicebat. sup quā postea ammiratus ē titus ꝙ eā iudei deseruerāt. cū defendi posset a duob⁹ ab omni viuēte. Adeo aūt offensus erat iudeis. vt semel ꝑcūtāti ei quonā pacto eos sedare posset rn̄derent si morerēt. ob hoc i plateis ierl'm suspēdit. octingentos viros vxoratos. vxoresq3 eoꝝ ⁊ liberos necauit. Cūq3 q̄euisset a p̄lijs ⁊ q̄rtanis fatigaret morbū ex ocio natū putans intēpestiuis laboribus milicie se reddiuit. ⁊ tricesimo octauo regni sui anno mortuus ē. duos relinquēs filios hircanū ⁊ aristobolū. sciēsq3 filios ꝓ patre iudeis odiosos regnū reliq̄t vxori. q̄ sibi sub viro beniuolētiā populi sepe cōparauerat tyrannidi ipsius sepius resistēs. etiā simulatā religionē in habitu p̄ferebat.

De regno alexādrie ⁊ filijs eius hircano ⁊ aristobolo.

q Ue dū regnaret hircanū p̄mogenitū pontificē declarauit eū futurū regem indicās. quia modestus erat minorem vero aristobolum. eo ꝙ feruentis animi videbat. p̄uatū viuere coegit. His tēporib⁹ iurgurtha cōtra romanos dimicās a mario ⁊ silla captus ē. ome ars rethorica cepit haberi edocta a plocio gallo. lucreti⁹ poculo amatorio versus in furorē ꝑ interualla insanie aliquos libros cōscripsit. tādē se inter-

fecit. Eo tp̃e orta ē i iudea heresis phariseoꝝ
ð q̇bus post cū sectis alijs explicabit. quoꝝ
cōsilio vtebat̃ i oībus alexādra. ita vt eoꝝ cō
silio optimates quosq; iudeoꝝ aut exilio dā/
naret aut interficeret. deniq; dic genē q̇ alex/
andro fuerat amicissim⁹ occidit. Alienigena/
rū q̇dē duces sibi cōflauerat exercitus. vt in
iudeos tuti⁹ debacaret. pīnde multi ad ari/
stobolū cōfugerāt. cuius patrocinio tuerent̃.
Nono āt regni suiāno egrotauit alexādra et
aristobolus collecta plurimoꝝ manu se post
matrē regnaturū declarauit. Ob hoc misera
ta q̄rclas hircani mater cōiugē aristoboli. cū
filijs in custodia reclusit obsides acceptos.
ne regnū sibi aristobolus vsurparet.

De multiplici discordia fratrum.

Ā mortua aristobolus collecto ex/
ercitu cōtra fratrem mouit arma.
Cūq; cōgressi essent frēs i cāpis ie/
ricōtinis victus hircan⁹ fugit in ierlm. Tan
dē ea lege i cōcordiā redierūt. vt aristobolus
regnaret. hircan⁹ ꝟo sub eo q̇buslibet fugeret
honoribus. domes etiā pmutauerit. Erat tñ
cū hircano antipater idume⁹ cuius pruden/
tiā ⁊ strenuitatē timēs aristobolus calūni/
as ei p̄tēdebat. hic psuasit hircano vt se dolo
circūuētū q̄reret. ⁊ vt ad arethā regē arabū ꝯ
fugeret cuius auxilio rediret i regnū. Noctu
igit̃ egressi venerūt ad regē arabū i oppidum
qd̓ petra dicit̃. vbi sedes regni erat. Itaq; col
lecto exercitu aretha venit i iudeā. ⁊ obsedit
ierlm. quā ⁊ cepisset nisi dux romanoꝝ scau
rus soluisset obsidiū. Iā enim syria desierat
habere regē. facta romanis tributaria. Mis/
susq; erat pōpeius a romanis cōtra tigranē
regē armenie. et is scaurū miserat p̄sidē syrie
Qui cū audisset dissensionē fratrū in iudea
ratus tēpus esse. quo de facili iudeā poneret
sub tributo i manu valida fines intrauit iu
dee ad quē legati a frib⁹ vtriq; venerūt auxi/
liū eius hinc inde postulātes. Corrupt⁹ aūt
scaurus q̄dringētis talētis missis ab aristo
bolo qꝫ iosephus ꝓpriū esse romanoꝝ. testat̃
ad arabas legatos mittit romanoꝝ pompei
nomē interp̄tās. nisi ab obsidione discederet.
Recedēs ergo aretha. hircanū et antipatruz
philadelphie collocauit. q̇ frustrati spe arabū
in aduersariū sibi spem cōtulerūt. Cū eni pom
peius damascū veniret. cū multis munerib⁹
venerūt ad eū orātes. vt violētiam aristoboli
dignā odio iudicaret. et hircanuz restitueret
regno sed nec aristobolus sibi defuit corrup/
tione scauri fretus. Cū aūt pōpeius honorez
ei regnū nō exhibuisset. indignās in salutato
pōpeio recessit. et recepit se in alexādriū ꝓpter
inexpugnabilis oppidi munitionē. quē col/
lecto romanoꝝ syorumq; exercitu insecutus
ē magnus. iussitq; vt ð oppido ad se descen/
deret. Is ꝟo q̄ p impio vocabat̃. decreue/
rat potius pdicitari qꝫ parere. Cōsilio tñ suo/
rū discedēs ab oppido relictis ibi custodib⁹
p̄cepit vt nō nisi manu sua scptis eplis obtē/
peraret. abijtq; ierosolimā. quē statim insecu
tus ē magnus. alacer factus. circa iericonta.
morte metridatis sibi nūciata. vbi pinguissi/
ma idumee regio. ⁊ palmaꝝ plurimū ⁊ bal/
samū nutrit. Cuius inciso lapidibus acutis
robore stillātē lacrimā ex vulneribus colligūt

Q ð pompeius ierusalem sibi tradita tē/
plum expugnauit.

Cūq; ierosolimā ꝓperaret territus
aristobolus occurrit ei pecuniā pol
licēs q̄ erat i alexādrio. seq; ð cete/
ro romano paritum imp̄io. sed nihil hoꝝ ef/
fectū ē. Missū eni gabinū ad suscipiēdā pecu
niā. nec i oppidū custodes receperūt. his com/
motus pōpeius aristobolū i custodiā collo/
cauit. Cū āt obsedisset ierlm orta ē dissensio i
vrbe. nā fautores aristoboli vrbē tueri. fauto
res hircani eā tradere romanis cōtēdebāt
Sz victa ps aristoboli i tēplū cōcessit. recep/
tusq; pōpei⁹ i vrbē tēplū expugnabat. Cūq;
septētrionalē vallē aggeribus impleret. labor
esset impfect⁹ nisi obseruatis septimis dieb⁹
q̇b⁹ opari iudeis fas ñ ē aggerē fieri p̄cepis/
set. mēse tñ tertio fanū irruptū ē. faustus āt
corneli⁹ sile fili⁹ pm⁹ igredi ausus ē ⁊ irruen
tes romani ꝓphanauerūt tēplū ⁊ vt alibi legit̃
equos i porticib⁹ stabulauerūt. ob quā rē tra
dit̃ nūquā ð cetero pugnasse pompeiū quin

vinceret. q̄ hactenus fuerat fortunatissimus. Postera aūt die ingressus tēplū pōpei⁹. admiratus sitū ⁊ ornatū. ⁊ religionē tēpli nihil inde tulit. p̄cipiēs edituis vt a sordib⁹ mundarēt tēplū. Cūq; iposuisset ierosolimitis tributū hircanoq; pōtifice declarato aristobolū captiuū duxit. duosq; filios ei⁹. alexādrū et antigonū. cū totidē filiab⁹. romāq; p̄ cilicias p̄perabat. syrie et iudee amministratiōe scauro cōmissa. relictis secū cohortibus duab⁹.

De diuisione iudee in penetrarchijs.

a

Lexander do fili⁹ aristoboli ex itinere fugit. q̄ magna manu collecta iudeā populabat. ⁊ hircano iminebat. Obtinebat aūt munitissima loca. alexādriū. hircaniū. ⁊ macheronta. missus ē aūt i syriā gabinius. vt scauro succederet. sub quo ⁊ marcus antoni⁹ militabat. q̄ cū i alexandrio obsedisset alexādrū. cōsilio matris alexāder se tradidit ei ⁊ castra. q̄ gabinius cōsilio eiusdē mulieris fundit⁹ euertit ne alteri⁹ belli fierēt receptaculū. palpabat eni gabinū obsequijs viro suo ⁊ ceteris captiuis metuēs. q̄ romā fuerāt adducti. post hec gabini⁹ cura tēpli hircano mādata gentē iudeoꝝ in q̄nq; cōuēt⁹ diuisit. q̄si p̄ pētarchias iudee frāgēs sup̄biā. Eo tp̄e factus ē antipater amicissim⁹ gabinio. ⁊ maxime marco antonio adeo q̄ claruit q̄ data ē ei vxor neptis regis arabū cipris noīe q̄ sustulit ex ea q̄ttuor filios. ⁊ filiā. p̄mogenit⁹ fuit fasel⁹. scdus herodes. q̄ post dict⁹ ē ascalonita. Terti⁹ iosipp⁹. q̄rt⁹ ferorās. filia dicta est saloma.

De fuga aristoboli ⁊ iterata eiusdem captiuitate.

p

Ost hec casu elapsus ē roma aristobol⁹. q̄ magna manu iudeoꝝ cōflata alexandriū muro recingebat. ad quē debellādū missus ē a gabinio antonius. captusq; iterū aristobol⁹. cum filijs romā p̄duct⁹ ē. illū q̄dē senatus i custodia coercuit. filios aūt i iudeā remisit. q̄r gabini⁹ id se scēperat spopōdisse vxori aristoboli. p̄ castelloꝝ traditione. Post hec cū gabini⁹ apud egyptū detineret. alexāder aristoboli fili⁹ iudeos ad dissensionē iteꝝ reduxit. sed rediens gabini⁹ ⁊ pacē fecit. ⁊ hircano pōtificiū confirmauit. quo mortuo missus est p̄ses syrie crassus. vt etiā parthos q̄ iā roman⁹ iminebāt reprimeret. In sūpt⁹ do parthice milicie omne fere aurū d̄ tēplo tulit. ⁊ q̄bus pōpei⁹ abstinuerat duo milia talētoꝝ. ob hoc auro in os infuso interijt. Cui successit p̄ses syrie cassius. q̄ i oībus cōsilio antipatri vtebatur.

De reditu aristoboli i syriā ⁊ ei⁹ morte.

e

O tp̄e factū ē discidiū inter romanos p̄ pōpeio ⁊ iulio cesare. Cesar āt post senat⁹ ⁊ pompeij fugā trās mare ioniū. reb⁹ oīb⁹ romaq; potit⁹ solutum aristobolū cū duab⁹ cohortib⁹ i syriā misit. facile p̄ hūc iudeā sibi posse subici rat⁹. verū spes cesaris frustrata ē. Nā a studiosis pompeij veneno p̄ijt aristobol⁹. seruabatq; corp⁹ ei⁹ melle oditū p̄hibita sepultura. donec iussu antonij. i monumētis regalib⁹ sepult⁹ ē. Occidit quoq; filius ei⁹ alexāder antiochie a scipione securi p̄cussus. scđm pōpeij lr̄as. accusatione p̄ tribunali p̄us habita sup̄ his q̄ in romanos admiserat sol⁹ āt sup̄stes antigon⁹ cū sororib⁹ suis ad quēdā ptholomeū mānei filiū. q̄ sub libano morabat̄ cōfugit. Accepitq; ptholomeus minorē soroꝝ alexandrā vxorē. ex qua vt quidā tradūt suscepit lisaniam abilini: postea tetrarcham.

Quō antipater trāsijt in grām cesaris.

p

Ost hec factū ē p̄liū i emathia. cui interfuit antipater ⁊ iudei sub pōpeio. q̄ cū redisset i iudeā. timēs cesaris ipetū liberos suos ad arabas cognatos coꝝ trāmisit. mortuo āt pōpeio antip̄r i clientelā cesaris se cōtulit. misit aūt cesar metridatē p̄gameū ad expugnandū pelusiū. mittēs cū eo incolā libani ptholomeū. et antipatrū cū tribus milib⁹ iudeoꝝ. vbi d̄tus antipatris plurimū emicuit. nā ⁊ murū p̄mus trāscendit etiā mēphitas. ad obsequēdū cesari prudētia sua inclinauit. et inito p̄lio cū ceteris egyptijs plurib⁹ cecisis. toto p̄fossus corp̄e. p̄ter spem seruat⁹ ē ex p̄lio. habitaq; victoria factoꝝ suoꝝ apud cesarē metridatē testē ha-

buit. marco etiã antonio. i plurib' cũ cõmẽdare factus ẽ amic' cesaris. quẽ cesar romana ciuilitate simul et immunitate donauit. eiusq3 gra pontificatũ cõfirmauit hircano.

Quõ antipater procurator iudee creatus est.

t O tpe antigonus antipatrũ ꝛ hircanũ crimiabat apud cesarẽ. dicẽs eoꝝ cõsilio patrẽ suũ et fratrẽ intermisse. ad hec antipater veste ꝓiecta multitudinẽ vulnerũ demõstrãs verbis nõ op' esse dixit. cũ cicatrices se tacẽte clamarẽt ipsũ fidelẽ romanoꝝ. cũ antigon' filius fuisset fugitiui eoꝝ. nullas eni ipsũ a põpeio quoadusq3 potuit audiere. nec modo a cesare q̃squã cũ eẽt auulsurus. Tunc cesar cuiuslibet dignitatis sub põtifice i iudea dedit antipatro optionẽ. q̃ remissa dignitatis mẽsura i cesarẽ ꝓcuratoꝛ iudee declaratꝰ ẽ. ipetrãs quoq3 vt euersa patrie menia renouare sibi liceret. regnũ quoq3 ẽ cõcessũ hircano ita tñ ne rex vocaret. sextũ etiã cognatũ suũ cesar syrie ꝑfecit.

Quod herodes factus ẽ preses galilee et priceps milicie presidis syr.

p Ost hec antipater filiũ maiorẽ faselũ ierosolimis sub se ꝓcuratorẽ statuit. et herodẽ galilee ꝑfecit. q̃ cũ natura strenu' esset. ꝑncipẽ latronũ ezechiã cũ seq̃cib' ei' interfecit. adeoq3 terrã q̃etã reddidit vt publice herodes pater galilee cantaret. faselus quoq3 indolẽ fratris bona emulatione supare certabat. ob hoc ꝛ pater eoꝝ obsequiis regalib' a gẽte colebat. nec ꝓpter hoc. tñ min' fidelis fuerat hircano. verũ fieri nõ põt. vt liuorẽ i bñ gestis q̃squã effugiat Erãt ergo q̃ dicerent hircano ꝙ antipatro ꝛ filiis ei' rebus traditis ipse vacuo regis noĩe sederet. his accẽsus paulatim hircanus causam dicturũ herodẽ iubet accersiri. q̃ munita ꝑuis galilea ad regẽ ꝓperabat. ferẽs secũ sexti eplaꝫ ꝑcipientis hircano vt herodẽ ab omni pena ꝛ crimie liberaret. nec multo post fact' ẽ herodes ꝑnceps milicie sexti. ꝛ tũc iniuriã ꝑdicte vocationis vindicasset in hircanũ nisi pater ipsius ꝛ frẽs. impetũ eius fregissent.

De morte iulii cesaris et lignis.

t O tpe dolo bruti ꝛ cassii occisus ẽ cesar. Cũ ꝑ trienniũ ꝛ menses septem tenuisset ꝑncipatũ. fuerat q̃ppe imperatũ rome a romulo sub regibus septẽ annis ducẽtis q̃draginta. post sub cõsulib' res acta ẽ annis q̃dringẽtis sexagintaquattuoꝛ. Obiit aũt cesar ãno etatis sue q̃nq̃gesimosexto. corpusq3 ei' ꝑ rostris cõbustũ ẽ. Statuit aũt ppls i foꝛo solidã columnã lapidis numidici viginti ꝑpe pedũ. sup quã tumulatus ẽ. q̃ et iulia dicta ẽ cẽtesimo die ante moꝛtẽ eius fulmẽ cecidit iuxta statuã eius i foꝛo. ꝛ d noie eius supscripto lrãm capitalẽ abrupit. Nocte ꝑcedẽti diem obitus sui. fenestre talami eius cũ tãto strepitu apte sũt. vt ẽiliẽs stratis ruiturã domũ estimaret. Eadẽ die cũ iret in capitoliũ date sũt ei lre iudices moꝛtis iminentis q̃ dũ referret occisus in manu eius nondũ solute inuẽte sũt die sequẽti apparuerunt tres soles in oriẽte q̃ paulatim i vnũ coꝛpus solare redacti sunt significantes ꝙ dominiũ lucii antonii ꝛ mallii antonii ꝛ augusti i monarchiã rediret. vel ipot' q2 noticia trini dei ꝛ vnius toti oꝛbi futura iminebat. hos etiã arantia locutus est dicens. In breui magis desituros homines ꝙ frumenta.

Quod herodes adhesit cassio.

p

Ost hec cassius venit i syriā cui' p̄dem p̄ses fuerat. colligensq3 exercitū cōtra augustū adolescentem et malliū anthoniū septuaginta talenta a iudeis exigebat. Prim' aūt herodes ḋ galilea cētum secens talēta fauorē cassij meruit. morā alioꝝ indigne ferentis. Profectus ē etiā herodes cū cassio ad p̄lium. qui ei adepta victoria regnum iudee pollicebatur.

De nece antipatri vindicata per herodem.

e

Rat eo tp̄e cū hircano q̄dā ḋ amicis suis noīe malicus aspirans ad sacerdotiū. Cūq3 decreuisset hircanū veneno appetere. statuit p̄us appetere antipatrū immemor b̄n̄ficioꝝ ip̄ius. Suscepto itaq3 veneno p ministrū mortu' ē antipat. malicus vo cū de morte ei' suspect' haberet corā herode i multis se excusabat. Conquest' aūt herodes p ep̄lam ḋ patris morte apud cassium. rescp̄tū ip̄sius accepit vt dolum dolo vindicaret. scp̄sit etiā cassi' cyliarchis vt i iusta causa herodi opē ferrent. vocauit itaq3 herodes hircanū ꝛ malicū ad cenā. q̄ dum irēt circūseptū malicū cyliarce interfecerunt. Hircan' aūt stupore dissolut' cecidit. vixq3 recepta ānua pcūtabaẗ herodē q̄s malicum occidisset. Cūq3 vn' r̄ndisset cassij p̄ceptū ait. me ꝛ patriā cassi' seruauit incolumē. amborū īsidiatore p̄empto. nō multo post cū egrotaret herodes damasci phenix malici frater. i vltionē fratris ꝯtra phaselum mouit arma. fult' hircani cōsilio. Cūq3 conualuisset herodes hircanū aggredi attēdebat. sed p affinitatem redierūt in cōcordiam.

De vxoribus herodis et liberis ei'

h

Abebat q̄dē herodes vxorē noīe dosidē. sed ignobilē. ḋ q̄ ꝛ antipatrū suscepit. supduxitq3 mariennē neptē hircani. cui' etiā amore circūcidit se. ꝛ fact' ē p̄selit'. habuit siq̄dē vxores nouē. ex quarū numerosā septimā suscepit sobolē. sed ḋ his paucos numerare sufficiet. Primogenit' ei' antipater ex dosidē. Alexander ꝛ aristobol' ex marienne. Archela' ex mathaca samaritide. herodes antipas q̄ post tetrarcha fuit. ꝛ philipp' ex cleopatra ierosolimitide. herodem tā hūc q̄dam marienne filiū putant.

Quod herodes et phaselus tetrarche iudee facti sūt ab antonio.

s

Ed vbi cassio i philippis iterfecto. cesar i italiā. antoni' i syriā discessit. iudeoꝝ optimates faselū ꝛ herodē apud antoniū accusabāt q̄ reꝝ summā i possiderēt. nomē tm̄ supesse hircano. herodes āt muneribꝰ placauit antoniū reuocās ei i memoriā p̄ris sui antiquā cū eo familiaritatē. Cū āt denuo antiochie a cētū viris iudeis accusarēt astāte etiā hircano pcūctabatur hircanū antoni' q̄ nā rebꝰ gerēdis essent aptissimi. Cūq3 herodē ꝛ fr̄es ei' alijs p̄tulisset. hilarat' antoni' eos ḋ pcuratoribꝰ tetrarchas iudee declarauit. abeūte āt antonio romā pacor' rex parthoꝝ i manu validā eufratē trāsgressus ēad quē descēdēs lisanias antigoni nepos fili' ptholomei ꝛ alexādri vt p̄dictū est. pollicitus est talēta mille ꝛ vginti q̄ngētas vt antigonū i regnū induceret accepto

itaq; a pacoro multis milibus parthoꝝ antigonus ierusalē expugnabat. et phasel quidē muros herodes domū regiam custodiebat. sed cum intrasset vrbem antigonus in dieb' penthecostes etiam in foro dimicatum est. Cum aūt de pace tractaretur antigon' pacoꝝ regem arbitrū in dolo deposcebat. egressi sunt ergo hircanus cum faselo. ⁊ antigon' ad pacorum ꝑperantes herodes noluit cum eis descendere suadente marianne vt nūquā fidei parthorum fidē haberet. hircanus vero ⁊ faselus in itinere a parthis comprehēsi sūt. quo accepto herodes noctu ad idumeos cōtribules suos cōfugit. ꝑmisit quidem vxores ⁊ filios ⁊ vniuersam suppellectilē. et ipse se subsequens impetus sequentiū sustinebat grauiores aūt parthis iudeos in fuga expertus ē. cum quibus sexagesimo a ciuitate stadio dimicauit. ibiq; ob incredibilē victoriā castrū munitissimū postea firmauit. qd ⁊ herodion dixit. Dimissis aūt vxoribus. ⁊ liberis in oppido massada sub custodia fratris sui iosippi in petrā ciuitatē arabum perexit. Parthi vero nō solum antigonū restituerūt in regnū. verū etiam hircanū ⁊ phaselum vinctos ei tradiderunt verberandos. At ille. hircani auriculas dentibus trūcauit. ne quādo mutatis rebus solutus pontificatū reciperet. Ab integris eni celebrari sacra oportet. Faseli vero virtute preuentus est. q cum nec ferri copiā nec manus liberas haberet. ad saxum fracto capite expirauit. Cognito quidē φ herodes euaserat. ait se equanimiter mori φ vltorē viuū relinqueret. De hircano sunt q dicant φ medicus ab antigono sibi missus in auriculas eius venenū ꝑ medicamento infudit. ⁊ mortuus est. Josephus vero refert eū ad parthos missum. et diu habitum ludibrio.

Quod herodes rome creatus est rex iudee.

b Erodes accepta morte fratris romam ꝑperauit. nec hyemis asperitate retentus est. circa pāmphiliā fracta naui. et in rodo reparata romam ꝑfectus est. ꝑmoq; causam suā exposuit antonio q miratus eius casum et miseri' senatui ꝑsuasit vt herodem regē iudee declararent. coronat' ergo herodes augusto ⁊ antonio. hic ⁊ inde astantibus in capitoliū ductus ē vbi ⁊ decretū senatus sup hoc facto repositū est. remissus est in iudeā herodes. duoq; ꝑncipes cum eo ventidius ⁊ silo q eum in regno collocarent. tum venissent ergo in galileam. silonē antigonus mercede corrupit. ⁊ ꝑpterea congredi aduersus antigonū simulatis occasionib' differebat. Cūq; tandē obsedissent ierlm romani tū ꝑ hyemis asperitate. tum ꝑ inopia victus ab obsidione discedentes in idumea ⁊ galilea hyemabāt. nec tū herodes tunc ociosus erat. sed latronū multitudinē ꝑsequēs. etiā in cauernis eos igne suffocabat. inter quas erat senior septē filiorum pater quos ipse occidit. in hunc modū. stās in ore speluncē singulos nominatim euocabat. ⁊ ꝑdeuntem quēq; filioꝝ trucidabat. nouissime vxorem. tandem se confossum vulnere sup mortuos misit.

Quod herodes pulso ātigono positus i throno regni in ierusalem.

c O ipse circa athenas morabat antonius. ⁊ iam amore cleopatre tenebatur. ad quē ꝑperabat herodes sup dolo silonis querelā facturus. Interim aūt ⁊ iosippus vt aliquid ꝑdare faceret cōtēpto herodis impio. contra antigonū dimicauit. ⁊ victus decapitatus est. a papio ꝑncipe militie antigoni. cuius truncum antigonus

calcaribus verberare inhumanitas aggressus est. Cũ aũt accepisset antoni' dolũ silogmis. misit sosiũ cũ herode in manu valida. q̃ veniẽs in iudeam occurrentẽ sibi papium vicit. caputq3 eius ferrox fratri suo in solatiũ fratris occisi trãmisit tandẽ q̃nq3. mensib' obsessa ierlm cũ in facto romani vi irruerent in eam nemini pcebant etati. licet herodes rogaret vt pcerent. Antigonus ergo descendẽs ad pedes sosij pstratus est. quẽ nõ miserat' sosius. sed irridens antigonã appellauit. ⁊ in vincula cõiecit. Cũ aũt oĩs multitudo militum ad visenda sancta ⁊ fanũ spoliandũ incitaretur. refrenabat eos herodes. acerbiorẽ sibi q̃ si victus fuisset fore dicẽs victoriam si qđ videri nefas esset. culpa sua visum fuisset inuehebaturq3 in sosium si vacua facta viris ⁊ opibus ciuitate sollicitudinis se regem relinqueret. đ suis aũt facultatibus mercedẽ singulis se daturũ firmauit. Cunq3 pmissa cõplesset sosius aurea corona deo dicata vinctũ antigonũ ducẽs antonio remeabat. quem antonius securi pcussit. cõfirmatusq3 ẽ herodes in regno iudee quarto anno ex quo rome diadema susceperat. Inde est q̃ quãdoq3 plures. q̃nq3 pauciores anni regni herodis leguntur. translatũ est itaq3 regnũ de iuda ad alienigenã. imminente christi aduentu. Audiens hircanus herodem regnantẽ rediit in iudeam. ⁊ in pstinũ statum restitutus est. excepto q̃ nõ ministrabat.

De morte mariagnes dolo salome

f

Acta est aũt dissensio inter mariennem. ⁊ sororẽ herodis salomã3. hec illi meretriciũ. illa huic ignobilitatem obiciebat. Cõsilio vo sororis herodes hircanũ dolo occidit. eo q̃ sibi regnũ deberi hircanus diceret. in solatiũ aũt mariagnes ionathã fratrẽ eius cũ esset decẽ ⁊ septẽ annorum pontificẽ3 ordinauit. ⁊ dosidem cũ filio antipatro ad petitionem mariagnes a ierlm expulit. Solis tribus sollennitatibus ad adorandũ. ascẽdere eis ierosolimã pmittẽs. econtra saloma suggerẽte occisus ẽ ⁊ ionathas. eo q̃ ad regnũ videret aspirare. Cũq3 accusaret saloma mariennẽ đ adulterio addidit q̃ expsse imaginẽ suam miserat antonio. vt ad amorẽ suũ eũ incitaret. qđ vt cognosceret herodes pperauit ad antoniũ mariannem sub custodia viri salome collocans. Certa d' tradens inter signa sub q̃bus si nunciatũ ipsi foret mariannẽ occideret. Dumq3 morã faceret herodes vir salome q̃ sibi fuerant imperata marianni reuelauit. reuerso aũt herode vxor cũ in sinu eius dormiret. cũ lachrymis q̃ đ morte eius imperauerat indicauit. cubiculq3 a stratis herodes suscitabat a sorore. Dormiut ne vir tuus cũ marienne. Que ait. dormiuit. Statimq3 mariennẽ occidi fecit. ⁊ virũ sororis. verũ đ morte vxoris quã supra modũ diligebat adeo indoluit. vt tanquã lunaticus crebro in amentiã verteret. Cũ aũt cõualuisset antipatrũ cũ matre reuocauit. Filios aũt quos đ marienne susceperat alexãdrũ ⁊ aristobolũ romam misit liberalibus artibus erudiendos.

Quod augustus addidit regno herodis draconitidẽ et miream.

p

Ost hec cõmissum ẽ pliam apud acciũ. inter augustũ ⁊ antonium. cui nõ interfuit herodes missus ab antonio cõtra regẽ arabũ ad petitionẽ cleopatre. vt quolibet eoꝝ victo ipsa regnũ illius obtineret. mortẽ em̃ regũ orientaliũ iam tunc moliebat. vt p eis ipsa regnaret. Cũq3 herodẽ offensum antonio reddere moliret nec efficere valeret. tñ iericontinã terrã palmarũ et balsami feracẽ in sui dominiũ iã trãstulerat.

Victo ergo antonio cū augustus rodū ve-
nisset.nec victū antoniū reputaret.cū supes-
set herodes ꝑiculis accurrēs herodes depo-
sito habitū regio.i cultu ꝑuato stetit ante ce-
sarē.⁊ ait.Fateor me vtilē fuisse antonio. ⁊ si
vidē.ꝙ captus fuisses sub accio si affuissem.
Verū nec omnino defui.auxilia ⁊ frumēta
mittēs ei.nec modo deessem.si mihi acqeskēs
occidisset cleopatrā odij vri fomitē.vna ergo
cū victu victus sum.coronāqʒ.cū fortuna de
posui.ad te aūt veni.spem salutis ī vtute ꝑ-
sumēs.Ad hec cesar.imo salu⁹ esto. ⁊ nūc re-
gnato certi⁹.meritus es vt ꝑlimos regas cū a-
micitiā tāta fide tucaris.recte fecit ātonius.
q magis cleopatre paruit.ꝙ tibi.te enī lucra
ti sum⁹ ꝓpter eius amentiā.capiar quoqʒ ti-
bi bñfacere.vt nō queras antoniū.Cū āt ꝓpe
raret augustus i egyptū nō solū i ꝑlijs vtus
herodis emicuit.verū etiā i deserto.eūti ⁊ re-
deunti exercitui itā parauit necessaria vt nec
aquaꝝ copia deesset.nec quicꝙ vtēsiliū.ita vt
miraret cesar.mortuis vo cleopatra ⁊ anto-
nio.modicū esse regnū herodis romani con-
clamabāt.Ob hoc augustus cū restituisset
eipiē regni quā abstulerat cleopatra tradidit
ei tracomitidē.⁊ iturcā.totāqʒ maritimā vsqʒ
ad pirgū stratonis.quā post i honorē augu-
sti cesareā appellauit.Edificauit aūt i asca-
lone domū regiā. ⁊ deinceps agnominat⁹ ē
ascalonita.Natione enī idumeus fuit ex pa-
tre.arabs vo ex matre.Vel ꝓprie dicit ascā-
lonita.auus enī ei⁹ q ⁊ herodes ascalonita
fuit natione.⁊ edituus tēpli appollinis. cui⁹
filiū antipatrē puulū rapuere latrones idu-
mei.⁊ cū eis tantū fuit.ꝙ etiā post factus ē
ꝑnceps eoꝝ.Vn̄ ⁊ idumeus dictus est.De-
ditqʒ ei cesar qdringētos galathas satellites
stipatores cleopatre.imanes.⁊ sāguinis hu
mani auidos.q cū ꝑus deutheri dicerētur .a
flumine deuthero supioris galatie.sup quē
oriundi fuerāt ī cetero herodiani dicti sunt.
Cū aūt fecisset ꝑus i ierlm turrim quā voca
uit antoniā q nūc turris dauid dicit. fecit et
nūc aliā quā vocauit agrippinā a cesare enī
amabāt.post agrippā.⁊ ab agrippa post ce-
sarem.Fecit etiā cesareā palestine.in q turris
stratonis.in q cōtra aduētū augusti cesaris
portū ī cādido marmore cōstruxit. i q post
cornelius centurio creatus ē a petro eps.Po
suit ⁊ aquilā aureā sup speciosam portā tē-
pli.immēsi ponderis in honorē romanoꝝ.iu
deis egre ferētibus.fecitqʒ herodion i quo ⁊
sepultus ē.fecit ⁊ fasclū i memoriā fratris .re
parauit samariā.quā ⁊ sebastē noiauit.vbi ⁊
templum maximum cesari dedicauit. Ali-
ut etiā tēplū circa iordanis fontē candido
marmore cesari posuit.ꝑrius nō erat idone⁹
regni locus quē vacuū honore cesaris relin-
queret.Anno quoqʒ qntodecimo regni sui tē-
plū dñi magnifice decorauit.nec solū in reg-
no suo.verū etiā in adiacētibus ciuitatibus
memorialia sue liberalitatis ⁊ industrie ope
ra reliquit .

De offensa hero-dis in filios.

p Ost hec redierūt a studio filij eius
⁊ erat alexāder acerrimus ꝓrator
quoꝝ vn⁹ aristobol⁹.filiam salome
amite duxit vxorē.alter filiā regis capadocū.
Itaqʒ licēt i⁹ ī successiōe regni cū patre discepta
bāt.Ob hoc pater offēsus antipatrū illis p̄-
ponere satagebat.In testamēto quoqʒ a pte
iā fuerat successor declarat⁹. ꝑinde predicti
frēs ī morte pris occulte tractabāt.qd̄ p̄sen-
tiēs pater a se eos reiecit.hij vo romā nāui-
gauerit vt pris iniuriā deferrēt ad cesarem.

De conceptione precursoris.

f Uit aūt in dieb⁹ herodis regis iu
dee ex fluxis regni annis ei⁹.Vnde
triginta.Sacerdos qdā noie zacha
rias ī vice abia.⁊ vxor ei⁹ aaronita elizabeth
Dauid enī ampliare volēs cultū dñi vigin-
tiqttuor in stituit sūmos sacerdotes.quoꝝ

vnꝰ tñ maior q̃ dicebaẗ princeps sacerdotũ. Sta tuit aũt sedecim viros ð eleazar. ⁊ octo ð thamã. Hoꝝ sortes dedit cuiq; ebdomadã ð cuiꝰ genere zacharias cũ i die ꝓpiciatiõis incẽsũ põeret. ꝑdixit ei angel nasciturũ sibi filium de vxore. Qui cõsiderãs sterilitatem vxoris. ⁊ vtriusq; senectutẽ nõ credidit. ⁊ ob hoc obmutuit: vsq; ad diẽ partus. Nomen quoq; pueri ⁊ magnificentiã cũ abstinentia ei indicauit. Concepit aũt elisabeth. ⁊ occultabat se mensibus quinq;.

De conceptione saluatoris.

m Ense aũt sexto missus ẽ gabriel in nazareth. ad mariã despõsatam ioseph. Cũq; ea salutata dixisset eã pariturã iesũ filiũ altissimi: quesissetq; quõ fieret hoc. cũ se nõ cogniturã virũ i aio nouisset. nisi aliter deꝰ disponeret. addidit angelus. nõ ð viro sed ope spũssancti cõcepturã. etiã cõcepisse cognatã suã elisabeth sibi indicauit. ꝑmixtẽ eni erãt sacerdotalis tribꝰ ⁊ regia. nã ⁊ aaron vxorẽ habuit ð iuda: elisabeth vxorẽ naason. ⁊ ioiada põtifex: iocabeth filiã regis iorã. Et ait maria. Fiat mihi scðm vbum tuũ. Et statim cõceptꝰ ẽ xp̃s de vgine. plenꝰ hõ in aia ⁊ carne. ita tñ: q liniamẽta mẽbroꝝ visibꝰ discerni nõ possẽt Creditẽ aũt cõceptꝰ fuisse octauo kalẽdas aprilis. ⁊ reuolutis trigintatribus annis: eodẽ die crucifixus.

De ortu precursoris.

t Exurgẽs aũt maria: abijt i ciuitatẽ iuda. iuda: nomen ẽ regni. nõ: tribus. Jerlm eni i tribu beniamin erat. p quã forte trãsiuit ad oppidũ: in quo dicũt tũc zachariã habitasse. q̃rto miliario a ierlm. ⁊ ibi natũ iohãnẽ. ⁊ legiẗ in libro istoꝝ: q beata virgo. p̃mo eã leuauit a terra. ⁊ cũ salutasset elisabeth: exultauit infans in vtero eiꝰ. ⁊ cũ matrẽ dñi sui ⁊ beatã ꝓphetaret eã elisabeth: edidit maria canticũ dño dicẽs. Magnificat aia mea ⁊c. Mansit aũt maria ibi mẽsibꝰ tribꝰ. ministrãs cognate donec pareret. ⁊ tũc rediỹt i domũ suam.

Octauo aũt die cũ circũciderẽt puer. ⁊ vocarẽt eũ zachariã: ait mater. Johannes ẽ nomẽ eiꝰ. idipsuz scripsit ⁊ pater. sũpto pugillari. Est aũt pugillaris. vel tabella q̃ pugno põt includi: vel calamꝰ scriptoris. Et apertũ ẽ os zacharie. ⁊ ꝓphetãs canticum fecit dño. Bñdictꝰ dñs deꝰ isrl ⁊c. Et q2 hec duo cantica euãgelica sunt: ideo stando cantamꝰ ea

Hec duo cantica nõ cãtanẗ i ecclesia: eo ordine quo fuerũt edita. ꝑus eni cantaẗ: qð secũdo fuit editũ. q2 eni in cãtico zacharie legiẗ. ⁊ erexit cornu salutis: qð sol ẽ factũ i resurrectione. ideo cantiẗ i laudibꝰ. ⁊ loquitur ad puerũ: q fuit aurora solis. ⁊ q2 legiẗ in cantico vginis: respexit humilitatẽ ancille sue: ecclesie scz ipsiꝰ marie. qð q̃dẽ factũ ẽ i sexta etate. ⁊ agit ð incarnatione. vel suscepit isrl. ideo caniẗ ad vespas. i sexto scz officio diurno. terciũ canticũ symeonis qð seq̃tur: canitur i septimo officio. i. cõpletorio. q2 orat se dimitti i pace. Qð erit i septima q̃escentiũ etate. Puer aũt crescebat ⁊ cõfortabaẗ spiritusancto. ⁊ erat i desertis: vsq; i diẽ ostensionis sue ad isrl. Reuertẽs maria nazareth: inuenta ẽ in vtero habẽs. q̃ nolẽs eã traducere i cõiugẽ: occulte voluit eã. dimittere. In somnis aũt ãmonitꝰ ẽ ab angelo: vt acciperet eã i cõiugẽ. ⁊ ne suspicareẗ adulteriũ: cõceptũ pueꝝ ð spũsancto indicauit. ⁊ vt iesũ vocaret. ꝓpterea q2 saluũ faceret populũ: a peccatis eoꝝ. ex hoc cognouit ioseph deũ nasciturũ. q̃ solus peccata dimittit. ⁊ accipiens sponsam in vxorem: cum virgine virgo ꝑmansit. Habuit aũt virgo virum. ne grauida infamaretur. ⁊ vt viri solacio ⁊ ministerio frueretur. ⁊ vt diabolo occultaretur. dei partus.

De descriptione orbis.

In diebꝰ illis: Exijt edictū a cesare augusto: vt describeret vniuersus orbis. volēs cesar scire numerū regionū i orbe: q̄ romane suberāt ditioni: numerū etiā ciuitatū i q̄libet regione: numerū quoqꝫ capitū. i q̄libet ciuitate: pcepat. vt de suburbanis oppidis: vicis. ⁊ pagis. ad suaꝫ cōfluerēt hoīes ciuitatē. ⁊ maxime vbicunqꝫ habitarēt: ad ciuitatē cōuenirent: vn̄ trahebāt originē. ⁊ quilꝫ denariū argenteū: pciū decē nūmoꝝ vsualiū. vn̄ ⁊ denariꝰ dicebat. psidi puincie tradens. se subditū impio romano pficeret. nā ⁊ nūmꝰ imaginē pferebat cesaris. ⁊ suprscriptionē noīs. ⁊ qꝛ numerꝰ coꝝ q̄ censi capite ferebant. certo determinabat numero. ⁊ redigebat in scriptis: ideo pfessio hmōi: descriptio vocata ē. Hec descriptio pma facta ē a pside syrie cirino. pma dicit: q̄ntū ad cirinū syrie psidē. Quia eni iudea i vmbilico nr̄e zone habitabilis esse dicit. puisum ē vt in ea inchoaret. ⁊ deinde p circūstantes nationes alij psides psequerent. vel forte pma .i. vniuersalis. qꝛ alie pcesserant pticulares. vel forte pma capitū in ciuitate fiebat a pside. secūda: ciuitatū i regiōe. a legato cesaris. tertia: regionū i orbe corā cesare. hic pmū iudea facta ē stipendiaria romanis. hec descriptio videt fieri quot annis. qꝛ in euāgelio dictum legit petro. magister vester nō soluit hoc āno tributū. Ascēdit aūt ⁊ ioseph a nazareth i bethleem. eo ꝙ esset d̄ domo dauid vt pficeret cū maria vxore sua p̄gnante. Si mulieres pfitebant, intelligēdū ē sic: vt pficeretur cū maria. si soli viri: sic est ordo. ascendit ioseph cum maria.

De ortu saluatoris.

Natū ē aūt cū essent ibi pepit virgo pmogenitū filiū suū. nō: post quem aliꝰ. sed ante quē nullꝰ. ⁊ pānis inuolutū reclinauit eū i psepio. qꝛ non erat eis locus aliꝰ i diuersorio. Dicit qꝛ fenū i quo iesus iacuit. delatū ē rome ab helena. ⁊ ē i ecclesia sancte marie maioris. Infra basilicam nō lōge a psepio: q̄escit hieronimus. Paula quoqꝫ ⁊ eustochiū i bethleē q̄escūt. Difficile fuerat paupibꝰ p frequētia multoꝝ q̄ ob id ipsū cōuenerāt: vacuas inuenire domos. et i cōmuni trāsitu q̄ erat inter duaꝫ domos. opimētū habēs: qd̄ diuersoriū dicit. se receperūt. Sub quo: ciues ad colloquēdū. vł ad cōuescendū i diebꝰ ocij. vel p aeris intempie pluerebāt. Forte ibi ioseph psepiū fecerat boui ⁊ asino: quos secū duxerat. i quo repositꝰ ē iesus. ad qd̄ q̄dā refert illud ysaie. Cognouit bos possessorē suū: ⁊ asinꝰ psepe dn̄i sui. Et illud abacuc. In medio duū aīaliū cognosceris. in picturis ecclesiaꝝ. q̄ sunt q̄si libri laicoꝝ. hoc rep̄sentat nobis. Natus ē aūt saluator: anno regni augusti cesaris q̄dragesimosecundo annos eni duodecim: q̄ a morte iulij fluxerāt vsqꝫ ad acciū bellū: regno augusti connumeramꝰ. Anno xxx regni herodis tricesimo vniuerso orbe peccato natꝰ ē dn̄s olimpiadis cētesime nonagesimetertie āno tertio. āno ab. vrbe cōdita septigētesimo q̄nq̄gesimosecūdo. Natꝰ ē aūt nocte dn̄ice diei. qꝛ si tabulā cōpoti retro pcurras. inuenies eiꝰ anni cōcurrētē q̄ntū. regularē ianuarij tertiū q̄bus iunctis. ⁊ sublatis septē: vnū remanet. Itaqꝫ kalēdas ianuarij i dn̄ica inuenies: qd̄ cōcurrit. Nā ea die q̄ dixit fiat lux. ⁊ facta ē lux: visitauit nos oriēs ex alto. Ad hec: qꝛ kalēde aplis fuerūt sexta feria post morte iesu in āno eodē: sequēs dies natiuitatis eiꝰ fuit in dn̄ica. ⁊ idē fuit i āno cōceptiōis ⁊ natiuitatis. Inchoata ē vo scd̄m quosdā sexta etas: a natiuitate xpi. scd̄m aplm q̄ ait. cum venit plenitudo tpis ⁊c. Scd̄m alios a die q̄ baptizatꝰ ē. ppter vim regeneratiuā datā aquis. Scd̄m alios a passiōe. qꝛ tūc apta ē porta. ⁊ inchoata ē quodāmō septima quiescentiū.

fluxerāt q̄dē ab adā anni q̄nq3 milia centū
nonaginta sex. scdm septuaginta. scdm he/
breos vo longe pauciores. Ab abraam vo
duo milia duodecim.

De cātico angelorū et circūcisione domini.

T pastores erant vno miliario a
e bethleē i regiōe eadē custodientes
vigilias noctis sup gregem suū.
Mos fuit antiquorib' i vtroq3 solsticio vigi/
lias noctis custodire. ob solis venerationē
q̄ forte ⁊ apud iudeos ex vsu cohabitātiū in/
oleuerat. Et ecce angel' dn̄i stetit iuxta il/
los. annūciās eis saluatorē natū i bethleē.
⁊ i signū: positū infantē i p̄sepio nūciauit: et
facta ē cū eo multitudo angelo℞ dicentium
Gloria i excelsis deo. ⁊ i terra pax hoib' bo
ne volūtatis. q2 p christū glorificat' ē pater
⁊ pax facta ē inter deū ⁊ hoiē. inter angelū
⁊ hoiē. īter iudeū ⁊ gētilē. inter spm̄ ⁊ car
nē. Pro hac multitudine angelo℞. p grege
pasto℞: voluīt q̄dā locū illū p̄phetice dictū
turrim gregis. ibi. ⁊ tu turris gregis nebu/
losa. cū tñ iā p̄mo cōtraxerat. hoc nomē lo-
cus idē. q2 iacob ibi pauit gregē: cum rachel
pturiret. ⁊ trāseūtes pastores vsq3 bethleem
inuenerūt vbū qd̄ factū erat ad eos. ⁊ q̄ au/
diebāt mirabant sup his q̄ dicebant ad il/
los a pastorib'. Maria quoq3 conseruabat
oia vba hec cōferēs i corde suo. d q̄ natus ē
iesus: q̄ putabat fili' ioseph. Xpi aūt genera/
tio sic erat. Prima q̄dē hois generatio: cōdi
tio d terra. Secunda: d latere viri. Tertia: ex
viro ⁊ femina. Quarta sic erat: vt sine viro
nasceret hō d femina. vn̄: ⁊ appropriata cir/
cūlocucōe p uoie xp̄s fili' hois dictus ē. pa
⁊ secūda gn̄atio ruerūt. In tertia: d ruina
generamur. i q̄rta: d ruina suscitamur. Oc/
tauo die: circūcidet puer. ⁊ declarauerūt no

mē ei' esse iesū. qd̄ impositū erat ei ab ange
lo: p̄usq̄ꝫ cōcipet. Dicit: q̄ p̄putiū dn̄i ocla/
tū ē ab angelo karolo magno i tēplo dn̄i. ⁊
trāslatū ab eo: aqsgrani. post: a karolo cal
uo positū i ecclia saluatoris apud carosiū.

De magis.

Ertiadecima vero die. Ecce magi
t venerūt ab oriēte: ierosolimā dicen/
tes. Ubi ē q̄ nat' est rex iudeo℞:
Uidim' eni stellā ei' i oriēte: ⁊ venim' ad/
orare eū. Successores fuerūt isti doctrine ba/
laā. q̄ stellā nouerūt: ei' vaticinio. ⁊ amagni
tudine sciētie magi nūcupati. quos eni gre
ci philosophos. p̄se magos: appellāt. vene/
rūt eni d finib' p̄sa℞ ⁊ caldeo℞. vbi fluui'
ē saba. a quo ⁊ sabea regio dicit. Quidā tñ
nō eos p̄pria magos dictos putāt. s3 postq̄ꝫ
dolū herodis: p aliā viā reuertētes: fefellerūt
Crisostom' dicit: stellā3 multo ante tpe q̄ꝫ
xp̄s nasceretur. ⁊ apparuisse eis. ⁊ ita: multo
tpe d lōginquo venerūt. potuit tñ fieri: vt in
tredecim dieb' sup dromedarios. lōga ter/
rarū spacia trāsmearent. Audiēs ergo ma/
gos herodes rex. cōturbat' ē. ⁊ ois ierosoli/
ma cū illo. timuit rex: ne q̄s d semine hirca/
ni vel aristoboli nat' esset regnaturus. se tan/
quā alienigena dessitu[t]o. turbat āt ciuitas
nouitate miraculi pculsa. Cūq3 diligēter di
dicisset rex ortū stelle a magis: vt p eū nata
lē pueri cognosceret. etiā a sacerdotib' ⁊ scri/
bis sciscitabat. vbi xp̄s nasceret. q̄ iuxta mi/
cheā: i bethleē effrata nasciturū dixerūt. beth/
leē: prius dicta ē effrata ab vxore caleph. que
ibi sepulta ē. quā q̄dā suspicant filiā3 fuisse
vr ⁊ marie sororis moysi. postea vo p' famo
sam sterilitate. p q̄ elimelech cū domo sua
adijt moabitas. cū reddita fuisset ei incredi
bilis vbertas: dicta ē bethleē. q̄ sonat dom'
panis. dixit āt rex magis vt inuētū pue℞ si/
bi indicarēt. vt veniēs adoraret eū. iā enim
animū direxerat ad pdendū puerum. quos
egredientes d ierlm: stella antecedebat vsq3
dū veniēs staret. supra domū vbi erat puer

Dicit fulgẽtius: stellã tũc creatã notabilẽ. ⁊ discretã a ceteris. ⁊ i splendore: q̃ lux diur na nõ impediuit. ⁊ i loco: q̃ neq̃ꝫ i firmamẽ to cũ stellis minorib' erat. nec i ethere cum planetis. sed i aere vicinas terris tenebat vi as. ⁊ i motu. q̃ ꝑus imobilis sup iudeam: magis dedit signũ veniẽdi i iudeã. q̃ ex deli beratione sua ierlm tanquã caput iudee ad ierũt. q̃bus egressis tũc ꝑmo motu notabili ꝓcessit eos. q̃ pacto officio mox esse desijt. re uertẽs i iacentẽ materiã vñ sũpta fuerat. tñ q̃dã tradũt bedã voluisse: qd i puteũ bethle emitanũ ceciderit. ⁊ post i dieb' paule ⁊ eu stochij q̃sdã ꝟgines deo dicatas eã miracu lose vidisse. qd q̃ fabulosũ existimauerit fra tres cũ q̃b' monasticã ducebãt vitã. eũ a cõ munione sua q̃nq̃ꝫ separauerunt.

De oblatione ⁊ nominibus magoꝝ.

Ingressi ꝟo magi domũ quã diuersoriũ lu cas nominat. obtulerũt puerõ singuli: aurũ thus ⁊ mirrã. scd̃m cõsuetã sabeis oblatio nẽ. tñ significãtes eũ regẽ. deũ. sed mortalẽ. noia triũ magoꝝ hec sunt hebraice: appelli'. amer'. damascus. grece: galgalat. malgalat saracin. q̃ cũ deliberarẽt ꝺ reditu: rñsum est eis i sõnis: ne redirẽt ad herodẽ. ⁊ veniẽtes tharsum cilicie cõducto nauigio redierũt in regionem suam:

De ypapanti dñi.

e Et postq̃ impleti sunt dies purgã tionis marie. tulerũt pueꝝ i ierlm vt sisterẽt eũ dño. i. offerẽdo p̃sentare. ⁊ dederũt hostias ꝓ eo. par turturũ aut du os pullos colũbaꝝ. Insup redimerũt eum q̃nq̃ꝫ siclis argẽti. ⁊ erat i ierlm symeon senex q̃ acceꝑat a spũsancto: nõ visurũ se mortem nisi ꝑus videret xp̃m dñi. ⁊ tũc: eodẽ. spũ ve nit i tẽplũ. ⁊ accipiẽs puerũ i vlnas: kĩcs eũ xp̃m: ait. nũc dimittis ⁊c. ⁊ ꝓphetãs ꝺ pas sione xp̃i: ait ad mariã. Et tuã ipsi' aiam ꝑ trãsibit gladi'. i. passio ipsi'. nõ eni sine ma t̃no dolore potuit videre crucifigi filiũ ⁊: si re surrecturũ speraret. vel ita. aiam ipsi' q̃ ⁊ tua ẽ. quã scꝫ q̃si tuã diligis: ꝑtrãsibit gladi'. ea dẽ hora supuenit. ⁊ ãna ꝓphetissa. ⁊ loque bat ꝺ illo oib' q̃ expectabãt redẽptionẽ isrl.

De fuga dñi in egyptum.

t Tunc herodes vidit q̃ illusus esset a magis. Vidẽs eni magos hero des nihil sibi renunciasse: putauit eos visione stelle deceptos. ⁊ erubuisse redi re ad eũ. ⁊ ideo ab inq̃sitione pueri cessauit. sed cũ audisset q̃ dicta fuerant a pastorib'. ⁊ maxime ꝓphetias symeonis ⁊ anne: sensit se illusũ. ⁊ ꝺ morte pueroꝝ bethleemitarum tractabat. vt ille quẽ ignorabat: cũ eis occi deret. ꝓpter hoc: ꝑ ãmonitionẽ angeli fugit ioseph cũ puero ⁊ matre ei' i egyptum: vsq̃ꝫ ad obitũ herodis. Cũq̃ꝫ ingrederet dominꝰ egyptũ. corruerũt idola egypti: scd̃m isaiam q̃ ait. Ascẽdet dñs nubem leuẽ. ⁊ ingredietur egyptũ. ⁊ mouebunt simulacra egypti. Tra duntq̃ꝫ q̃ sicut i exitu filiorum isrl ꝺ egypto: nõ fuit dom' egypti. in q̃ deo ꝓcurante: nõ iaceret mortuũ ꝑmogenituꝫ: ita nec mõ fuit tẽplũ i egypto: i quo nõ corruisset idolum.

De nece pueroꝝ ⁊ quare dilata ꝑ annũ.

h Herodes aũt dũ ꝺ nece pueroꝝ di sponeret. ꝑ eplaꝫ citatus ẽ a cesare augusto. vt romã iret: accusationiślioꝝ rñsurus. tñ ioseph' dicit: q̃ alexandrũ filiũ suũ secũ romã traxerit. ⁊ venem sibi pa rati reũ apud cesarẽ postulauerit: q̃ cum iter faceret ꝑ ciliciã: audiẽs naues tharsensium magos trãsuexisse. i spiritu vehemẽti cõbus sit naues tharsis scd̃m q̃ dauid ꝓphetaue rat. Cũ ꝟo corã cesare disceptasset pater cũ fi lijs: hac lege facta ẽ recõciliatio: vt adolescẽ tes patri i oib' obedirẽt. ipse aũt: regnũ di mitteret cui vellet. nõ dũ tñ suspicionib' libe ratus erat. Veniensq̃ꝫ ierosolymã. populoq̃ꝫ cõuocato: tribusq̃ꝫ filijs astãtib'. ⁊ cõcordiã fratrũ a cesare factã exposuit. ⁊ se successuris iudicẽ cõstitutũ. ne iudei regnũ ad suos ce siturũ existimarẽt. Tũc cõfirmatus i regno herodes certi' q̃ ꝑus: mittẽs occidit oẽs pu eros q̃ erãt i bethleẽ. ⁊ i finib' ei' abmi atu ⁊ infra. scd̃m tẽpus qd exq̃sierat a magis. quoꝝ maxima ꝑs tertio miliario a bethleẽ ad austrũ: sepulta ẽ. Pluriũ scẽtia visitatio

Ortā vidicerat stellā herodes: eadē die qua
nat⁹ erat dñs. ⁊ scdm ortū stelle: dñm anni
culū esse sciebat. ⁊ aliquot insup dierum.
Ideoqʒ supra etatē ei⁹: vsqʒ ad bimos. ⁊ in
fra vsqʒ ad vni⁹ noctis infantē: deseuit ī pu
eros. Timēs pueri morphoscon. i. mutacio
nē. ne scʒ puer cui sidera famulabant: sup
etatē suā vel infra: faciē trāsformaret. Criso
stom⁹ tñ dicit stellā apparuisse p annū an
te dñi natiuitatē. Credebatqʒ herodes. tunc
etiā dñm fuisse natū. ⁊ sic putabat dñm bi
mū esse: cū adiectiōe paucoꝝ dieꝝ: ⁊ ideo: oc
cidit pueros bimos. ⁊ deinceps vsqʒ ad qn
qʒ annos. sed minores bimis: nō. ⁊ exponit
bimatū ⁊ infra: scdm rōnem numeri. Sic
eni rōne tpis. minores bimis: inferiores sūt
eis. q̄ post nati sunt. ita rōne numeri: sic eni
rōne tpis. minores bimis: iferiores sūt eis:
q̄ post nati sūt. ita rōne numeri: maiores bi
mis inferiores sūt eis: q̄ post eos numerant
cui assertioni videt fidē facere: q̄ qdā ossa in
nocētiū habent adeo grandia: q̄ bimoꝝ esse
nō possent. potest tñ ad hoc dici: q̄ lōge ma
ioris erāt tūc hoies qntitatis: q̄ modo.

Q ō cōminatio ieremie etiā ꝓphetia fuit.

Tunc impletū ē illud ieremie. vox
t i rama audita ē ⁊c. Rama locus ē
iuxta gabaa duodecimo miliario
distās a bethleem. vbi fere deleta tribu. be
niamin ꝓpter vxorē leuite: pauci supstites
planxerūt mortuos suos. Hoc aūt ieremias
videt induxisse. poti⁹ cōminando: q̄ ꝓphe
tando. minabat eni tantā imminere ruinam
duabus tribubus: qnta facta fuerat in filijs
israhel: culpā gētiū audita est in rama.
Tūc etiā ꝓphetauit ō nece puuloꝝ: vt ma
theus ait. ⁊ tūc rama nō ē nomē loci. sed q̄
rama excelsū sonat: idē est. ac si dixisset. vox
i excelso audita ē. Videt quoqʒ debuisse di
ci: lia plorās filios suos. cū bethleemite de
iudā fuerit. sed q̄ beniamin trib⁹ cōtermina
ē iude. insinuauit euāgelista: multos ad be
niamin fuisse occisos: p vicinia ad exagerā
dū scelus herodis. vel q̄ rachel iuxta beth
leem sepulta ē. ꝓphetico locutionis modo
dicitur ea egisse. q̄ in loco eodem gerebātur.
⁊ noluit cōsolari q̄ nō sunt. i. incōsolabiliter
dolebāt ō eo qd nō sūt. i. ō eoqd mortuā esse
desierāt. Innocētes qdem martires laxato
vocabulo dicūtur nō q̄ testes christi: sed q̄
p christo occisi sūt. quē: si nō loquēdo: mo
riendo sūt cōfessi. p quo etiam: ecclesia p eis
sollēnizat. q̄uis ad inferos descēderit. Vñ
⁊ i coꝝ sollēnitate cantica letitie subticētur.
scʒ. te deū laudamus. ⁊ gloria i excelsis deo.
Et p alleluia: qdam dicunt. Laus tibi de⁹
Alij ꝟo cantemus ei.

De nece duoꝝ filioꝝ herodis.

Actū est aūt: vt qm herodes mul
f tos orbauerat filijs: ⁊ ipse suis mi
serabilius orbaret. nā p astutiam
antipatri. iteꝝ facti sūt suspecti. Alexāder et
aristobolus patri. ob hoc scpsit herodes au
gusto. i multis filios accusans. misit āt au
gustus saturniū. ⁊ pcaniū legatos: cum re
scripto. vt carā his duob⁹ coacto cōcilio p
cerū: filios iudicaret. ⁊ ō eis. si cōuincere eos
posset: faceret qd vellet. auditis aūt hic in
de ptib⁹: legati illos damnādos pnūciaue
rūt. nō tñ morte. Tūc: apud sebastem cōie
cit eos pater i vincula. Cōplices ꝟo coꝝ ap
posuit torquere pater. vt cōfessione coꝝ certi
oraret. si in aiam suā aliqd machinarent fi
lij. cōfessus aūt qdaʒ: multa sibi pmissa ab
alexandro. si patri venenū ꝓpinaret. cōfessus
ē ⁊ tonsor: ō pmissis sibi munerib⁹ si dum
patri pararet barbā eū iugularet. Addiditqʒ
dixisse alexandrū: nō esse spem ponēdā in se
ne q̄ canos cingebat vt videret adolescē
his motus herodes: missis spiculatoribus
iussit filios occidi. ⁊ asportari i alexandriuʒ.
ibiqʒ sepeliri. cū alexandro auo materno.

De pmo testamēto herodis. ⁊
odio ipsius ⁊ antipatri.

Tunc inscripsit testamētū herodes.
t ⁊ ātipatrū futurū regē instituit. ⁊
herodē: q cognominabat antipas:
substituit antipatro. Antipater ꝟo intollera
bile odiū populi excepit. cūctis scientibus: q̄
fratribus suis struxisset calumnias. ob hoc

etiā pater eum nō recto oculo aspiciebat ad
hec etiā antipater molest⁹ erat patri: q fratrē
sibi substituerat. eo q ad filios ipsiu⁹ ātī
patri regnū trāsire voluisset. Alia quoq3 maior
causa inuidie i patrē orta ē ei. nā pupillos
filioꝝ quos occiderat: paterna dilectione
fouebat. aliis nepotib⁹ suis: eos copulās ma
trimonio. Erāt aūt scōm iosephū puuli relicti
ō aristobolo: herodes agrippa. q iacobū
occidit gladio. ⁊ herodias: quā post abstulit
herodes antipas fratri suo philippo.
Timuit ergo antipater: ne ad pupillos fratrū
suoꝝ qñq3 regnum reuocaret herodes q3
eos ex matre cōtingebat. Cōmouit etiā pherorā
i odiū herodis a deo. vt pherozas recederet
a fratre: ⁊ habitaret i terra q cōcessa ei
fuerat trās iordanē. ipse ᵭo etiā patre nolēte
qbusdā excogitatis occasionib⁹: romā ꝑperauit.
efficatissimū venenū a qdam venefica
arabica cōparās. ⁊ apud vxorē pherore repo
nens. q interim dum ipse abesset: p ministrū
quē cōduxerat. patri ꝑpinaretur.

Quod herodes incarcerauit antipatrū insidiantez vite eius.

Um āt antipater rome esset: mor-
o tuus ē pherozas. accepitq3 ō veneno
reposito apud vxorē pherore: p
ancillā iracūde a dn̄a sua recedentem. itaq3
euocatā relictā fratris: afferre venenū iubet
illa ᵭo q̄si allatura egressa: ō tecto se p̄cipitē
dedit. sed semiuiua allata ad regē: ait. Cum
morerēt frater tu⁹ vir meus: ait mihi. Affer
huc mulier venenū: qd reliqt nobis antipater.
meq3 vidēte i igne cōsume. ne ad inferos
cōsciētiā3 fratricidij vltricē ferā. ego ᵭo magnā
ei⁹ ptē i ignē fūdēs: modicū mihi ꝑpter
dubios casus: ⁊ q3 te metuebam: reseruaui.
cūq3 pixidem cū veneno ꝑtulisset: expirauit.
Acceptis quoq3 plurib⁹ aliis argumētis: q
antipater in mortē patris crassaret. herodes
eū mature reuocauit. matrēq3 illi⁹ repudiauit.
Cūq3 filiū ō paricidio accusasset: p̄sente
varo p̄side sirie: q illis dieb⁹ ierosolimā venerat
posuit eū in carcerem: apud iericonta.

De magnitudine morbi herodis.

Unq3 complices filij quereret. pa-
t ter vt eos cū filio exq̄sitis pimeret
suppliciis: graui morbo impedit⁹ ē
accedebat ⁊ senect⁹. cū ante annos iā septuaginta
natus erat. animumq3 eius: filioꝝ clades
grauiter affligebāt. Erant aūt in ierl'm
duo sophiste. quos nō pauci adolescētū sectabant:
cū leges exponerēt. His oportunuz
visum ē rege tabescēte: vt aqlam aureā deicerēt.
quā rex sup maximā portā templi cōtra
patrias leges posuerat. q deiecta rex cōmot⁹
magnitudine ire sue: morbū supat. ⁊ in cōtionē
ꝑcedēs i oēs ierosolimitas. iniuriam
hanc refundere mitebat. sed ad p̄ces populi
i solos auctores vltus ē. illos igit q funib⁹
demissi aqlam cōciderāt: viuos incēdit cum
duob⁹ sophistis. De hinc variis affligebat
lāguorib⁹. nā febris nō mediocris erat. prurigo
intollerabilis i omni corpis supficie. assiduis
vexabat coli tormētis. pedes intercute
vicio tumuerāt. putredo testiculoꝝ vermes
generabat. creber anhelit⁹. ⁊ interrupta suspiria.
q ad vindictā dei ab oīb⁹ fieri referebātur.
ipse ᵭo iordanē trāsiēs: apud calliorē calidis
aquis vtebat. Cūq3 corp⁹ ei⁹ oleo calidiori
foueri medicis placuisset. i archā plenā
demersū ita dissolutū ē. vt etiā lumina quasi
mortu⁹ resoluta torqueret. tñ ad clamorez
astantiū respicere visus est.

De nobilibus iu-

deis occidēdis in morte herodis et nece antipatri.

